mium & nimium: hoc ẽ penitus. TVOrum: patris filii & uxoris. TANgere. ſ. acceſſu tuo: hoc eſt intrare.
CAStra thracia. i. tentoria. RHœſi: regis thraciæ. DOLO nocturno. INſidiis noctis: quod ẽ audacius
q̃ in luce. TOT uiros: comites regis: qui erant in eius tentoriis. ABuno: a ſolo Diomede. CAVtus: ꝓ-
uidus periculorum. ANte: olim: quia ſimulabas inſaniam ne ires ad illa pericula: & ne me ſolã relinque-
res: quod ipſe dixit. xiii. meta. Me mea detinuit cõiunx pia mater Achillẽ: & diximus ſupra in argumento.

OMNI BONI ¶ RETtulit mihi: & rettulit Rhœſum: q ꝓ &. DOLona declinat̃ dolon nis actõ hũc dolonẽ uel dolo-
na. CAeſos ferro. i. mortuos: qualiter eni fuerit occiſus Rhœſus rex dictũ ẽ ſupra. Dolona ꝓditus fuit ei⁹
dolo cũ iſte dolon troianus clandeſtine extra troiã ſciſcitatũ græcoꝝ obuiaſſet Vlyxi cognitus fuit ab eo
iuiſſe exploratũ & eũ occidit: qdã dicũt q dolon credebat ulyxẽ eſſe troianũ ex quo nõ cauebat ab illo. Alii
uero dicunt q Vlyxes reperto dolone promiſit q faceret eum diuitem ſi expanderet facta troianoꝝ quẽ
dum oĩa manifeſtaſſet occidit ut troiani poſſent mutare propoſitum & ſic fuit proditus ſuo dolo. AVſus
es o nimium: in parte iſta dñia Penelope facit inuocationem contra Vlyxem dicens. O VLYXE nimium
oblite tuorum: familiarium & domeſticorum & amicorum. NIMIVM es auſus. Hic geminat aduerbi-
um nimiũ: ut eius nimiã oſtendat audaciã. TANGEre thracia caſtra: ſcilicet caſtra regis Rhœſi: ſcilicet
ire ad interficiendum eum ipſo dormiente & auferre equos albos. ET ES AVſus mactare tot uiros ſi
mul: qui erant cum Rhœſo rege in ſocietate. AT BENE cautus eras: ꝓrius quam iſſes ad exercitum.
ET ERAS memor mei: & dicebas non ero ualde promptus quia propter audaciam poſſem perire. Si
mortuus eſſem Penelope dolore moreretur.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

**ANTO.** ℭ VSq metu micuere ſinus:cor præ formidine exilibat:Sinus pro præcordiis uſurpat. PER agmen amicum:per græcorum caſtra tantus mihi terror ex hoc iniectus eſt:ut etiam cum uictor dicereris i caſtra græcorum rediiſſe timerem:non enim ad equorum ſæuitiam referas:quod humana carne ueſcerentur. ISMAriis:thraciis:ẽ Iſmaros mõs & urbs thraciæ. SED mihi qd pdeſt:cõicatiõe utitur:petit & cõſulit qd ſibi pſit troianũ excidiũ hac ſciſcitatõe ſuſpendiẽ aius.& ad cõmiſerationé appaẽ:i quo & facile ſibi cõmiſerationé conciliat:ẽt & lẽti mariti increpat tarditaté. DISiecta:diruta. ILios:Troia ab Ilo Trois filio dicta q pclarã urbé a ſuo noie cõdidit in Troade:ut ſcri.Dio. Diruta ẽ.viii.menſis iunii:ut Halicarnaſſe⁹ Diony.ſcri.

Vſq; metu micuere ſin⁹ dũ uictor amicũ
Dictus es iſmariis iſſe per agmen eqs.
Sed mihi qd pdeſt ueſtris diſiecta lacertiſ
Ilios: & murus: quod fuit ante ſolum.

**VBER.** ℭ VSq metu:dicit Penelope quod cum hæc ſupradicta narrarẽtur ſibi fuiſſe geſta ab Vlyxe:ſemp audiẽdo nimio timore tremuit:donec intellexit Vlyxem his ita geſtis reuertiſſe ad græcos equis rhœſi abductis. VSQVE:Aſſidue. SINVS:pectora mea. MIcuere:moti ſunt tremuere. METu:timore:quia lætitia etiam interdum trepidat pectus. DVM:donec. VICtor .ſ.tu. DICTVS es.ſ.mihi ab eo qui narrabat. ISSE PER agmen amicum.ſ.græcorum. EQVis iſmariis.i.equis rhœſi abductis.& hoc eſt quod in uerſibus ſupra allegatis dicit.Atq ita captiuo uictor:uotiſque potitus. Ingredior curru lætos imitante triumphos. Iſmarus autem mons eſt Thraciæ: unde Iſmarius ponitur pro Threicio.Iſmarus autem prius dicebatur Marone optimo uino abundãs: de quo Tibullus ad Meſſalam Victa maroneo fœdatus lumina baccho quem locum male quidam intelligunt: exponentes a Marone.i.Virgi.dictum in tertio æneidos quo ſcribit polyphemum fuiſſe ſopitum:ſed errant: nam licet de polyphemo loquatur etiam Tibullus:tamen non facit mentionem de Virgilii deſcriptione ſed de uino:quod ex Thracia ulyxes aduexerat. SED mihi qd prodeſt.Poſteaq̃ penelopes dixit ea quæ ab Vlyxe geſta audiuit:& quemadmodum ex omnibus ſupradictis periculis incolumis euaſit:nunc dicit ea nihil ſibi prodeſſe:nec etiam quod Troia ſit euerſa:quia ita abeſt Vlyxes ſicut aberat:quando Troia ſtabat: dicit ergo. ILIOS:urbs troiæ.Dicitur enim ilios in fœminino genere.& Ilion in neutro.Sicut Barbitos & barbiton inſtrumentum muſicum.in quo Ioannes Tortelius errauit:qui exemplum ex epiſtola Sapphus male adduxit.Nam legendum eſt.non facit ad lachrymas barbitos ulla meas.in neutro genere poſuit Horatius in primo carminum.Nec polymneia leſboũ refugit dicere barbiton.Licet:& accuſatiu⁹ maſculini eẽ poſſit ſicut in eodem libro idem Horatius. Age dic latinum Barbite carmen leſbio primum: modulate ciuiſ hic enim aperte maſculino genere protulit.Ilios autem nunquam maſculino genere ſed ſemper fœminino.Ilion ſemper neutro profertur. DISiecta:Diruta:Diſſipata.LAcertis.i.uiribus. QVId prodeſt.q.d.nihil. ET murus.ordo ẽ. ET ſolũ q[d] fuit ante murus.i.mur⁹ nũc æquatus ſolo.i.dirutus.nã tecta æquata ſolo dicunẽ:q̃ ſunt diruta: neq ſupra ſolum eminent. Vir.Et æquata ſolo fumantia culmina ponã.Ouidius li.iiii.faſt.Hæc æquata ſolo eſt nullo ſub crimine regni.

**OMNI BONI** ℭ VSq metu:nunc dicit ꝙ quãdo audiebat hoc dici dẽ Vlyxe propter audaciam eius. SINus mei.ſ.Penelopes. VSq.i.ſemper. MICuerunt.i.tremuerunt. CVM tu uictor. DICtus es iſſe:pro iuiſſe p agmẽ amicum. ISMariis equis.i.cum illis equis iſmarii dicti ſunt ab illa terra in qua nati fuerant uel educabantur equi.Dicitur ꝙ Vlyxes iam finxit ſe inopem & Troiam intrauit & abſtulit palladium.i.idolum Mineruæ quam Helena adorabat & de quo fatatum erat ꝙ quãdiu illud idolum eſſet in Troia ipſa nũquam poſſet capi:& per hoc patet magis ſuam audaciam fuiſſe in utilitate patriæ ſuæ.Diciẽ ꝙ Vlyxes habuit reſpõſum ab apolline Troiam non poſſe appræhendi niſi Achilles eſſet i exercitu græcorum.Thetis eius mater non habens niſi ipſum unicum filium ſimiliter orauit Apollinem quærens quid eſſe deberet de fato ipſius Achillis:qui reſpondit ꝙ moriturus erat in bello Troiano mater eius uolens obſtare ne iret ad bellum induit eum ueſtimẽtis muliebribus quem duxit ad regem licaonem habenté duas pulcherrimas filias cui deſignauit ut cum filiabus ſuis tanq̃ puellam ipſum uellet educare & admonere qui Achilles ob habitũ muliebrem cum una illarum puellarum concubuit. Vlyxes ſagaciſſimus ſciſcitans Achillem illic morari. Aſſumpto Diomede ſocio eius iuit cum pulchris mercimoniis & iocalibus ad regem Licaonem:puellæ illæ uidẽtes iocalia placida & nitentia cœperunt emere & etiam Achilles.Dum autem hoc uideret rex ille:tũc Vlyxes reſpondit regi clipeum fortiſſimum:de quo dixit non credo quenq̃ hominum tam fortem qui poſſit hunc clipeum ſuſtinere præter Hectorem.Achilles autem in ſpecie mulieris ſuſcepit clipeum leniter baiulãdo dicens ego mulier ſuſtineo.Tunc eum cognouit Vlyxes quem opprobriis taliter uituperauit ꝙ laniauit ueſtimenta & ad exercitum cum illis perrexit.Ita ꝙ Vlyxes fuit cã reditus Achillis Thetis mater Achillis mortuo Achille in bello troiano ſentiens Vlyxem fuiſſe cauſam huius reditus irata contra eum in mari detineri eum fecit & ſeruari ad portum & ſic Vlyxes errauit decem annis in mari & decem annis ſtetit circa troiam. SED mihi quid prodeſt:Supra.d.Penelope probauit Troiam eſſe deſtructam per reditum græcorum.In iſta parte oſtendit deſtructionem Troiæ nihil ſibi profuiſſe & diuidiẽ hæc lectio in duas partes in prima facit ꝙ dictum eſt:in ſecunda oſtendit deſtructionem Troiæ potius ſibi nocuiſſe:ſecunda ibi. VTILius ſtarent:adhuc prima in duas:quia primo oſtendit deſtructiõem troianam nihil ſibi profuiſſe. Sed oſtendit profuiſſe aliis:ſecunda ibi. DIRVta ſunt aliis:dicit in prima parte. ILIon:inter alias terras troiæ eſt maior. SED ilion diſiecta.i.deſtructa noſtris lacertis.i.manibus græcorũ. QVID pdeſt mihi.q.d.nihil. Hic poſſet obici ꝙ ilion eſt generis neutri redditum adiectiuum fœ.ge.ſ.diſiecta:ergo male dicẽdum ẽ ꝙ hic ẽ ſyntheſis generum:rettulit ilion ad troiam.ut ait Virg.cum dicit præneſte ſub ipſa.



**ANTO.** ℭ SI Maneo:inopinatum ſubdit ad communis [illegible] genus ſchematis ſubſtentatio a Celſo dicitur: græci uero paradoxam appellant:hoc eſt co[illegible] non enim Penelope:euerſa Troia ſe ut ante coniuge cariturам opinabatur. SI ma[illegible] [D]VRANte tro.cum Troia ſtabat. DIRVta ſunt aliis:ab aliarum fortuna ſuum mœre[illegible] ALIIS:ad fortunam aliarum puellarum. REſtãt: erecta ſunt.& non expugnata. V[illegible] [uic]tores:ubi fuerat troia: iam ſegetes creſcunt:& metuntur fruges. SEMIſepulta ui[illegible] [F]ERiuntur:inter eruendũ pcutiuntur.CAVſa morandi: non tam mora lædebat:q̃ quod moræ cauſa ignorabatur:putabatur.n.alieno amore detineri. LATEas:curioſius eſt:q̃ ſi maneas dixiſſet. QVISquis ad: ſuum officium laudat:tu inquit lates nec ẽt ad me tenuis de te fama peruenit. Ego de te ſemper curioſa ſum. Vertit nautæ cum ad portum perueniunt puppim in littus conuertunt. AD Hæc littora:itacenſia.

Si maneo qualis tro[ia durante] manebã:
Virq; mihi de[mpto] fine carendus abeſt:
Diruta ſunt [aliis] uni mihi pgama reſtãt:
Incola [c]aptiuo quæ boue uictor arat.
Iã ſ[eges e]ſt ubi troia fuit: reſecãdaq; falce:
Luxuriat phrigio ſãguie piguis hum⁹
Semiſepulta uirꝝ curuis feriunẽ aratris:
Oſſa: ruinoſas occulit herba domos.
Victor abes: nec ſcire mihi q̃ cã morãdi:
Aut i quo lateas ferre⁹ orbe licet. (pi:
Quiſqs ad hæc uertit pegrinã littora pup

**VBER.** ℭ SI:pro ſiquidem ideſt quia. QVALis.i. uidua & ſine marito. CARendus mihi.ideſt a me.& notandũ hoc participiũ in uoce paſſiua a careo dẽpto fine id eſt ſemper & perpetuo.nam quod finem nõ habet æternum eſt. ALIIS.ad utilitatem aliarum. MIHi uni.i.mihi ſoli.i.in damnum mei ſolius:cui eſſet utili⁹ quod adhuc ſtarent:ut infra dicet.utilius ſtarent. REStant.remanent.nõ re uera:ſed quantum ad damnum & dolorem ſolum. VICtor:græcus. INCOla: qui illic habitationem fecit poſt uictam troiam. BOVe captiuo:pro bobus captiuis.i.bobus qui ante fuerãt troianoꝝ nũc a græcis capti. IAM ſeges eſt: Hæc deſcriptio eo tendit:ut Penelope oſtendat iam diu troiam fuiſſe euerſam: enumerat enim certiſſima euerſionis & ruinæ argumenta:ex quo magis conquæritur de abſentia Vlyxis:& quod non poſſit intelligere ubi ſit: ſeges eſt ubi fuit troia & reſecanda falce.i.iam herba nata eſt ubi fuerat Troia:& ita alta ut iam ſit falce metenda.Seges aũt ſcdm Varroné dr a ſatu.i.ſemine.eſt aũt pprie ſeges eoꝝ ſeminũ:quæ pani cõficiẽdo ſunt apta nõdũ demeſſa.Nam fruges generaliter dicuntur oẽs fructus:qui in alimoniam uerti poſſunt: dicunẽ aũt eodẽ Varrone teſte a fruendo.hic ergo ſeges accipiẽ pro ſemine frugũ ſato & adhuc uiridi. FALce.ſ.meſſoria.Eſt eni & falx putatoria:qua arbores putanẽ:de qua Virg.in geor.Falce pmes umbrã.& in buc. Atq mala uites incidere falce nouellas. LVXuriat:ſupra modũ abundat.Hora. Luxuriantia compeſcet. Virg.Luxuriẽ ſegetũ tenera depaſcit in herba.Ad omnes nonnunq̃ referẽ:& ſignificat exultare & laſciuire.Ouidi.primo faſtoꝝ.Ludit & in pratis luxuriatq pecus:iterdum habitudiné ſignificat.Virgili.in tertio geor.Luxuriatq toris animoſum pectus:luxuriat enim hic poniẽ pro plenũ & denſum eſt. PINGuis:impinguata. SANguine phrygio.i.ſanguine troianoꝝ illic effuſo.Eſt aũt phrygia Aſiæ regio: ubi eſt troia. SEMIſepulta:non plene ſepulta:ut in bello accidit ppter multitudinem. FERiunẽ:eruunẽ ab aratris.Lucanus lib.vii.Quæ ſeges infecta ſurget non decolor herba. Quo non romanos uiolabis uomere manes. Idem paulopoſt.Pluraq ruricolis feriuntur dentibus oſſa. OCCulit: tegit: eius frequentatiuum eſt occulto. RVINOſas: plenas ruinis proſtratas. VICTor.ſ.o ulyxe. ABEs. es abſens a domo tua. NEC licet mihi.i.nec poſſum ſcire:quæ cauſa morandi.i.q̃ cauſa ſit tibi quare differas reditũ tuũ in pr̃iam. aut in quo orbe.eleganter pro in qua parte orbis. QVISquis.oſtendit nõ eſſe culpam ſuam quod ignoret ubi ſit ulyxes.dicit enim Penelope ſe neminem prætermittere: qui ad littus ſuum ueniat quem non diligenter interroget de ulyxe:& cui non tradat litteras quas ille reddat Vlyxi ſi eum alicubi uiderit aut inuenerit. QVIſquis.i.quicunq.ſ.uel mercator uel nauita. VErtit.appulit.flexit. PVPpim:nauem: ſynecdoche. PERegrinam:aduenam:externam. AD hæc littora.ad hanc noſtram terram.

**OMNI BONI** ℭ SI QVAlis: oſtendit ꝙ deſtructio troiæ nihil proſit ſibi dicens. SI.ideſt quia. MANeo talis. QVALIS manebam Troia durante: quia tunc carebam marito & diruta troia etiam careo marito.ideſt maritus mihi. ABEST carendus.ideſt quo debeo carere. DEMpto fine.i.ſine fine: quia ſemper ſum caritura marito.Nota ꝙ carendus eſt nomẽ participiale huius uerbi careo. DIRuta ſunt.In iſta parte dicit Domina penelope deſtructionem troiæ profuiſſe aliis dominabus. PERgama.i.ædificia troiana. INCOla.i.habitator. NOVus arat captiuo boue:quia deſtructa troia aliqui ibi græci manſerunt habitãtes aliquas domũculas cõſtructas nup & arabãt Troiã & ſic oſtẽdiẽ Troia pcipitata. IAM ſeges:in parte iſta oñdit troiã multo tpe iã pterito fuiſſe deſtructã.p hoc ꝙ dicit ꝙ creuerat ſeges & ad maturitaté puenerat cũ dicit. VBI troia fuit eſt ſeges reſecandaq falce.i.inſtr̃o illo cũ quo metiẽ ſeges & declinaẽ hæc falx falcis. LVXVriat:hic oñdit cãm qua ſeges cito creuit dicẽs. HVMus.i.terra. PINguis luxuriat phrygio ſanguine.i.habundat ſanguine troianoꝝ.Nota phrygius gia giũ.i.troian⁹ na nũ & dicitur a phryge q fuit rex troianoꝝ & ꝙ uere ſit pinguis pbat. QVIA oſſa uiꝝ: p uiroꝝ. SEMiſepulta feriunẽ curuis aratris. ET herba occulit.i.opit. RVInoſas domos. TV Victor abes.i.deficis uel lõge es. NEC licet mihi ſcire: in quo orbe.i.in q̃ pte. TV ferus.i.tu crudelis:lateas cũ dicit orbe ẽ ſynecdoche figura locutiõis. qa poniẽ totũ p pte. QVISqs:in pte iſta r̃ndet tacitæ qõni dicẽs ꝙ ſemp q̃rit de ipo p inqſitioné lr̃aꝝ & miſſioné nũcioꝝ.ſecunda ibi.Nos pylon. QVISquis:uertit peregrinã puppim.i.nauem ad hæc littora ille abit.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ANTO. ℭ CARtha nō ſcripta. Hoc eſt do litteras ad te his q̄ qui ex Itaca nauigaturi ſunt in quācūq̃ orbis regionē. NOS pylon: nō ipſa miſit: ſed Telemachus meꝰ ad Neſtorem: ut diximus: acceſſit. Pyli tres fuerunt urbes in peloponneſſo: una in Lepræ tica regione: al[ia] piſcea ad alpheum flu. tertia in meſſenia. ſed Neſtoris Pylos ab Ematho monte emathesia nūcupata multi eā eſſe uolūt: quæ eſt in ora piſcea: hanc condidit Neleus neptuni filius ex Tiro Salmonei filia. [E]x Clori Amphionis Thebani filia xii. filios habuit: oēs præter Neſtorē Hercules peremit: quādo erat can[didi]or: ut ipſe apud Homerū recenſet. INCerta: neſtor nihil certi de te nobis rettulit.

SPArten: ad Menelaū: qui cū de ulyxe negaſſet ſcire telemachū remiſit patera: & peplo donatū: pateram uulcanus effinxerat: peplum Helena texuerat. Sparte neſcia: Menelaus ſpartanus de te ueꝝ neſcit. MOEnia phœbi. Troia ipſa. STArent utilius: mihi minus moleſtum eſſet ſi non eſſet euerſa. Phœbꝰ & neptunꝰ Laomedōti i fabricandis troianis mœnibus opitulati ſunt. COLligit cauſas: ut quod dixerat probabile uideatur.

Ille mihi de[multa] rogatus abit.
Quāq; tibi redd[at nullo] mō uiderit uſquā
Tradit huic digitis [ch]arta notata meis.
Nos pylon antiqui neleia [neſt]oris arua:
Miſimus: icerta ē fama remiſſa pylo.
Miſimꝰ & ſpartē: ſpte quoq; neſcia ue[ri]
Quas habitas terras: aut ubi lētꝰ abes
Vtilius ſtarent etiā nunc mœnia phœbi:

VBER. ℭ ILLE abit: diſcedit. ſ. hinc. ROGatus. i. interrogatus: ut multa ſup ptiamo rogitās: alias rogare ſignificat orare in cōpoſitiōe uero cū uariis p̄poſitionibꝰ uaria habet ſignificata. Arrogare. n. ſignificat aſſumere & attribuere. & in malā pte accipiť. Dr̄. n. arrogās q ſibi plus aſſumit & attribuit q̄ deceat. Abrogare penitus tollere. Derogare in pte minuere & tollere. un̄ Ci. ad Hærēniū. cui legi derogatū uel abrogatū ſit. Erogare ē dare. Irrogare inferre. ut irrogare pœnā. Horatius primo ſermo. Adſit regula peccatis q pœnas irroget æqs. Prorogare differre. Hora. in primo ſer. Viuēdi recte q ꝓrogat horā. Ruſticꝰ expectat dū defluat annis. Subrogare ſufficere: & i locū alterīꝰ ſubſtituere. Prærogare p̄ferre: inde p̄rogatiua p̄latio & priuilegiū dr̄: ſiue ut uulgo loq̄r p̄eminētia. REDdat. det tibi & ꝓpriæ dixit nā lr̄æ dari dicunť ab eo q mittit. reddi uero ab eo q defert. qm̄ eius fidei ſint creditæ: ut reddanť. CARtha: epiſtola. poniť interdū ꝓ uno libro. NOTata: ſcripta: nā lr̄æ notæ dn̄r qđ p eas res oēs notenť. Nota ēt ꝓ quolibet ſigno accipiť. Vir. iii. geor. Cōtinuoq̃ notas. & noia gētis inurūt. Luca. li. vii. Nō tn̄ abſtinuit uēturos ꝓdere caſus: p uarias fortuna notas. Nota ēt dr̄ ignominia & ꝓbrū. atteſtať Noni. Luciliū. Quē ſcis ſcire tuas oēs maculaſq̃ notaſq̃. un̄ & nota cenſoria dr̄: quare Iuue. dixit. Sed q̄ fabricius cenſor notet. VIDerit uſq̄. i. alicubi. ſignificat aūt nō ſolū in loco ſed ēt ad locū. Hora. in primo ſer. de formica loq̄ns. Nō uſq̄ ꝓrepit. & Terē. in eunucho. ſed ꝓfecturꝰ alio fueras. reſpōdet pmeno. nuſq̄: ſubaudiť. n. ꝓfecturus erā. NOS pylon. dicit penelope p̄ter diligētē interrogationē & inq̄ſitionē factā a ſe de Vlyxe apud peregrinos ad ſuū littꝰ uenietes: & p̄ter lr̄as traditas q̄ ei redderētur: ſe ēt miſiſſe ad diuerſa loca pcūctatū de ipſo Vlyxe: & p̄ſerti pylon & Spthen qm̄ ex pylo a neſtore Vlyxis ſocio: uel ex ſparthe ab Agamēnone & Menelao principibꝰ græcoꝝ putabat ſe poſſe fieri certiorem ubi eēt Vlyxes. dicit ergo. NOS miſimus pylon arua neleia neſtoris. i. terrā neſtoris regnatā a p̄re eiꝰ neleo. fuit aūt: ut ſcribit Strabo. Pylos urbs in Meſſenia ubi neleus pr̄ neſtoris regnauit. hanc Hercules expugnauit: & ex. xii. filiis nelei ab eo interfectis ſolus neſtor ſuperfuit: qđ ipſe narrat li. xii. meta. ipſe neſtor interdū pylius dr̄ a pylo a Martiale: & a Iuuenale. ut Rex pylius magno ſi quicq̄ credis homero Exemplū uitæ fuit a cornice ſecūdæ. ANTiqui. ſenis. dr̄. n. uixiſſe trecētos annos: ut ipſe apud Oui. Vixi annos biſcentū. nūc tertia uiuiť ætas. FAMa de te. ē remiſſa. ſ. mihi a neſtore. INCerta: ignara de te. VBI ſis. MISimꝰ &. i. ēt

SPArten: lacedæmōa: nā eadē eſt ſparte & lacedæmō. Sed lacedæmō & ꝓ urbe & ꝓ regiōe poniť: dicta a lacedæmōe filio Iouis & taygetes filiæ atlātis. Spten aūt actūs eſt græcus a ntō ſparte. NEScia ueri. ignara ueritatis de te. Spte aūt ꝓ ſpartanis poniť. i. urbs ꝓ hoibus. Habitas. legendum eſt: nō aūt habites: qa ſequitur abes quod ē modi indicatiui. LENtus: tardus ad reuertendū. VTIlius: declarat apte: qđ dixerat ſupius uni mihi pgama reſtāt. VTIlius: cū maiori mea utilitate. STArent: eſſent adhuc integra & erecta. DIxi ſupra: in eo loco. Troia iacet certe. MOEnia phœbi. i. muri troiani: quos phœbus ædificauit. Fabula āt hoc hēt. Neptunus & Apollo promiſſa ſibi a laomedonte rege troianorum mercede muros illi ædificauerunt: ſed laomedon poſtea eis promiſſam mercedem negaſſe dicitur: quod ideo fingitur quia: ut uoluit Seruius: Laomedon neptuno & phœbo certam pecuniæ quantitatem uouerat: q̄ poſtea imminentibus hoſtibus ad murorum ædificationem tranſtuliſſe dicitur: unde ipſi muros troiæ fabricaſſe dicuntur: unde & auctor hic dixit pergama phœbi. & Vir. lib. iii. ænei. Et omnis humo fumat neptunia troia.

OMNI BONI ℭ ROGatꝰ: ꝓ interrogatꝰ. MIHi. i. a me. QVāq̃: ꝓ &. Cartha no. i. Nos pylō. Nūc dicit q̄ de eo q̄rit ꝓ miſſionē nūcioꝝ. & dicit. NOS miſimus pylō: lr̄a clara ē &c. Nota pylō onis & ſpartē ſūt ciuitates. VTIlius ſtarēt: in pte iſta oñdit deſtructionē Troiæ ſibi nocuiſſe: & duo facit. Primo facit hoc: ſcđo dat cām ſpecialē q̄ nō uenit: ſcđa ibi. HAEC ego: dicit mœnia phœbi. i. ædificia Troiæ: appellanť. n. mœnia phœbi duplici rōne: quaꝝ una eſt uera altera fabuloſa. Hæc ē uera q̄ phœbus. i. ſol nā ſicut ſol eſt lucidior īter aſtra ita mœnia troiana inter cætera erāt p̄heminentiora. Fabuloſa eſt hæc diciť q̄ Iaſon & Hercules cū eoꝝ ſociis redeūtes a cholco iſula poſt raptū aureū uellus uoluerūt applicare ad portū laomedōtis regis troianorum: quos ipſe Laomedon expulit arguendo opprobriis q indignati poſt paruū tp̄s aggregato exercitu cōtra Troianos laomedonta occiderūt app̄henſa troia Priamus eius filius dū abeſſet a deſtructione Troiæ ꝓcurauit reædificare Troiā & maiorē pulchriorē & ampliorē: dū nō poſſet penitus reædificare ciuitatē iuxta



libitū ſuū orauit phœbū: ut ſi ſibi ſubueniret ſibi p̄beret q̄titatē auri immēſam quo ꝓmiſſo phœbꝰ præbuit ſubſidiū: inde cōſtructa Troia phœbus poſtulauit ꝓmiſſa. Qui priamꝰ dare recuſauit: Vnde pgama. i. Troia dicunť mœnia phœbi quia phœbus cū modulatione ſuæ liræ faciebat lapidem ſtrui ſuper lapidē in cōſtructione murorum. Diciť aūt q̄ dum Hercules iuit in colchos inſulam: pro aureo uellere uolendo tranſire per troiam. & prohibitus a Laumedonte iratus occulte tranſiuit muros ciuitatis imos & nondum eleuatos: hoc audito Laumedon iratus propoſuit ita altiorare muros q̄ nemo poſſet præterire. Vnde inuitauit phœbū ſeu Neptunū ad hoc: q dulcedine liræ faciebat ut ſupra: & aq̄s ſponte illuc uenire: qa ē neptunꝰ deꝰ maris: & aq̄ꝝ: un̄. MOEnia phœ. i. a phœbo facta: & ſic patet q̄ i modico tpe troia ut ſupra diruta fuit

Iraſcor uotis heu leuis ipſa meis.
Scirē ubi pugnares: & tantum bella timerē.
Et mea cum multis iuncta querela foret.
Quid timeā ignoro: timeo tamē oia demēs.
Et patet in curas area lata meas.
Quæcūq; æquor hēt. quæcūq; p̄icula tellꝰ:
Tam lōgæ cauſas ſuſpicor eſſe moræ.
Hæc ego dū ſtulte meditor: q̄ ueſtra libido ē
Eſſe peregrino captus amore potes.
Forſitan & narras: quā ſit tibi ruſtica cōiūx:

ℭ HEV leuis: mobilis: utiť correptōe. IRAſcor: iprobo q̄ pro excidio troiano uota ſuſcepi. SCirē ubi pu. ecce cās utilitatis oñdit. VBI: in q̄ orbis pte CVM multis: multaꝝ q̄rela nr̄am faceret leuiorē. IGNOro: poſt dirutā troiā. AREa lata: metaphora ſoli ſpacio ingēs ē curarū fluctuatio. STVlte: temere & fruſtra. QVæ ur̄a li. amas forte peregrinā puellā: qđ ꝓ inſatiabili libidine facere cōſueuiſtiſ ut neglecta uxore alias ametis. PERegrino amore: alludit ad Cyrcem & Calypſo: cū q̄bus Vly. multū tpis conſumpſit: ex Cyrce thelegonū genuit: ex Calypſo Atlātis filia Auſonē a quo italia auſonia nuncupať. FORſitā & nar. præſumit quæ ulyxes obiicere potuiſſet: id genꝰ ſchematis græce etroilchis latinæ præſumptio: ut Fabius meminit. NARRas: puellis quas amas. RVStica: in cæteris rebus ignaua: præter q̄ in lanificio. — ANTO.

VBER. ℭ HEV ipſa. i. ego leuis incōſtās. & mutabilis. alias leuis ſignificat nō oneroſum. item uilē & cōtēptibilē IRAſcor meis uotis: repræhendo mea uota: & ea q̄ optaui prius enim optaui: ut Troiam uinceretis & dirueretis: nunc doleo me ita optaſſe: nam uellē adhuc troiā ſtare. SCIrem ubi pugnares & cætera. ſenſus eſt. ſi troia ſtaret: hoc ſaltē ſcirem ubi pugnares & gereres bellū. ET tātū. i. ſolūmō. TIMerē bella. i. p̄icula belloꝝ: nō autē alia. ET Mea querela: de abſentia mariti. FOR et iuncta cū multis. ſ. aliis mulieribꝰ: quæ & ipſæ cōquærerenť de abſentia maritoꝝ ſuoꝝ: qđ eēt mihi tolerabilius. Nā ē in cōi ꝓuerbio miſeriaꝝ ſocietas ſolacii loco ē. QVId timeā. ſ. nūc cū neſcio ubi ſis. DEMēs: exaiata: & humore pturbata. ET patet in curas area lata meas: ſenſus ē: licet neſciā quid timeā: timeo tamen tibi oia pericula & meæ curæ & timores in oēm partem uertuntur. ARea: ſpatiū. LAta: ampla. IN meas curas: in meas ſollicitudines & timores de te. PAtet: patens ē. & diffundiť late atq̃ ſpacioſe. nam Area pro ſpacio ponitur & latitudine. ſignificat & alia: & proprie & tranſlatiue. quæ: quia ad hunc locum non pertinent: prætereunť. QVæcūq̃ æquor habet. ordo ē: ego ſuſpicor quæcūq̃ pericula. i. oia pericula: quæ æquor habet & tellus. ESSE cās tā longæ moræ. i. q̄ tā diu moreris: ſuſpicor fuiſſe cām periculorū: quæ tibi mari terraq̃ potuerunt accidere. HAEC ego dum ſtulte: Nunc more muliebri detegit aliam ſuſpitionem: quā habet dicens. Hæc ego ſupradictas cās ſuſpicor: ſed ut uos uiri libidine maxime ducimini: captus es fortaſſe amore alicuiꝰ mulieris q̄ te detinet. ordo eſt dum ego ſtulte meditor hæc. ſ. ſupradicta: tu potes eſſe captus amore peregrino.

QVæ libido ueſtra eſt. i. ꝓ ea libidine quæ libido eſt ueſtra. i. ueſtrum uiroꝝ. i. quam uos uiri habetis: & hic eſt uerus ſenſus & uera conſtructio nam ſupplendus eſt ablatiuus. talis conſtructio uſitata eſt a doctis. Seruius Sulpitius ad Ciceronem in epiſtola qua conſolatur eum de morte filiæ ſimili utitur locutiōe. Qui illius amor in te eſt hoc te facere illa non uult. ordo illa non uult te facere hoc eo amore qui amor illius ē in te. ſunt & alia exēpla ut q̄ iprobitas tua ē: me oppugnare audes. i. ea iprobitate q̄ tua iprobitas eſt: ſed hæc ſint ſatis: huiuſmodi autem ſuſpitiōes uxoꝝ de amore maritoꝝ abſentium: qm̄ crebræ ſunt: ſolent a poetis ipſis mulieribus attribui. Terē. in adel. uxor ſi ceſſas aut te amare cogitat: aut amari: aut potare: aut animo obſequi: & tibi bene eſſe ſoli: cū ſibi ſit male. FORſitan: addit & aliā ſuſpitionē de cōtēptu ſuo: qđ. ſ. Vlyxes. ut gratior ſit nouæ amicæ: uituperat ipſam penelopē. Sic medea ad Iaſonē Forſitā & ſtulte dū te iactar̄ maritæ Quæris: & iniuſtis auribꝰ apta loqui In faciem: moreſq̃ meos noua cría fingis. RVStica: inculta.

OMNI BONI ℭ HEV ego ipſa leuis: ideſt inconſtans. IRAſcor meis uotis: ego enim orabam deos: ut Troia deſtrueretur ſed nunc doleo me oraſſe deos ex hoc. SI SCIrem ubi pugnares: ego uenirem. TIMErem tantū bella: nunc autem timeo omnia mala. ET Mea querela foret. MIXta cum multis. ſ. querelis: iuxta illud qđ dicitur: Solacium eſt miſeris ſocios habere pœnarum. QVID timeā hic dicit domina penelope ſe tm̄ pati timorem q̄ quaſi efficitur ſtulta dicens. EGO ignoro quid timeam tamen demens. i. ego ſine mente & intellectu. i. magis non metuo unum periculum q̄ aliud. ET lata area patet i meas curas. i. ego habeo cogitationē circa naturalia & diuerſa & dico. EGO ſuſpicor. i. puto quæcunq̃ p̄icula hēt mare & terra ego puto. CAVſam eē tā lōgæ tuæ moræ. HAEC ego dū ſtulte: dixit. d. penelope q̄ ſuſpicabať quæcūq̃ pericula: hic dicit unū eſſe periculum ſuæ moræ: & duo facit. Primo enim pōit hoc: ſcđo ponit optationem q̄ hoc nō ſit: ſcđa ibi. FAllar: primo dicit. DVM ego meditor. i. puto ſupradicta. STulte. i. ſtulto mō &. QVæ. i. quanta. EST ur̄a libido. TV potes eē captus amore pegrino. i. alteriꝰ mulieris amor te detinuit. CONiūx tibi ru. ſit. i. mulier uilis pgamei & uilis conditiōis: & hoc qa lanificā dicis. QVæ tm̄. i. ſolūmō.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ANTO. ℂ RVDes:incultas & aſperas.Dicimus rudes q̃ nullū in ſuo ſtudio cultum ſortiti ſunt. FALlar:hac mea opiniōe decipiar. TENues:q̃ ſua leuitate non uident̄. LIBer re.q̃ cū alieno amore tenearis redeūdi non hēas arbitriū. VELis ab.in patriā redire cōtēnas. ME pr̄ ica.pſiſtit in pſumptiōe.Icarius ex Polycaſte genuit Penelopē:leucadium & alixiā.Penelope icariotis ē dicta quoniā icariū alii icariotū uocarūt q̃ filiā ſollicitabat:ut Eurimaco uni ex ꝓcis nuberet. TVA ſum:nō alteriꝰ cōiūx. DICar:a poſteris:uolo a cōſtātia cōiugii laudari. PVDicis:pudicæ filiæ q̃ utri thalamū cuſtodit. VIRes:pr̄num ius ſumptū eſſe uidet̄ ex romanis legibꝰ:qbus ſanciebat̄:ut q̃ primū ætas ferret ad coniugium cogi poſſet:ut Diony.ſcribit.

Q uæ tantum lanas non ſinit eſſe rudes.
Fallar:& hoc crimē tenues uaneſcat i auras:
Ne ue reuertendi liber abeſſe uelis.
Me pater icarius uiduo diſcedere lecto:
Cogit:& immenſas increpat uſq; moras.
Increpet uſq; licet tua ſim:tua dicar oportet:
Penelope coniunx ſemper ulyxis ero.
Il'e tamen pietate mea:precibuſq; pudicis.
Frangitur:& uires temperat ipſe ſuas.

VBER. ℂ QVæ tantum lanas non ſinit eē rudes.i.quæ nulli alii rei muliebri ſatis ſit apta niſi carpendis lanis:non etiam acui:notandum autem eſt penelopē ſuſpicari non ſolumꝰ quod Vlyxes eam ruſticam dicat apud amicam:uerūetiam dicat eſſe anum:nam mulieres iuuenes magis exercitio acus utebantur: non ad conſuendum:ſed ad pingendum uariis coloribus:& figurandum ueſtes:quales a didone non textas:ſed acu pictas,ſignificat. Virgili.æneí.lib.xi. Tum geminas ueſtes:auroq; oſtroq; rigentes Extulit Aeneas:quas illi læta laborum Ipſa ſuis quondā manibus ſidonia Dido fecerat:& tenui telas diſcreuerat auro.& alibi.Pictus acu clamydem & ferrugine clarus hybera.Anus autem:quæ propter uiſus hebetudinem.aut manus inſtabilitatem:acui non eſſent aptæ ad lanam transferebantur:& talem mulierem Iuuenalis ſignificauit:cum dixit.Eſt in conſilio matrona:admotaq; lanis Emerita:quæ ceſſat acu. RVDES .i.impolitas. FALlar:optatiui.eſt modi:& ſubauditur utinam.Fallar.ſ.hac mea opinione:quam de te habeo. HOC crimen:quo te accuſo.ſ.de amore alterius mulieris. TENues:uacuas:uel ſubtiles auras,.ideſt aera:qui eſt tenuis comparatione aquæ & terræ. VANeſcat:In uanum hoc eſt in nihilum abeat : hoc eſt non ſit uerum. NE VE reuertendi.ue copulatiua eſt coniunctio.ſignificat enim &:ſenſus ergo eſt:& tu. LIBER reuertendi.i.tu non prohibitus:quin reuertaris.i.utinam nullius mulieris amore retentus. NE ue lis abeſſe.liber enim eundi dicitur:cui ire permittitur:& ſic liber reuertendi:qui libertatem habet reuertēdi.Poteſt etiam ita ordinari cum ſequentibus uerſibus:& ne tu liber reuertendi uelis abeſſe. PATER icarius cogit me &c.rariſſime tamen inuenitur apud Ouidium:ut ſenſus a uerſu pentametro præcedenti ad exametrum uel pentametrum ſequētes tranſeat:q̄uis nonnunquam faciat:ut in epiſtola phyllidis.Quaq; patent oculis littora lata meis.Siue die laxatur humus.ſeu frigida lucent Sidera:proſpicio quis freta uentus agat. ME PAter:Commendat nunc penelope amorem ſuum & conſtantiam erga Vlyxem:quia cū poſt tam diuturnam abſentiam Vlyxis:uellet eam pater alteri uiro collocare:dicit ſe nunquam uoluiſſe. ICArius pater meus.Fuit enim filia icarii fratris Tyndari:ut ſcribit Strabo libro decimo polycaſta eiꝰ mater fuit pater autem penelopes & eius fratres Alyzeus & Leucadiꝰ:qui cum regnum Acarnaniæ tenuiſſent:ciuitatibus nomen dederunt:ſæpe uoluerūt eam Eurymacho uxorem tradere:adducit Strabo homeri uerſus latinos ſic factos.Olli in tecta Patris properant habitare feroces Icarii:cuius de ſemine filia pulchro germaniq; orti fratres:tum protinus illam Eurymacho pater & fratres nupſiſſe uolebant.dicit ergo. PAter cogit.ſ.uerbis ſuis:nam uoluntas patris filiabus pro iuſſu habenda eſt. DIScedere uiduo lecto.ſ.tuo a te derelicto & in quo ſum tanq̄ uidua. INCrepat:incuſat. MORas immenſas.i.nimias longas moras meas q̃ te tam diu expectem. INCREpet:huius uerbi repetitio habet emphaſim quaſi dicat iclamet mihi q̄tum uelit. OPORtet:decet. PIEtate mea.i.meo uehæmenti erga te amore. FRangit̄:uincitur. ET Vires tēperat.i.minuit impetū animi:q̄a q̄n uidet me tam eſſe amantē tui minus. poſtea inſtat ut nubam alii.

OMNI BONI ℂ NON ſinit eſſe lanas rudes.i.groſſas uel inuelatas:& illæ dicuntur quaſi lanæ inelectæ.i.lanæ groſſaꝝ ouium aliqui ita exponunt. QVæ non ſinit lanas eſſe rudes.i.nouas quia turpes:nam ex ipſis lanis fruſtrā tibus q̄n diu manent non netæ fiunt rudes & turpes. FALlar:modo ponit optationem dicens.Fallar.i. utinam fallar. ET hoc crimen uaneſcat in tenues auras.i.potius q̃ dixi.ſ.te appræhendiſſe aliam mulierem potius ſit uanum & mendacioſum q̃ ſit uerum. VE:pro &. NE tu liber reuertendi uelis abeſſe:& ne potes redire. ME pater icarius:hæc eſt ſecunda pars principalis huius epiſtolæ in qua dn̄a penelope oſtendit Vlyxē debere uenire quattuor adducens rationes.Primo ex parte ſui:ſecundo ex parte bonorū ſuoꝝ: tertio ex parte filii ſui:quarto ex parte patris ſui:ſcd̄a ibi. Dulichii:tertia ibi.Tres ſumus ībelles:quarta ibi. Sed neq; Laertes.Dicit ergo O Vlyxe uenire debes:pater meꝰ. ICArius cogit me diſcedere uiduo lecto:reputat me uiduam credens te mortuum & uult me nubere. ET INcrepat uſq;.i.ſemper. MEas moras:quaſi dicat ne credas eū eſſe uenturū:quaſi uelit dicere nō uenit q̄a mortuus eſt: q̄a ſi uiueret nō diſtuliſſet tāto tp̄e quin ueniſſet. QVA nuis uſq;.i.ſemper. INCrepet:tn̄ nolo nubere q̄a. SEMp dicar uxor Vlyxis Ille tn̄:dicit tn̄ ꝙ ꝓcibus ſuis pr̄ eius annuit uolūtati ſuæ:& dicit. TAMen ille.ſ.pr̄ meus. FRAngit̄.i.humiliat̄. PIEtate mea. PVDicis ꝓcibus.Dulichii in pte iſta ꝓbat ꝙ uenire ſtudeat:rōne direptionis bonorū ſuorum manifeſtans quoſdam luxurioſos:non ſolum reſpectu libidinis:uerūetiā reſpectu diſſipatiōis: & guloſitatis:q quottidie ſua bōa diſſipāt:uel in hac pte r̄ndet tacitæ obiectioni:q̄a poſſet Vlyxes obiicere: tu bene nuberes ſed tu nullum reppis tibi placentē.hic reſpondet multos ueniſſe appetentes eam dicens.



ℂ DVLichii ſamiiq;:ab imodeſtia ꝓcoꝝ arguit:ut ad ultionē accēſus Vlyxes redire feſtinet.Conuenerāt ꝓci i Vlyxis regiā Dulichii duo & q̄nquaginta:quos ſeq̄bant̄ famuli ſex.Samii q̄ttuor & uigīti:zacynthii uigīti:Itacēſes duo & uigīti:e qbꝰ hi ab Hom.noiant̄.Anthioꝰ Empythi itacēſis filiꝰ:Eurinōus ægyptii herois Eurimachus Polybi:Leocrithus euemoris:Neſo areti:Piſander polyctoris:etheſipus:polydecte:aglaus. damaſtoris:leocles:enopi:Amphinomaus:demoptholemus:oēs ꝑeremit Vlyxes p̄ter ꝓconē:medonta & cytharœdū euphemum dulichiū:ſamos & zacynthos inſulæ adiacent epyrho:dolichum:dulichium hodie uocatur.Samos altitudo & ſummitas interpretatur: ut ſcribit Stra.Alii.appellatā uolunt a Sais antiquiſſimis Thraciæ populis:qui illam incoluerunt. ZAcynthos nemoroſa ē:nō ultra ſtadia ſexaginta illius eſt ambitus. Vrbs in ea fuit eiuſdē nois. TVrba luxurioſa proci:exprimit nominis uī ex Verri Flacci ſententia.Procos enim dicimus qui in eādē libidinem nimia appetentia conſpirant a procando dicti.Eſt procare:ut Verrus ſcribit.Nimiū laſciue petere:unde procaces molliū rerum petitores:& a petendo nimium petulci:ſeu petulantes: & nimia laſciuia petulantia. RVunt:ex omnibus inſulis Echinadibus: in tuam regiam confluunt. IN me: meū cōcubitum petentes. LVXurioſa turba:libidinis plena & petulans. VIScera noſtra:quas non minus lacerari & abſumi dolemus:quā ſi noſtra corpora dilaniarentur. QVId tibi pyſandrum:aliquot nominat ad excitandum inuidiam.Erat pyſander ut diximus Polyctoris filius. MEDontaq;:cytharedum. DIRum:obſcœnum. MANus auidas:ad tuas opes perdēdas:prodigas. ANTHInoi & Eurymachi:hi duo erant ex procis primores. TVRpiter : ſummo tuo dedecore qui domum negligere uideris. SANguine:tua induſtria & labore. IRVs egens:pathos ab humilitate perſonæ:irus itacenſis mendicus:corpore uaſtus:ſed nullis uiribus:ut Home.ſcribit Arneus primo uocatus eſt ab Vlyxe pugno percuſſus ſub habitu mendici fere extinctus cecidit. MELanthius.fuit Dorili filius:magiſter ouium cum procis Vlyxis armenta deuorabat:ſed philetius & eumenus.poſt Vlyxis reditum tractum pedibus & manibus in cubiculum ad trabem ſuſpenderunt:percuſſerat Vlyxem calce ad fontem cum ageret in procorum cœnam pinguiſſimos ouium greges:erat tunc Vlyxes in hītu mendici.

Dulichii:ſamiiq;:& quos tulit alta zacithos:
Turba ruunt in me luxurioſa proci.
Inq; tua regnant:nullis prohibentibus aula:
Viſcera noſtra tuæ dilacerantur opes.
Q uid tibi pyſandrū: polybū medōtaq; diꝝ:
Eurymachiq; auidas:anthinoiq; manus:
Atq; alios referā:quos oēs turpiter abſens
Ipſe tuo partis ſanguine rebus alis.
Irus egens:pecoriſq; melāthius autor edēdi:

VBER. ℂ DVLichii:Nūc penelope ꝓcatores ex diuerſis locis ueniſſe cōmēorat.Sūt āt ꝓci ſiue ꝓcatores:q ꝑſeuerāter & īſtāter aliquā uxorē petūt:ꝓcari.n.ē īportune & ꝑſeuerāter petere:ordo eſt ꝓci Dulychii & quos &c.ruūt ī me.Dulychiū āt ut ſcribit Stra.una ē ex Echinadibꝰ īſulis q̄ īter Zacynthō & Cephaleniā ad oriētē ſolē iacēt:ex ea duo de q̄nquagīta ꝓcos ueniſſe ſcribit Home.Cephaleniā āt teſte Stra.q̄dā Dulychiū appellare nō dubitauere.dcām āt ait a Cephalo hāc tetrapoli.i.q̄ttuor ciuitates hn̄tē appellatā dicit.Same Cephaleniæ urbs eſt:q̃ & Samos dr̄.Nā ꝓ urbe teſte Stra. utroq; mō dr̄:ꝓ īſula uero tm̄mō ſamos ex ea q̄ttuor & uigīti ꝓci uenerūt.Zacynthos paulo plus q̃ Cephalēia in occaſū uergit eāq; magis attigit.eiꝰ aūt ambitꝰ ultra cētū & .lx.ſtadia ē:abeſt a Cephalenia ad ſtadia.lx.nēoroſa q̄dē:ueꝝ fructifera.eius nois urbs ē celebris.hæc Strabo. ET Quos tulit:quos ꝓcreauit. ALta:eminēs.Vir.iii.æneí.Iā medio appet fluctu nemoroſa zacynthos:ꝑ hoc q̄d dixit appet altā eē ſignificauit. TVRba multitudo:q̄a ut ſupra oñdimꝰ: erant q̃ plurimi. RVūt cōcurſu:& q̄ſi facto īpetu ueniūt.Vir.ac ucti uelut agmine fcō q̃ data porta ruūt. REgnāt inuidioſe dixit.q.d.nō ſatis ē illis uenire in domū:ſed uolūt ī ea eē dn̄i:& diſſipāt res tuas:q ſūt mihi caræ tā q̄ uiſcera mea. DILacerant̄:diſſipant̄.ſ.ab ipſis. QVId tibi py.Occupatio ē rhetorica exornatio:dicit.n.ſe nō eē dicturā:& tn̄ cōmemorat quoſdā:quos ſibi īteſtiſſimos eē dicit. AVIdas manꝰ:auaras:& ad rapiēdū paratas. REbꝰ:diuitiis. PARtis:acq̄ſitis. TVO ſan:q̄a eas ī bello & multis ꝑiculis acq̄ſiſti. TVRpiter:cū tua infamia:nā turpe ē pati res ſuas dilabi. IRVS eges:noiat alios diſſipatores bonoꝝ Vlyxi quos oñdit eē hoīes uiliſſimos.Irū:ut Stra.ſcri.Hom.Arnæū appellat ab Arne urbe boetiæ egenū āt fuiſſe Oui. & hic & in.iiii.triſtiū oñdit:q eiꝰ nomē ꝓ paupe pōit.Nēpe dat:& q̄dcūq; libet fortuna rapitq;.Irus & ē ſubito qui mō Creſus erat.Idem li.ii.de remedio.Cur nulla eſt hecaten:nulla ē quæ ceperit Irum:Nempe quod alter egens: altera pauper erat. MELanthium autē alii paſtorem & caprarium Vlyxis fuiſſe uolunt ſed lanium potius ſignificat:hoc eſt qui pecora ad eſum mactaret & laniaret.& dictus ē auctor pecoris edēdi ad uituperiū:quia erant & auctores pecoris ſacrificandi:& hi tā uiles nō habebant̄ dicebanturq; miniſtri.

OMNI BONI ℂ DVLychii:q dicti ſūt a dulychia īſula. SAmii.i.de illa īſula:& ꝓci q dn̄r a ꝓcor ꝓcaris.i.ꝓcatores. ET quos tu.al.zacyn.uel zacynthꝰ declinat̄.n.hic dulychius chii:uel dulychia chiæ:ſannis tis:uel ſannes nos: ſic Iacynthus Iacynthos. ISTI ruūt ī me.i.cōtra. LVXurioſa tur.q̄a. REGnāt.i.morant̄: IN Aula tua.i.in domo tua. NVLlis ꝓhibētibꝰ.& ſic patet ꝙ. TVæ opes:nr̄a uiſcera:& ē hic appoſitio. DILacerant̄:q̄n uides tuas opes dilacerari. QVId tibi py.q.d.poſſem tibi multos narrare.ſ.pyſandrū q illo noie dicebat̄. ET polybū.i.aliū hoīem. ET diꝝ medōta.i.illū peſſimū uiꝝ. ET auidas ma.Eurimachi Anthioiq;:q̄a ſp cupiūt rape alienas opes.Nota manꝰ hic ſumi ꝓ mēbro ſcd̄m uero aliquos ꝓ ſocietate. ATq;:ꝓ &.Quid referā. ALIos quos oēs:tu abſens alis tuis ꝑtis rebꝰ.ſ.turpiter. TVO ſan.i.cū labore. IRVS egēs.i.egenus.i.q̄dā ſic noiatus. QVE ꝓ &. MELanthius auctor edendi pecoris.i.ille homo paſtor:ſiue cocus qui ibat raptū pecora de ſtabulis:& ea mactata carpebat edendo cum ſociis ſuis qui ſunt tibi.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

ANTO. ℭ TRES ſum⁹ imbel. pathos ab ætate & ſexu. ILLE: telemach⁹. PER iſidias: ꝓcl telemacho ad neſtoré eũti iſidias poſuerũt: ut Hom. refert. & Stra. teſtat̃: q̃s anthino⁹ molit⁹ ẽ: parauerat. n. naui cũ ſociis uiginti: ſed palladis numie euaſit telemachus. PYLon ad neſtoré. OMNIb⁹ iuitis: tota domo abnuéte: nihil penelope de filii diſceſſu nouit: ut diximus. HOC faciát: uotũ meũ ratũ uelint. EVNtib⁹ or. fatis: ut non adat añ dié. ILLE: telemachus. CLAudat me. ocu. & tuos: q erát gñe ꝓpingores mortuoꝝ claudebant oculos: licet in lege mália eét: ut Var. tradit: ne filii parétib⁹ ſigillét oculos. CVStos boũ: ꝓhileti⁹ cephaleni⁹ paſtoꝝ magr̃ & Vlyxis uaccaꝝ cuſtos. FACiũt hoc: idé uouét. LONgæua nutrix: euryclia piſeoris filia nutrix Vlyxis quã Laertes emerat. xxx. bubiis iṗuberé & caſtam ſeruauerat. CVRa fide: fideliſſimus cuſtos eumeus. HARæ imũdæ: ſordentiũ porcoꝝ erat eumachus etheſii filius cuſtos porcorũ etheſius ormenis filius in ſciria quæ eſt inſula ultra ortigiam in mari ægeo: filium genuit eumeũ: quem nutriendũ dederat phœniſſæ mulieri aribátis filiæ hæc cũ puero & trib⁹ poculis ſe phœnicib⁹ mercatorib⁹ addicit. Septio die ſagittis a diana cõfoſſam: mercatores in mare illã ꝓiciũt eumeũ puerũ laertæ uendũt: additus porcorum cuſtodiæ fecerat haras. xii. contiguas: ita ut ſingulæ. l. fœtas ſues clauderent.

Vltimus accedũt in tua damna pudor.
Tres ſum⁹ imbelles nuero: ſiñ uirib⁹ uxor:
Laerteſq; ſenex: telemachuſq; puer.
Ille ꝑ iſidias pene ẽ mihi nuper ademptus:
Dum parat inuitis omnibus ire pylon.
Dii ꝓcor hoc iubeãt: ut euntib⁹ ordie fatis:
Ille meos oculos comprimat ille tuos.
Hoc faciũt cuſtoſq; boũ: lõgæuaq; nutrix:
Tertius immundæ cura fidelis haræ.

VBER. ℭ VLTimus pudor: ultimũ dedecus q̃a ipſi ſunt uiliſſimi: pudor aũt interdũ ꝓ Verecũdia: hic ꝓ timore infamiæ accipit̃. ut Iuue. ingenui uultus puer ingenuiq; pudoris. interdũ ꝓ dedecore ut hic. interdũ pro pudicitia. Vir. iiii. æneí. Ante pudor q̃ te uiolem. TRES ſum⁹: occurrit obiectiõi ordo ẽ nos ſumus tres núero ĩbelles. i. nõ apti bello. & uirib⁹ debiles. ſ. EGO uxor: argumẽtũ a ſexu: nã mulieres natura ſũt ĩbelles LAErtes: pr̃ tu⁹. Vulgo. n. ex laerte genitus a poetis dr̃: licet interdũ Siſyphi filius appellet̃: nã cũ eius mr̃ Antidia ad laerté ſpõſa duceret̃: fert̃ fuiſſe rapta a Siſypho latrõe & ex eo genuiſſe Vlyxẽ: qd̃ ei ad cõtumeliã. Aiax obiicit li. xiii. met. Quid ſanguine cretus Siſyphio apud Vir. quoq; li. vi. cõtumeliæ cã Siſyphi filius dr̃ cũ Deiphœb⁹ dicit hortator ſcelerũ Aeolides. nã Siſyphus Aeoli filius fuit. Oui. tñ nulla cõtumeliæ cã Siſyphi filiũ dixit lib. iii. de arte amãdi. His ſua Siſyphides auditis pœne reſoluit Corpora: nã ſociis illita cæra fuit: hæc dixi: ut tollat̃ dubitatio ſicubi reperiat̃ ita appellatus. TELemachus puer: uel filius: uel ætatis puerilis & teneræ. ILLE: telemachus. POEne: fere. EST adéptus: eſt ſubreptus. PER inſidias: ꝑ dolos. OMNib⁹ inuitis: cõtra uolũtaté oium. DII ꝓcor: optat penelope: ut Telemachus ſit ſupſtes ſibi & Vlyxi: ordo ẽ ꝓcor ut dii iubeãt. i. uelint: ut infandum regina iubes renouare doloré. VT ille telemachus COMprimat: claudat. MEOs oculos: quia propinquiores ſolebant morientibus oculos claudere: q morte late aperiuntur. HOC faciũt. i. hoc idé precantur cuſtos boum: bubulcus noſter hoc eſt boum cuſtos: qui ut Theocritus edyllio. xvi. ſcribit philetius appellabatur: habebat enim Vlyxes: ſicut plæriq; alii ea tempeſtate: magnam parté prouentuum ex armentis & gregibus. LONgæua anus: longæ ætatis nutrix. ſ. tua hæc Euryclia dicebatur. TERtius cura fidelis. i. fidelis cuſtos. HARæ. i. porcorum. i. ſubulcus is Eumæus uocabatur: fuit alius Sybotes. IMMundæ: fœdæ: eſt enim porcus aial fœdũ: hara haſpiratum: & prima correpta ſignificat porcorum ſtabulũ: prima lõga & ſine aſpiratione eſt locus ubi diis ſacrificatur.

OMNI BONI ℭ VLTimus pudor accedũt in tua damna. quaſi dicat maxima Verecũdia & dedecus tibi hoc eſt q tales hoies cõuerſentur in domo tua. TRES ſumus imbelles: ſuperius dña Penelope ſcripſit q non uenire recuſet: ex parte ſui: & bonorum ſuorum: nunc auté ponit tertiam rationem qua uenire non recuſet pro parte Telemachi filii ſui: & duo facit: primo. n. ponit pro parte filii ſui: ſecundo pro parte patris ſui antiquiſſimi: ſecunda ibi. RESpice laertem: circa primum duo facit: ponit pro parte filii ſui per unam cauſam: ſecũdo per alias cás: ſecunda ibi. EST tibi: uel illa pars poſſet diuidi in duas: in prima q ueniat pro parte ſuorum bonorum in ſecũda reſpõdet tacitæ quæſtioni: ſcd̃a ibi. TREs ſumus imbelles: q̃a tu poſſes dicere q̃re nõ defendis bona: ne diſſipent̃: rñdet dicens nos ſumus imbelles. i. ſine bello. i. nõ bellicoſi q̃a debiles. ſ. ego. VXOr tua ſine uirib⁹: q̃a mulieres ꝑuæ fortitudinis ſũt: q̃ ꝓ &. LAErtes ſenex. i. pr̃ tu⁹ q nullis ẽ uiribus. TELemachuſq; puer. i. filius tuus ꝑuus. ILLe ꝑ iſidias: hic oñdit q uenire debeat ꝓ pte filii ſui: ex una cá: nũc oñdit q alia de cá uenire debeat. EST tibi: hic dicit tu debes uenire q̃a ille puer. i. filius tuus. POEne. i. quaſi ſublatus ẽ tibi. PER inſidias. i. ꝑ latrocinia inimicoꝝ tuoꝝ: q uolebát illũ interficere: ut deinde poſſiderent opes tuas. DVM parat ire pylon. i. ad aliam ciuitatem. OMNibus inuitis. ſ. inquiſitũ de te. DII precor: in iſta parte facit inuocationé ad deos oñdens ſe optare lõgũ æuũ filii ſui: dicés: ego. PREcor: ut dii iubeant hoc. ſ. EVNtibus fatis. i. fortunis. IN ORdine: cõſuetudo erat tũc tpis: q qñ pater aut mater alicuius moriebatur filius claudebat eius oculos: & dicit. EVNtibus ordine: quia naturaliter filius debet ſupuiuere parentibus ſuis: & hoc dicit: q nõ ẽ mirandũ ſi lõgũ æuum poſtulat̃ & appetit̃. Imo cuſtodes brutorũ aíalium ꝓpriis eoꝝ animalibus ſalutem exoptant: & hoc dicit. CVStoſq; boum longæuaq; nutrix. i. alũna filio qué nutrit & lactat. TERtius q eſt nomen ordinale q̃a poſt duos ſequit̃ tertius. ſ. CVra fidelis. ſ. unus porcarius optaret uitã ſuis porcis: uel aliter legit̃: ſcd̃m q. d. Penelope tenebat ſubulcum. i. porcarium & mulierem nutrientes porcos cuius porcarii dicunt fuiſſe nomen tertius qui erat porcoꝝ cuſtos: unde dicit. CVStos bouũ facit hoc q Telemachus uiuat &c. ſed prima ſñia uidet̃ magis propria.



ANTO. ℭ SED NEq; laer: perorat colligitq; quid incommodi ex abſentia oriatur: quid ue utilitatis ex reditu. HOSTIbus in mediis: inter tot procos. TENEre: gubernare. Fortior: ad tractanda arma: & ad regna moderãda cõueniens: nũc in adoleſcentia. TVENda: ſub tutela inſtituenda. TV CItius ue. ecce redit unde inceperat: dixerat enim attamen ipſe ueni. PORtus & aura: methaphora a naufragis: ſolus inquit in tãtis periculis ſalutem feres. NATVS: telemachus. MOLlibus: iuuenilib⁹. nam pueri tanq̃ arbuſculæ facile ad omnia trahuntur: qui perdifficile inſtitui poſſunt: ſi ætate dureſcant. IN PAtrias art. ad arma tractãda a iuſto ſuaſio eſt. LAERten: patrem tuum inuitet te inquit moriturus pater propediem ad redeundum ut illi claudas oculos & iuſta ꝑſoluas: DISCEdente: ad bellum troianum properante patos ab ætate. VT VEnias: poſt annum uigeſimum ex quo diſceſſiſti. VIDEbor anus: tãto magis ſeneſcam ſi diutius immoraberis.

Sed neq; laertes: ut qui ſit inutilis annis:
Hoſtibus in mediis regna tenere poteſt.
Telemacho ueniet (uiuat mõ) fortior ætas:
Nunc erat auxiliis illa tuenda patris.
Nec mihi ſunt uires inimicos pellere tectis:
Tu citius uenias portus: & aura tuis.
Eſt tibi: itq; precor natus: q mollibus annis
In patrias artes erudiendus erat.
Reſpice laerten: ut iam ſua lumina condas:
Extremum fati ſuſtinet ille diem.
Certe ego: quæ fueram te diſcedente puella:
Protinus ut redeas: facta uidebor anus.

Phyllis Demophoonti.

VBER. ℭ SED neq; laertes: ꝓbauit quod filius puer non poſſit defendere eius bona aduerſus raptores: nũc dicit de laerte: VT. i. tanq̃. ſ. is. QVI ſit inutilis annis. i. qui per ætatem nõ ſit aptus. TENEre: defendere. MODo. uel tm̃mõ uel dummõ. ILLA: ætas puerilis. TVEnda: adiuuãda. AVXiliis patris. i. tuis. cũ ipſe ꝑ ætaté: nec cogitare: nec agere ſciat: q̃ utilia ſunt. NEC mihi ſunt uires: nũc penelope dicit de ſe. PELlere: ideſt ad pellendũ. INIMIcos: qui tua bona dilacerát. TV Citius: ſubaudiẽdũ eſt ergo. tu uenias citius pro cito. PORTus & aura: ideſt ſalus & requies trãſlatio ſumpta a nauigãtibus: quibus nihil magis optatur: q̃ uenti ſecundi: & portus. TVIS: patri filio & mihi. EST tibi: q̃a ſcit deſiderio filii patrem maxime moueri: ideo adhuc in memoriã ei reducit. SIT. i. diu uiuat. MOLlibus: teneris puerilibus. ERVdiendus: inſtituendus. IN ARtes patrias. i. paternas. Nã ut Cicero primo officiorũ inquit. Plæriq; parentum præceptis imbuti: ad eorum conſuetudinem: moréq; deducunt̃. RESPIce laertẽ: hoc eſt ſi non mouet te filius puer: moueat te pater iam iam morti propinquus: qui expectat: ut ei mortuo oculos claudas: quod officium pietatis patri a filio ꝓſtari decet. Reſpice uerbum eſt miſericordiæ Iuuenalis. Solus enim triſtes hac tempeſtate Camœnas Reſpexit. VT iam. i. ſtatim. CONdas: claudas. FATI. i. mortis. CERte ego: nunc mouet miſericordiam a perſona ſua: dicit enim eum tã diu abfuiſſe: ut q̃uis cito redeat. inueniat tñ eam anum: quã puellam diſcedens reliquerat. PROtinus. i. cito. alias ſignificat continue. VT. i. q̃uis. REDEas: reuertaris. Sicut Ouidi. exercendi ingenii gratia hanc epiſtolam a penelope ad Vlyxem ſcriptam finxit: ita & reſponſiuam ab Vlyxe remiſſam ſe ſcripſiſſe fatetur: in ſecundo amorũ ad Macrum: ubi commemorat: ut ſupradiximus: aliquot epiſtolas reſponſiuas a ſe ſcriptas: q̃ hodie non extant. inter quas & hanc & reſponſiuam ponit. eius carmina ſubdam: ut eorum pertinaciam refuté: qui contendunt has epiſtolas ab Oui. non fuiſſe ſcriptas. ſed facile conuincuntur his uerſibus.

Et quod penelopes uerbis reddatur ulyxi: Scribimus: & lachrymas phylli relicta tuas. Quod paris: & Machareus: & quod male gratus Iaſon Hyppolitiq; parens: hyppolituſq; legat. Quodq; tenens ſtrictum dido miſerabilis enſem Dictat. & aoniæ leſbis amica lyræ. Quam cito de toto rediit meus orbe ſabinus Scriptaq; diuerſis rettulit ille locis. Candida penelope ſignum cognouit ulyxis. Legit ab hyppolito ſcripta nouerca ſuo. Iam pius æneas miſeræ reſcripſit eliſæ Quodq; legat phyllis ſi modo uiuit habet. Triſtis ad hypſiphylen ab iaſone littera uenit. Dat uotam phœbo leſbis amica lyram. Hæ ſex epiſtolæ nuſq̃ in operibus Ouidii reperiuntur. cũ aliæ ſupradictæ miſſiuæ in hoc uolumine legantur. Vlyxes tamen poſt multos errores delatus ad Alcinoum phæacum regem: ab eo & uxore Areta benigne exceptus. & naue & ſociis donatus: tandem in Ithacam reductus eſt in naui dormiens: ubi excitatus dicitur a pallade quam ſemper habuerat fautricem & præmonitus de his q̃ eſſet acturus. ſub ſpecie ſenis mẽdici domum ſuam ingreſſus eſt: ubi multa a procis penelopes paſſus: tãdem recognitus ab Euryclia nutrice auxilio ſubulcorum & Telemachi q̃bus ſe indicauerat iniuriã ſuam ultus eſt: cum eos pugna interemiſſet: aut: ut alii uolunt oculis tm̃mõ orbaſſet: ita ut in triuiis ſtipé querere cogerentur. Poſtremo a Telegono filio qué ex Circe ſuſceperat: cũ non cognoſceret̃ eſſe pater: interfectus eſt. & ſic qui tot Maris terræq; pericula euaſerat: manu filii cædem effugere non ualuit. Hoc parricidio cõmiſſo Telegonus ex Ithaca diſcedens in italiã uenit: ubi Tuſculũ oppidũ cõdidiſſe dicitur. Telemachus patri ſucceſſit: penelope uſq; ad ultimum ſpiritum pudice uixiſſe dicitur: unde pro exemplo pudiciciæ a poetis proponi ſolet.

OMNI BONI ℭ SED neq; laertes: hic tangit mores mulieꝝ. ſ. replicare dicta: uñ dixi q ſumus tres imbelles. QVIA laertes pater tuus non poteſt defendere. QVIA ipſe eſt inutilis annis. i. propter ſenium. TELemacho: in parte iſta oſtendit Telemachum nõ ita fortem eſſe q poſſit pellere hoſtes a domo ſua: ſed ponit optationem dicens. SED fortior ætas ueniet telemacho. QVIA nunc erat tuenda. i. defendenda. AVXiliis patris & ideo. TV portus & aura tuis. i. nobis patri uxori & filio: & aliis tuis cognatis & notis. VENIas citius: per portum & aurã. In telligitur gaudium & conſolatio. EST tibi: nunc oſtendit dña penelope q ue



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

VBER. ℂ PATer tu⁹: Theſe⁹. MAGnificus: ſplẽdid⁹. SVIS titulis: regꝫ claraꝫ q̃s geſſit: ex qb⁹ aliquot nũerat. CVM fuerit: corrigẽdus ẽ hic textus. nõ. n. legẽdũ ẽ Chirõ: ſed ſciron & ꝓcruſtes. Scirõ ãt latro fuit: quem uiatores ſpoliãtẽ uerſus Megarã Theſeus iterfecit: & ſaxo ꝑcipitauit: q̃d adhuc: ut hiſtorici ꝓhibẽt Scironiũ dr̃ Oui. in met. Scopulo nomẽ ſcirõis inhæret. Q uidã aũt ferũt eũ hoſpitib⁹ ꝑ iniuriã cibũ porrigere ſolitũ: ieiunare coegiſſe: deinde calce ꝑcuſſos i mare ꝑcipitaſſe: quo gn̄e mortis eũ Theſeus affecit. TORuus: crudelis. PROcruſtes: dr̃ a procruo uerbo græco. i. ipello. is Polyphæmõis cuiuſdã filius: hoc gn̄e ſupplicii hoſpites afficiebat: eoꝝ corpa lecto iponebat: q̃ ſi erat lõgiora lecto mutilabat: ſi breuiora ui trahebat: & extẽdebat i parẽ lõgitudinẽ lecti. hũc theſeus domuit. ET Scynis. ita legẽdũ ẽ. is crudeliſſim⁹ hoſpitũ corpora curuatis arborib⁹ alligabat: deinde arbores i altũ dimittebat: ita q̃d corpora lacerabant: quẽ Theſe⁹ ẽt iterfecit: de quo Oui. in Ibin. Quiq; trabes ꝑſſas ab humo mittebat i auras: æquoris aſpicias hui⁹: & hui⁹ aquas & de hoc puto Ouidiũ ſenſiſſe met. li. vii. cum dixit occidit ille ſenex magr is male uirib⁹ uſus Qui poterat curuare trabes: & agebat ab alto Ad terrã late ſparſuras corpora pin⁹. itẽ Claudian⁹ ſupradictos iter crudeliſſimos nũerat. li. prio i Ruffinũ. Q uid tale imanes unq̃ geſſiſſe ferunt. uel Scynis Iſthmiaca pinu: uel rupe ꝓfunda Sciron. uel phalaris tauro: uel carcere Silla. ET tauri mixtaq; forma uiri. i. minotaur⁹: quẽ poetæ fabulant fuiſſe ſemihoiem: & ſemibouẽ. ferũt. n. ut ſcri. Diodo. Minoẽ Cretẽſiũ regẽ de more ſolitũ Neptuno ſacrificare Taurũ ſpecioſiſſimũ: cũ ei taurus eẽt ꝑſtãtior: ſacrificaſſe deteriorẽ. Q ua ex re neptunus minoi iratus ei⁹ Tauri: quẽ ille ſacrificare noluerat. Paſiphæ ei⁹ filiæ turpẽ amorẽ iniecit: cui añ dædali ſignum pulcherrimæ uaccæ quã taur⁹ amabat: factũ ẽ: quo paſiphæ ſuppoſita cũ tauro cõcubuit ex quo fabulis decãtatũ Minotaurũ genuiſſe fert duplici: ut dictũ ẽ: natura: q̃ uſq; ad hũeros taurus cætera hõ fuit. ad hoc mõſtrũ nutriẽdũ aiũt dædalũ labyrinthũ fabricaſſe difficiles hñtẽ egreſſus: & iſciis penit⁹ irremeabiles: in quo incluſo Minotauro ſeptẽ Atheniẽſiũ pueri: totidẽq; puellæ ſingulis annis: ex decreto miois q̃ Atheniẽſes obſidiõe: q̃ eos circũdabat. ea lege liberauerat mittebant. Miſſus igit Theſeus: cum Ariadne filia minois eius amore deperiret: accepto ab ea filo: quo poſſet ex labyrintho egredi. minotauꝝ iterfecit. reliq̃ de Ariadne dicent loco ſuo. ET Domitæ bello thebæ: lõga eẽt hiſtoriæ narratio ſi ab Laio pr̃e Oedipi exordiremur: ſatis igit ſit breuiter dicere: q̃ ad hũc locũ ptinet. Cũ Etheocles & polynices filii Oedipi de regno inter ſe diſſidẽtes mutuis uulnerib⁹ cõcidiſſent: & ꝑterea multi duces: aliiq; plurimi mortales q̃ ad bellũ thebanũ uenerãt: occubuiſſent Thebaniq; ſepeliẽdi facultatẽ denegarẽt: Adraſtus: q̃ ſolus ex ducibus ſupfuerat: illis iſepultis relictis rediit argos. Cum nullus auderet hos tumulis condere ſoli Athenienſes: qui aliis uirtute præſtabant: omnes ſepeliuere. Theſeus autem præcipue Adraſti precibus hoc feciſſe fertur. poſtea cum filii eorũ qui in bello interierãt parẽtũ mortẽ ulturi ex oraculo Alcmeonẽ Amphiarai filiũ ducẽ elegiſſent: cõtra thebanos bella mouerũt. Eo. n. duce expugnatio urbis ab oraculo ꝓmittebat. Acerrima igit commiſſa pugna Thebani attritis uirib⁹ multiſq; amiſſis ciuib⁹ uicti ſunt. Thebæ captæ ac dirutæ ſũt. hoc i bello uirt⁹ theſei maxime emicuit: uñ ei tota hic aſcribit uictoria: cũ tñ alii nõ ſic ſcribãt: & multi Herculi attribuãt. FVSIq; bimẽbres. Cẽtauros dicit. ex Iſione & nubea iunone quã ille de cõcubitu iterpellauerat obiecta: genitos parte anteriore homines: poſteriore equos. Cũ pirithous hyppodamiã deſpõdiſſet: & Centauros & Theſeum ſibi cõiunctiſſimũ ad nuptias uocaſſet: & illi uino ebrii: tũ hyppodamiæ: tũ cæteris fœminis quæ nuptiis aderant: uim inferre tẽptarent: hac iniuria: tũ Theſeus: tũ laphitæ: quibus pirithous impabat: cõmoti: multos ex centauris peremerũt: reliquos ciuitate eiecerunt. elegit igitur poeta uerbũ utriq; rei aptum. Nã fuſos: & cæſos intelligimus & fugatos. Nõ ignoramus tamen hanc hiſtoriam uarie ſcribi: & quoſdam ſentire Herculem huic pugnæ interfuiſſe. Sed quæ diximus & huic loco conueniunt: & a Diodoro referuntur.



ℂ PATer tuus. ſ. Theſeus. STet ante te magnis titulis. i. laudibus. CVM fuerit chyrõ: i pte iſta deſcribit ꝓbitates Theſei. CVM fue. chy. chyrõ ſcd̃m magr̃m pacẽ fuit ſemiuir & ſemiequ⁹ & dñr cẽtauri q̃ſi geniti ex aura pp uelocitatẽ ſuã: quẽ chironẽ Theſeus pemit cũ ſagittis: uel chiron fuit gigas qdã q̃ in mõtib⁹ morabat coges trãſeũtes ſuos pedes oſculari & eos ꝑcipitabat de mõtib⁹. Theſeus dũ hoc ꝑſciuiſſet illũ interfecit. TORuuſq; procuſtes. Toruus ꝓcuſtes ſcd̃m pacẽ cẽtaurus fuit quẽ Theſeus cũ ſagittis iterfecit uel ꝓcuſtes ſcd̃m quoſdã fuit gigas ꝓtrahẽs morã i nemorib⁹: & trãſeũtes hoĩes ſup arbores ſuſpẽdebat. Theſeus dũ trãſiret inde illico eũ ſuſpẽdit. ET forma tauri mixta. i. minotaurus ſemiuir & ſemitaurus filius erat Paſiphæ reginæ uxoris regis Minois. Dr̃ q̃ paſiphæ dũ Minos rex cretæ ſubiugaſſet atheniẽſes coegit eos ad hoc tributũ annuatim ſibi reddẽdũ. Videlicet hoĩes nouẽ quos tradebat uorandos minotauro. Sors autẽ uenit ſup Theſeũ q̃ cũ reliq̃s ad regẽ minoem ꝓ tributo miſſus fuiſſet placuit tanq̃ formoſus uenuſt⁹ & probus filiæ regis minois Ariadnæ. Cuius monitu & ingenio doctus minotauꝝ occidit. ET Thebæ domitæ bello. Dr̃. n. q̃ edippus thebaꝝ rex duos hũit filios. ſ. Teucrũ & Pollinicẽ: quo rege defuncto teucer & pollinices regnũ diuiſerũt: hoc mõ: q̃ annuatim regiũ tropheũ gebernarẽt. Sors cõtigit Teucro: q̃ prior regnũ ſuſcepit gubernãdũ. Interim pollinices ad regẽ meauit adraſtũ cui⁹ filiã ſibi cõiũxerat in uxorẽ: rotato uero anno nũcios ad teucrũ deſtinauit: ut ſibi regnũ redderet regẽdũ: q̃ reddere recuſauit. Pollinices iratus cõgregato exercitu q̃nq; græcoꝝ regũ ſibi opitulãtiũ thebas acriter inuaſit: uiſo tãto exercitu teucer obuius egreſſus cũ pollinice ſubiit bellũ: tã duꝝ: & acre fuit q̃ ſe ſe mutuis uulneribus occiderũt cũ nullus extaret cui regnũ legittime ſuccederet: qdã noĩe Creons ſibi regnũ uſurpauit: & cõtra Thebanos durã exercuit tyrãnidẽ & ꝓhibebat mulieres ſuoꝝ uiroꝝ cadauera ſepelire. Dũ aũt audiiſſent mulieres ꝑ loca illa trãſmeare Theſeum ad eũ protinus acceſſerũt: & maxime Argia uxor pollinicis & filia regis Adraſti. Theſeus aũt mulieꝝ precibus placatus miſertus eaꝝ: mandauit Creonti ut corpora mortuorum ſepeliri cõcederet: quo recuſante illum Theſeus inuaſit: atq; peremit: & eo defuncto ciuitatẽ tradidit libertati: uel ſic dr̃ q̃ thebani pepulerunt mulieres rogare Theſeum ut urbẽ faceret eas intrare q̃ Theſeus miſeratione mulieꝝ itrauit thebas: atq; mulieres fecit intrare. q; pro &. BIMẽbres. i. cẽtauri bicorpores. Fertur q̃ perithous quem Theſeus multum diligebat uxorem duxit Hipodamiam noĩe pulcherrimam: ad cuius nuptias centauros inuitauit qui centauri uiſa ſponſa immenſæ pulchritudinis ex tumultu in ipſam irruerunt: aſportare uolentes: quo uiſo Theſeus in eos irruit: & occidit: ſecundum autem aliquos dicitur q̃ centauri uoluerunt rapere ſingulas dominas: ut ſecum concumberent: quibus expulſis uetuit theſeus. OMNI BONI

Et pulſata nígrí regía cæca deí.

ANTO. ℂ PVLſata regia ditis: Theſeus ad inferos: ut proſerpinã raperet deſcẽdit perythoi amici gratia. Cerberus perythoum aſſumpſit: theſeũ Hercules liberauit: Philochorus tradit Adoneũ Moloſſorũ regẽ ex proſerpina habuiſſe filiam Erinni: & canem cerbeꝝ nomine: propoſuiſſeq; certamen: ut qui cerberũ ſuperaſſet filiam uxorem duceret: & cum animaduertiſſet theſeum perythoum que non ut procos acceſſiſſe ſed ut puellam raperent: utrunq; cœpiſſe perythoum cerbero deuorandum obieciſſe: theſeumque in cuſtodiam adactum in gratiam Herculis liberaſſe. Dis: eſt diuitiaꝝ & inferorum deus: ut Straboni placet.

VBER. ℂ ET pulſata ni. ex hiſtoria locus fabulæ factus ẽ. Scribit. n. a græcis i uita Theſei. Aedoneũ moloſſoꝝ regẽ uxorẽ ꝓſerpinã noĩe hũiſſe: filiã uero Euryn. canẽ cerbeꝝ: iuſſiſſeq;: ut q̃ ei⁹ filiã optaret uxorẽ: cũ cerbero pugnaret: q̃d ſi illũ ſupaſſet: eã aſſumeret uxorẽ. Multi ad hãc ut proci cõuenerãt: ueꝝ cũ rex animaduertiſſet Theſeũ & pithoũ nõ ut procos ueniſſe: ſed ut uim inferrẽt: eos comp̄hendi iuſſit: & pithoo a cane interc̃epto: theſeũ in carcere ſeruandũ tradidit. hoc hẽt hiſtoria. Diodorus tñ magis fabulã ſecutus refert pithoum cupientẽ proſerpinam uxorẽ hẽre rem cũ Theſeo cõmunicaſſe. uerũ: cum pp rei impietatẽ a ꝓpoſito Theſeus eũ auertere conaret: ubi illũ ꝑſeuerantẽ: & ſe ab illo in iuſiurandũ ad proſerpinæ uim & raptum adigi uideret: ſe ſociũ & adiutorem ꝓbuit. Cũq; ad inferos: ut eam raperent: ambo deſcendiſſent: uterq; ibi captus. Sed poſtmodum in gratiam Herculis liberatus eſt Theſeus, perithous apud inferos detentus luit ſempiternas ſuæ impietatis pœnas. Quidam ſcriptores utrunq; tradunt ab inferis rediiſſe. hãc igitur fabulam nunc tangit. ET Regia cæca. ideſt aula obſcura. NIGri dei. i. plutõis. PVLSata. i. per uim quandam intrata & occupata a Theſeo. Notandum eſt: quod ubi legitur ditis: legendum eſt dei. Nam Ditis primã naturaliter habet longam: & ſic non ſtaret hic uerſus: quod autem ſit longa ex multis exemplis: hoc Virgi. in ſexto ænei. ſit ſatis. Noctes atq; dies patet atri ianua ditis: nuſquã autem legitur prima breui.

OMNI BONI ℂ ET Cæca regia nigri dei. i. plutonis. Dr̃. n. q̃ dña ceres cõcubuit cũ Ioue: ex quo genuit formoſam ꝓſerpinã: q̃ dũ iuiſſet ad pratũ flores collectum calcauit ſerpentẽ. pluto deus inferoꝝ eam duxit ad inferos. Ceres dolens de filia rapta miſit legatos ad plutonem ut redderet proſerpinã: inter quos erant Theſeus Hercules & Diomedes. pluto dũ ſciſcitatus fuiſſet eos ad inferna deſcendere: fecit claudi ianuas infernales: quæ conſueuerant ſemper patere. Ianitor ſeu inferni portanarius Cerberus uocabatur: qui dicitur habere tria capita canina: & triplici catena ligatus: quem Theſeus occidit & progreſſus ad atria plutonis quæſiuit ut ꝓſerpinam redderet: tandem illam eis cum conditione conceſſit. Videlicet q̃ edere non deberet: dum non exiſſet infernum: omnes inferi ex timore Theſei & Herculis ſilebant comeſtionem proſerpinæ ꝑter quendam nomine Aſcalaphum: qui propalauit ſeu manifeſtauit illam comediſſe de pomo punico. i. granato. ita q̃ damnata ẽ iterum in inferno manere. Quidam autem ferunt q̃ iuppiter damnauit eam ut iterum maneret dimidio anno in inferno: & poſtmodum ad cœlos aſcenderet ibidem dimidio anno moratura: ut in fine lectionis patere dicitur præcedentis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Hoc tua poſt illos titulo ſignet̃ imago:
Hic eſt cuius amãs hoſpita capta dolo ē.
De tãta rerꝫ turba factiſq; parentis:
Sedit in ingenio creſſa relicta tuo.
Quod ſolũ excuſat ſolum miraris in illo.
Hæredem patriæ perfide fraudis agis.
Illa nec inuideo fruitur meliore marito:
Inq; capiſtratis tygribus alta ſedet.
At mea deſpecti fugiunt connubia thraces:

ANTO. ℭ IMAgo:ſtatua tibi erecta. SIGnet̃:hoc titulo:hunc titulũ in uertice contineat. HIC eſt:Demophoon
qui amãtẽ & hoſpitã puellã decepit. CREſſa relicta:Ariadna cretenſis Minois filia. RELicta:in naxo in
ſula dormiens ſiue per dolos:ſiue quod ita Bacchus in ſomniis monuerit:ut Dio.maluit. IN Tuo ĩgenio:
ut imitareris obſeruaſti. EXCuſat:patris exẽplo te purgar̃ potes. AGIS hæredẽ:ſuſcepiſti ꝑfidiæ heredi
tatẽ:nõ uirtutis. ILLA:Ariadna licet deſtituta ſit a Theſeo:Tamẽ fruitur marito meliore:hoc eſt Baccho.
CAPiſtratis tygribus:uehitur curru bacchi:quem tygres trahunt. NEC inuideo:ſi tu redieris. AT deſpe
cti thraces:quos tua cã cõtẽpſi cõmiſeratio eſt a cõ
paratione:confert enim icõmoda commodis.

VBER. ℭ TVA imago:tua ſtatua. HOC titulo:hac in
ſcriptõe. POſt illos.i.titulos p̃ris tui quos ſupra di
ximus. HIC ē:Ecce titulus quẽ uult demophoonti i
ſcribi q ad iſamiã ꝑtinet:qđ & amãtẽ & hoſpitã de
cepit.ordo ē.hic ē.ſ.ille Demophoon. CVIus dolo
amãs hoſpita.ſ.Phyllis.& duo poſuit q̃ eius dolũ &
Crimẽ aggrauãt:ut dictũ ē ſupra. CAPta:decepta.
DE Tãta:Senſus ē.de tot factis tui patris:remãſit tibi
tm̃mõ memoria fraudis:qua ille uſus in Ariadnem
nõ aũt alicuius ex ſupradictis ꝓbitatibus: parentis.
PATris tui:Theſei. SEDit:ſtetit. IN INgẽio tuo:
.i.in aĩo tuo. CREſſa.i.Ariadne cretẽſis.Creſſa aũt
nõ a maſculino Creſſus uenit:ſed a Cres:cuius genitiuus ē cretis. RELicta:deſerta a patre tuo: Vt plenius
dicetur in epiſtola Ariadnes ad Theſeũ. MIRAris:imitaris.Lucanus. Miratoremq; catonis.i. imitatorẽ.
Virgilius.Primis & te miretur ab annis.Nam præclara ingenia quæ mirantur ea facile imitãtur.Vnde añ
cedens pro conſequenti ponit̃.i.mirari pro imitari. HAEredẽ agis.i.es hæres.Ornatus ē.n.dicẽdi modus
hic agit legatum.i.legatus eſt.hic agit hæredem gratũ.i.gratus eſt hæres. FRAVdis patriæ.i.paternæ: nõ
autem uirtutis. ILLA nec inuideo:comparat fortunam ſuam cum fortuna Ariadnes & illi ex fraude be
ne ſucceſſiſſe:ſibi uero peſſime oñdit. ILLA:ariadne. FRVitur:gaudet. MELiore:quã patre tuo:quia ille
erat mortalis.Bacchus uero deus. NEC inuideo:nec doleo. SEDet alta.i.cælſa:& læta. IN Tygribus ca
piſtratis.i.frænatis:hoc ē in curru Bacchi:q̃ ē a tygribus trahi dicũt. Virgi.libro ſexto ænei.Nec qui pam
pineis uictor iuga flectit habænis:Liber agens cælſo niſæ de uertice tygres.Hanc ſententiam:quod meliorẽ
adepta ſit maritum.Ipſe libro tertio faſtorum oſtendit.Iam bene periuro mutarat cõiuge bacchum:quæ de
dit ingrato fila regenda uiro.Sorte thori gaudens:quid flebam ruſtica: dixit:utiliter nobis perdit⁹ ille fuit.
AT coniunctio aduerſatiua hoc loco quaſi dicat non ita mihi euenit ſicut Ariadnæ. DESpecti:contem
pti a me:& ut inq̃t Dido.Quos ego ſum totiens iam dedignata maritos.

OMNI BONI ℭ HAEC tua imago ſignetur poſt illos titulos.i.laudes patris tui. HIC eſt cuius hoſpita. AMANS:ē
capta dolo:uel aliqui dicunt ꝙ hæc fabula quæ nunc dicta ē fuit Herculis licet attribuatur Theſeo. DE tã
ta turba rerꝫ:Dña phyllis hic oñdit ꝙ demophoon potius incurrat uituperiũ q̃ aſſequat̃ laudẽ & gloriã eo
ꝙ illã decepit & poſuit probitates multas & uirtutes quas eius pater Theſeus acquiſiuerat ſeu exercuerat:in
parte iſta ponit ꝙ imitat̃ patrẽ ſuũ tm̃ i uno.Nã ſicut Theſeus pater ei⁹ decepit Ariadnẽ ſic & Demophoõ
phyllidẽ.Diuidit̃ hæc pars principaliter in tres:Primo ponit ꝙ demophoon imitat̃ patrẽ ſuũ in uno tm̃.ſ.
in fraude.Nã ſicut Theſeus ariadnã decepit ſic & phyllidẽ demophoon.Scđo ſibi cõmemorat promiſſa in
eius receſſu.Tertio ſibi beneficia improperat:ſcđa ibi. ILLA meis oculis:tertia ibi ꝙ precor:prima adhuc
in tres diuiditur:primo facit ꝙ dictum eſt.ſecundo ꝙ melius ſucceſſit ariadnæ q̃ ſibi:ſecunda ibi. ILLa nec
inuideo:dicit ergo. DE tanta rerum turba.i.de omnibus uirtutibus quas fecit pater tuus & tantis factis ſu
is. PARentis:tu demophoon imitaris eum in uno.ſ.ꝙ decepit eam.Cum theſeus occiſo minotauro redi
ret ad propriam patriam ducens Ariadnam & Fedram filias regis Minois Cretenſis raptas de earum cõ
ſenſu Ariadnã in quadam inſula clam dormientẽ in lecto reliquit:qua excitata amaris fletibus atque do
lore confecta dicitur ꝙ Bacchus cum exercitu ea pertranſiret cui flenti eſt leniter compaſſus quam interro
gauit cuiuſnam eſſet.Dum audiſſet illam filiam regis Minois eſſe eam in ſuo curru ſuſcepit quem Tygres
animalia uelociſſima capiſtrata ideſt capiſtris ligata ducebant & dicitur ꝙ multa miſeratiõe Bacchus eam
tranſtulit in cœlum & ibidem in ſuo orto quem Tygres ducunt penitus locauit:& hoc eſt qđ dicit. CREſ
ſa:ideſt de Creta inſula relicta a patre Demophoonte. SEDET in tuo ingenio: ideſt deceptione quia nul
lam feciſti probitatem:per quam tuum patrem imiteris niſi ꝙ Ariadna fraudata fuit a patre tuo Theſeo:
& tu illum in hoc imitaris:ut o demophoon perfide tu ſolum. MIRAris tuum patrem. IN ILlo:ꝙ ſo
lum te excuſat. AGIS te hæredem patriæ fraudis & deceptionis paternæ & ſic patent ſuperius dicta. IL
la nec inuideo:In iſta parte dicit phyllis ꝙ melius ſucceſſit Ariadnæ q̃ ſibi dicens. ILLA: ſcilicet Ariadna.
FRVitur meliore marito:ſcilicet Baccho qui eam in uxorem aſſumpſit q̃ ego phyllis propter quod refert
NEC inuideo excuſat ſe ſiue reſpondet tacitæ quæſtioni: an inuides ei reſpondet nec inuideo uerſus
ꝑ ſupraſcripta patet. AT MEA:in parte iſta dña phyllis dicit quid ſibi ſucceſſit ex quo Demophoon eam
aſſumpſit dicens. AT:pro ſed. Thraces:ideſt homines de prouĩcia Thraciæ:cuius regnum poſſideo phy
lis. DESpecti a me.i.ſpreti a me ex eo ꝙ nullum uolui in uirum:uolui tamen te. FVGiunt mea cõnubia
nolunt enim me libenter in uxorem & reddit cauſam quare fugiunt. QVOD.i.quia.



Quod feror externũ præpoſuiſſe meis.
Atq; aliqs: doctas iã nũc eat inq̃t athenas:
Armiferã thracem: qui regat: alter erit.
Exitus acta ꝓbat: careat ſucceſſibus opto:
Quiſqs ab euentu facta notanda putat.
At ſi noſtra tuo ſpumeſcãt æquora remo:
Iam mihi: iam dicar: conſuluiſſe meis.
Sed neq; conſului: nec te mea regia tangit:

ℭ ATq; aliquis ait:irriſionem thracum ponit. DOCtas athenas omnium bonarꝫ artiũ inuentrices:ut ANTO.
ſcribit Cicero. THRacem armiferam bellicoſam thraciam:thracẽ græce pronunciauit:latine thraciã di
cimus. EXITus acta probat:per ironiam thracum uerba repetit:qui phyllidis conſilia a fine dãnabant.
CARèat ſucceſſibus:purgat ſe a fortuna. SVCceſſibus:fœlicitate. ABEVentu:a caſu non a fine. NO
tanda iudicanda & probanda. AT SI noſtra tuo:confirmat purgationem a ſucceſſu:ſi detur qualis ſpera
tur exitus:ſi inquit redeas. DICar conſuluiſſe:probabuntur noſtra conſilia. SED neq; conſului:fatetur
ſimplicitatem reiiciens in aduerſarium culpã: mea
conſilia non ſunt ꝓbanda:quoniam non redibis.

ℭ QVOD.i.quia. FERor:dicor. PRAEpo VBER.
ſuiſſe.i.connubio. EXTernum.i.perigrinũ & igno
tum. MEIS.ſ.thracibus.hæc enim ſolet eſſe cauſa
acerbiſſimi doloris & indignationis his:qui ſpernũ
tur.unde & hyarbas apud Virgilium maxime hoc
quæritur de Didone:quod ſibi æneam externum p̃
poſuerit.fœmina quæ noſtris errans in finibus ex
ul. Cuique loci leges dedimus connubia noſtra
reppulit:ac dominum æneam in regna recepit.
ATq; aliquis:deridens me: INQuit eat.ſ.phyllis.
athenas quaſi dicat quas plus amauit:quam thraciã
cum maluit maritum athenienſem:quam Thracem. DOCtas:quoniam illic omnium liberalium artium
florebant ſtudia unde & pallas dicitur ei urbi nomen dediſſe. ALTer:ideſt alius præter ipſam phyllida.
THRAcẽ:acculatiuus eſt a nominatiuo Thrace:nam regio ipſa dicitur Thrace:& latine Thraca.Hora
tius thraca ne uos:ebruſq; niuali compede uinctus.Item dicitur thracia. ARMiferam:bellicoſam. EXI
tus acta probat:ſenſus eſt:a fine demonſtrantur hominum facta:& eſt ſententia exornatio. CAReat ſuc
ceſſibus &c.ſenſus eſt male illi eueniat:qui non a fine rerum:ſed ab euentu facta hominum denominat: &
notat.multa enim ſolent euenire ante finem:quæ uidentur eſſe mala:quæ poſtea ex fine cognoſcuntur eſ
ſe bona:ut exempli gratia:aliqua puella mediocris conditionis nupſit amatori diuiti clam & neſcientibus
parentibus ſuis:repræhenditur hoc factum ab his:qui hoc ſciunt:at ſi ducatur uxor ab eo: omnes dicunt
eam ſapienter egiſſe:ita hic eſt intelligendum.ſunt autem uerba Phyllidis dicentis.finis oſtẽdit qualia ſint
facta quaſi dicat potes adhuc prouidere ne uidear malefeciſſe:cum te recepi hoſpitio & coniugio:ideo male
illis eueniat:qui ante finem iudicant de his quæ feci per ea:quæ euenerunt:quia nõdum rediuiſti:nam ad
huc redire potes. OPTo:Deum precor:ut ille. CAReat ſucceſſibus:ideſt proſperitatibus. NOTanda.i.
iudicanda. AB Euentu:ideſt a caſu:& non a fine:qui poteſt uenire mihi melior:uel certe a fine:quẽ ego re
ſpexi:& propter quem feci.nam finis mei facti fuit:prodeſſe mihi & meis accipiendo te maritum. ergo ab
hoc fine intentionis meæ & non ab eo quod euenit iudicandum eſt id quod feci. nam finis meæ inten
tionis fuit bonus:licet euentus fuerit malus. & hic ſenſus uidetur eſſe melior & uerior: q̃ ſuperior licet
uterque poſſit accommodari. AT ſi ſenſus eſt reprehendor: & dicor male egiſſe: ſed ſi ad nos reuer
ſus fueris:omnes dicent me prudenter egiſſe:& ita exitus probabit acta mea non fuiſſe mala. AT ſi noſtra
tuo ſpumeſcant æquora remo:periphraſis eſt.i.circunlocutio.hoc enim uoluit dicere ſi ad nos nauigaueris
nam nauigando & mouendo remos æquora ſpumam mouent. Virgilius.Et ſpumas ſalis ære ruebant.
IAM:ideſt tandem. CONſuluiſſe:ſapienter prouidiſſe.mihi accipiẽdo te maritum. MEis:accipiendo te
qui eos regeres. SED neq; cõſului:ut magis eum moueat:oſtendit ſe deſperare eius reditum:neq; conſu
lui:quia non reuerteris. MEA regia:quam tibi tradideram. TANgit:mouet.

ℭ EGO feror præpoſuiſſe te externum:ideſt forenſem. MEIS:ſcilicet hominibus meæ patriæ thraciæ OMNI BONI
ATq; ALIqs:hic oſtendit quid Thraces de ea dicunt. ATque:pro &. ALIQuis:Thracum domina phyl
lis. EAT ad doctas athenas:ideſt ad terram mariti ſui quia. ALTer:ideſt alius ab ea erat. QVI regat ar
miferam thracem:inuenitur Trax nomen gentile hic & hæc Trax huius thracis:& trax inuenitur nomen
pro nomine ſicut in præſenti carmine hæc trax huius thracis:armiferam ideo dicit quia ibi ſunt homines
fortes & belligeri. EXITus acta probat &c.hæc ſunt uerba dominæ phyllis ſcđm magiſtrum pacem dicen
tis. EXITus: ideſt finis. PRObat acta:ideſt res factas:non autem principium:quia in principio credidi
bene feciſſe.& tamen ſucceſſit.i.euenit mihi in contrarium bene dicit ipſa. EGO opto ut ille careat ſuc
ceſſibus:ideſt proſperitatibus. QVISquis putat facta notanda ab euentu:ideſt qui uult iudicare futura a
principio:ſed a fine laus rei denominatur:uel aliter ſecundum quoſdam.Dicunt enim ꝙ hoc.ſ.exitus acta
probat eſt dictum a quibuſdam de Thracia dicentibus in fine uidebimus quis finis cedet ei:quæ reſpon
det dicens:ego. OPTO ut ille careat ſucceſſibus. QVISquis putat facta notanda. AB Euentu: ideſt in
fine mihi cõtingat infortuniũ & iactura ex eo ꝙ credidi tibi & aliqui dicunt. FACta uitanda: ideſt q̃ſquis
dicat ꝙ homo debeat uitare facta in principio rei:& ſic cuncta facienda ceſſarent:ſi omnes in principio du
bitarent:nam mala potius notantur:q̃ bona & mala potius traduntur memoriæ q̃ bona. AT ſi noſtra:in
iſta parte ponit ꝙ ſi contingat te redire. DIcar cõſuluiſſe mihi & meis: ideſt illis de mea patria: & hoc eſt
ꝙ dicit. AT SI noſtra æquora ſpumeſcant tuo remo:ideſt ſi nauis tua faciet ſpumam in mari: redeundo
uelociter. DICar conſuluiſſe &c. Sed in hac parte dicit ſe non conſuluiſſe: dicens ꝙ non redibit. SED
neq; conſului:nec te mea regia tangit. QVE:ꝓ &.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ANTO. ¶ LAVAbis membra uetuſti moris eſt:ut peregre uenientes:cum primum lares attingunt ſe lauent. BISTOnia:Biſtonius lacus in thracia eſt. ILLA meis oculis:amplificatione utitur cum demonſtratione ſui officii & Demophoontis perfidia. SPEcies:imago tui diſcedentis uerſatur ante oculos meos. CVM premeret portus.cum nondum horam ſoluiſſes. AVSus es amplecti:ſimulatas blanditias arguit. EXpectem:acclamatio eſt cum geminatione uerbi ad commouendam commiſerationem nõ inquit mihi expectandum eſt:quoniam iuiſti non rediturus. SOLo tempore:non facto. LAPſa:fluxa:ut uana.

Feſſaq biſtonia mẽbra lauabis aqua.
Illa meis oculis ſpecies abeuntis inhæret:
Cũ premeret portus claſſis itura meos.
Auſus es amplecti: colloq infuſus amantis
Oſcula per longas iungere preſſa moras:
Cũq tuis lachrymis lachrimas cõfũder nras:
Q uodq foret uelis aura ſecũda queri.
Et mihi diſcedens ſuprema dicere uoce:
Phylli fac expectes demophoonta tuum.
Expectẽ: qui me nunquã uiſurus abiſti:
Expectẽ pelago uela negata meo.
Et tamẽ expecto: redeas modo ſerus amãti:
Vt tua ſit ſolo tempore lapſa fides.

VBER. ¶ FESſa biſtonia: ſubaudienda eſt negatio.neq lauabis membra &c.ideſt non uenies in thraciam neq lauabis aliquando membra tua fatigata aqua threicia. Nam Biſtonium thraciæ ſtagnum eſt. ILla meis oculis magnam uim habet recordatio præteritæ conſuetudinis:& beniuolentiæ.ideo Phyllis nunc reducit in memoriam Demophoõti eius diſceſſum.in quo oſtendit eum ſibi ſignificaſſe amorem:ut ea commemoratione:eum moueat. ILLa ſpecies:illa figura. ABEuntis.ſ.tui a me diſcedẽtis. INHæret:infixa eſt. OCVlis meis:hoc eſt uideor nunc habere ante oculos:quomodo a me diſceſſiſti. CVM claſſis itura.i.abitura. PREmeret meos portus.i.eſſet in portu meo. AVSus es:cõmemorat blandicias quibus demophoon erga eã uſus eſt.auſus es:quaſi dicat cum diſcederes non reuerſurus auſus es tamẽ me amplecti. INFuſus:impoſit⁹. circundatus. COLlo amã.mei phyllidis. OSCula preſſa:preſſe infixa:qualia ſolent eſſe oſcula amatium:quæ non modo preſſis labiis in faciem dantur uerumetiam plærũq ex nimio affectu dentibus & morſu inferuntur.amatoria oſcula dentibus impreſſa ſignificat. Ouidius in primo amorum. Alterius uideat toto ueſtigia lecto. Factaq laſciuis liuida colla notis.& Horatius in primo carminum. Siue puer furens.impreſſit memorem dẽte labris notam. CVMq tuis.ſubaudi.& auſus es. CONfundere.i.commiſcere. QVODq foret.i.auſus es queri:quod haberes uentum ſecundum:& tibi fauentem:quia potius uoluiſſes habere aduerſum:ut eſſet tibi iuſta cauſa remanendi. ET mihi:ordo eſt:& tu diſcedens auſus es dicere. SVPrema uoce:ideſt ultimis uerbis tuis: quia poſtea non dixiſti aliud uerbum. Phylli face:hæc ſunt illa ultima uerba: quibus Demophoon uſus eſt ad phyllida. EXPEctem:nunc ſunt uerba Phyllidis:quaſi dicat ita dixiſti mihi:ut te expectem:ſed quid expectem te:qui abiiſti nunquam uiſurus me.ideſt nunquam reuerſurus amplius:ut me uideas. NEGata.ſ.a te.ideſt quæ uela tua nunquam uis amplius redire in meum mare.& tamen artificium eſt in ſumma cauſa diffidentiæ:tamen non oſtendere diffidentiam.dicit igitur:quod licet iam non debeat eum expectare: tamen expectat. MODo:tantummodo. SERus.q.d.etiam ſerus.i.tardus:quia ut eſt in prouerbio melius eſt ſero quã nunq̃. VT tua.i.ut uidearis defeciſſe in fide per aliquod tempus.& nõ per omne.ut tua fides quã mihi dediſti de reditu tuo. SIT lapſa.i.defecerit. SOLo tempore:& non uolũtate tua aut ẽt õpere.

OMNI BONI ¶ NEQue lauabis feſſa membra:per aduentum tuum quando redibis. BIStonia aqua.i.aqua illi⁹ fluuii:qui ẽ in regiõe phyllidis. Eſt enim cõſuetudo q uxores faciãt balneas & alia uiris ſuis:in eoꝝ reditu ubi protraxerint morã diuturnã:& intelligit nec uel neq in dictis orationibus:uel aliter ſecundũ quoſdã:nec intelligiẽ nec ſit ſenſus. QVE:pro & lauabis membra &c.& dicunt q biſtonia aqua eſt cuiuſdam fluuii qui eſt athenis:quaſi dicendo tu ſtabis athenis & non redibis. ILLA meis oculis ſpẽs:in iſta parte reducit demophoonti ad memoriam quid ſibi fecit & dixit in receſſu. ILLA ſpẽs.i.forma tui abeuntis. CVM .i.quando. CLAſſis tua &c.hoc eſt cum claſſis tua.i.nauigium tuum erat in portu meo:& abire uolebas. TVNc auſus &c. QVE:pro &. TV infuſus:quia ſicut aqua diffuſa in terram dicitur fundi:ſic tu iactaſti brachia ſuper me:& ſic te totum. ET es auſus iungere oſcula:qui oſculatur apponit os ori:& hoc ẽ q dicit PREſſa:& es auſus cõfundere.i.cõmiſcere. NOStras lachrymas:tuis. LAChrymis.i.tui demophoõtis & es auſus. QVEri q aura foret ſcda tuis. VEL:qa ſi uentus nõ eẽt ꝓſper hrẽm cãm tecũ manẽdi. ET tu diſcedẽs:& es auſus dicere. SVPrẽa.i.alta. VOce.o phyllis. FAC ut expectes tuũ demophoõta. EXpectẽ q me:phyllis loqtur dicẽs. EXpectẽ.i.expectẽ. TE:q abiiſti. EXPectẽ uela negata meo pelago.ſ. tu non uis redire.q.d.nõ deberẽ expectare te:& tñ expecto. MODo:ꝑ tm̃mõ. SERus mihi amãti.i.mihi phyllidi amãti te. VT tua ſi.ſit lap.ſolo tpe.i.expectabo tñ ut redeas. SEd ſerus.i.tu tardus:qa nõ redis ad ꝓmiſſum tpſ:qa amor nõ ꝑt ad tpſ ꝓmiſſũ uenire:qa iã ꝓteriit.i.quis nõ redieris:tñ redeas licet diu moratus fueris:tñ redeas. QVId ꝑcor infœlix:ſupius.d.phyllis dixit qd contigit ſibi ex eo q ſuſcepit demophoõtẽ & reduxit ſibi ad memoriã ꝓmiſſa:& dicta p eũ in ſuo receſſu:in pte iſta reducit ad memoriã beneficia ſibi collata:& diuiditur hæc in tres partes:in prima.n.reducit ad memoriã beneficia:in ſcda q licet nõ deberet eũ expectare:qm̃ tẽpus promiſſum & ultra ꝓteriit:adhuc expectat:i tertia ponit quandam cãm ſui reditus:qua moueatur ad eius amorem:nam ipſa eſt moribunda:cũ nouerit ipſum intreducẽ. MOEſta tamen: Tertia pars incipit EST ſinus:dicit ergo in prima parte ego phyllis infœlix.



ANTO. ¶ QVID precor:ſeipſam corripit quod uana & diis non exaudienda precetur. ALTEra coniunx:uidetur alludere ad laodicen uirginem:quam plutar.tradit clam cognitam ex Demophoonte Minthium filium genuiſſe:alii calliopen fuiſſe ſcribunt. ALTer amor:alterius puellæ beniuolentia. TIBi excidim⁹ ex tuo animo deletæ ſumus:poſtquam ueni tibi in obliuionem. HEI mihi:dolendum eſt profecto mihi deſtitutæ. SI ROgas:tanquam me nunquam cognouiſſes. QVAE tibi:commemorat ſua officia i demophoontem:quod commẽta eſt ex cauſa:quæ eam ut oſtenderet qualis fuerit impellere uidebatur. ACto:ad nſas oras.impulſo poſt longa exilia. OPEs: exiguas facultatũ reliquias. LYcurgi:patris mei: hic enim lycurgus eſt qui cum Bacchi munera cõtẽpſiſſet:crura ſibi falce amputauit:quem alii Dryantis:alii Boreæ filium dicunt. NOMine fœmineo:quæ ſua amplitudine non poterant puellæ ſimplicitate gubernari. QVA patet:regni ſui amplitudinem deſcribit.complectitur inquit Rhodopẽ montem:deinde in hemum montem alium diffunditur uſq ad mare ponticum: in quod hebrus fluuius immergitur, Hemus:ſiluoſus eſt & ſex milia paſſuum arduus. HEBrus odryſiarum ſolum fundit:diſcurrit inter priantas & dolongos thinos corthilos:alioſq barbaros tangit:& Cironas:omnes ſub lycurgi potentatu fuiſſe traduntur. EXigit:aquas in mare ponticum emittit. SACrum dixit hebrum propter orpheum:qui ad illum accoluit:nam bacchus cum lycurgo regnum ſubſtuliſſet:terapi dedit orphei auo paterno.

Q uid ꝑcor infelix:iam te tenet altera cõiunx:
Forſitan:& nobis qui male fauit amor.
Vtq tibi excidimus:nullã puto phyllida noſti
Hei mihi ſi q̃ ſim phyllis: & unde rogas.
Q uæ tibi demophoõ lõgis erroribus acto:
Threicios portus: hoſpitiumq dedi.
Cuius opes auxere meæ:cui diues egenti
Munera multa dedi:multa datura fui.
Q uæ tibi ſubieci latiſſima regna lycurgi:
Noie fœmieo uix ſatis apta regi.
Q ua patet umbroſum rhodope glacialis ad hemũ:
Et ſacer amiſſas: exigit hebrus aquas.

VBER. ¶ QVID precor infelix:diximus in prima epiſtola:muliebre eſſe de maritis abſentibus alienum amorem ſuſpicari &c.quid precor:quaſi dicat fruſtra precor. QVI male fauit nobis:ideſt qui fuit nobis aduerſus. VTQue tibi:ut ideſt poſtquam. EXCIdimus:ideſt ex memoria tua elapſæ ſumus. NVLlam phyllida:ideſt nullam ſimilem phyllidis. HEI Mihi:non ſine gemitu potuit commemorare ſe & ſua erga Demophoontem beneficia. HEI.interiectio dolentis. SI ROgas: ſi quæris & interrogas. VNDE:ex quo loco:cuius filia. QVAE tibi:nũc dicit quæ ſit.ordo ẽ.O demophoon ego ſum illa phyllis quæ dedi tibi. ACTO:ideſt agitato. ERROribus.ideſt uagationibus per mare. REGna lycurgi:ideſt in quibus lycurgus.Sic etiam uirgilius de Thracia. Acri quondam regnata lycurgo.Hic enim fuit rex Thraciæ. Alter lacedæmonius qui ſuis ciuibus leges ſaluberrimas tulit. CVIVS.ſcilicet Demophoontis. OPES facultates diuitias. MEAE:ſcilicet opes. AVXEre:fecerunt maiores. CVI egenti:ſcilicet tibi Demophoonti.Sic Dido obiicit Aeneæ.eiectum in littore egentem excepi. QVAE ſubieci:ideſt ſuppoſui:& in poteſtatem tuam dedi. VIX SAtis apta regi nomine fœmineo:quia hæc regna habẽt uiros bellicoſos:& feroces:qui uix poſſunt ferre muliebre imperium. QVA patet:deſcribit ambitum regnorum Thraciæ:quæ ſubiecit:& eſt ordo quæ ſubiecit regna lycurgi. QVA:ſcilicet parte: RHOdope patet ad hemum:glacialem. ET HEbrus ſacer & cætera.Rhodope & Hemus ut diximus mõtes ſunt thraciæ. Sed rhodope magis in orientem porrigitur.deinde in ſeptentrionem reflectitur.Hemus ad macedoniam eſt:unde & interdum mons macedoniæ dicitur. QVA patet:ideſt extenditur. VMBroſum:altum:uel arboribus plenum. ET Sacer: ſignificat oſtium hebri fluuii.ſacer. quia omnes fluuii ſacri dicebantur. EXIgit:emittit.ſ.in mare. AQuas amiſſas:ideſt celeres ut diximus in prima epiſtola:non autem legendum eſt admiſſas:neq etiam dicendum amiſſas.i.perditas.

OMNI BONI ¶ QVID.i.ad quid:uel quare. PREcor deos:ut tu redeas:quaſi dicat nihil prodeſt:& aſſignat cauſam. IAM te tenet altera coniunx:ideſt accepiſti aliam coniugem forſitan. ET alter amor qui male fauit nobis.i.amor alterius mulieris. VTQue.i.poſtq̃. EXCIdimus tibi.i.receſſimus a te.i.cecidimus de corde & amore tuo. PVTo nullam noſti phyllida:ideſt nullam nouiſti ſimilem phyllidi.Si autem eſſes oblitus: q̃ ſim & q nullam noſti. HEI mihi ſi rogas: ideſt ſi interrogas. VNde ſim. ILLA quæ dedi tibi acto lõgis erroribus.i.qui multo tempore per mare erraſti. THReicios portus hoſpitiumq dedi:ideſt dedi tibi thraciam & hoſpitium.i.lectum proprium.Sinautem es oblitus quæ ſim:& unde ſim:ego ſum illa quæ tibi acto:ideſt agitato longis erroribus & dedi tibi portus thraciæ & hoſpitium in Rhodope ciuitate mea. CVIVS opes auxere:ideſt diuitiæ meæ auxere.i.multiplicauere tuas opes.i.EGO diues dedi munera tibi egenti & multa:ſcilicet munera. FVI datura:ſcilicet ſi tu redeas.i.ego ſum phyllis quæ dedi tibi. LAtiſſima regna lycurgi:ideſt dedi tibi regnum patris mei:Lycurgus fuit pater phyllidis qui erat rex Thraciæ cui ſucceſſit phyllis in toto regno dico. VIX ſatis apta regi fœmineo nomine:nam quaſi uidebatur indecens q tantum regnum regeretur a muliere:unde dixit latiſſima regna quia extenduntur ea parte qua. GLACIAlis rhodope: ideſt illa frigidiſſima hora ſeu contrata patet. PER VMbroſum hemum: Hemus enim eſt mons plenus umbra propter arbores multas: uel dicitur umbroſus quia propter eius altitudinem ſemper infert umbram illi contratæ. QVA ſacer hebrus:ideſt ille fluuius & dicitur ſacer quia ibi dabantur reſponſa deorum.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ANTO ℂ LIBAta:primum uiolata:cui meæ uirginitatis primitias dicaui. SINIſtris auibus: aduerſis auſpiciis. Veteres nihil inauſpicato faciebāt. ZONa:cingulo q̃ ex lana ouis fiebat:p̄cingi nouā nuptā ſcri. Verrius qd uir in lecto ſoluebat. CASta:qm̄ ex eo cingulo nō niſi uirgines p̄cigebātur. TYSiphone:una furiaꝝ: q̃ tres ſūt:Allecto:Tyſiphōe:& Megera:filiæ noctis.Hærebi. PROnuba:loco iunōis nr̄is in nuptiis p̄fuit. VLVlauit:nō cecinit:ſed feralē uocem hymenei loco ꝓtulit. DEVia auis:Stryx bubo q in trāſuerſum uolās auferť:& iō deuia.bubonē:ut Ply.ſcri.maxīe abominanť in auſpiciis proci. CEcinit mœſtū carmē:nō lætū epithalamiū ſed carmē exitiale auſpicatus ē. TORquata:cuius torq̄s ē ex ſerpētib⁹. LVMina mota:addita in noſtras nuptias: ſcri.Plut. Quinq̃ faces nuptiis adhibere cōſueuiſſe:q̄s geſtarēt pueri p̄rimi & matrimi:ut Ver.tradit. FAce ſepulchrali:nō in facib⁹ ignis ē adhibitus ſed furialibus ſepulchrales dr̄ faces q̄ accēdūť in funere:aut maniū ſacris:uñ & aras ſepulchrales dicim⁹ſūt faces nuptiarū:aut deoꝝſuperū:funalia.uero mortuoꝝ & deorū maniū. MOEſta tñ:concludit per cōmiſerationem oſtendit enim in quibus uerſetur incommodis:ſi ſuo uoto deſtituať:ſubiicit quoq̃ ſe ipſam & ſalutē ſuā in Demophoontis ptātē:a quo materiā captare enititur:licet omnia ſint aduerſa:ſpero tñ te rediturum.peto enim littora:ut te ſi redeas obſeruem.

Cui mea uirginitas auibus libata ſiniſtris:
Caſtaq̃ fallaci zona recincta manu.
Pronuba tiſiphōe thalamis ululauit in illis:
Et cecinit mœſtum deuia carmen auis.
Affuit allecto breuibus torquata colubris:
Suntq̃ ſepulchrali lumina mota face.
Mœſta tñ ſcopulos fruticoſaq̃ littora calco:

VBER. ℂ CVI mea:non eſt ſubaudiendum:ego phyllis.ſed cui refert illud pronomen ſupradictum.ſ.tibi. CVI ſcilicet Demophoonti.pro a quo demophoonte datiuus pro ablatiuo. MEA uirginitas:amplificat beneficia:quia plus eſt dediſſe uirginitatem q̃ res. EST libata:deſumpta. AVIbus ſiniſtris: ideſt infelici omine.nam antiqui omnia auſpicato faciebāt:& præcipue matrimonia. Virgilius.Cui pater intactam dederat primiſq̃ iugarat ominibus.Lucanus contentiq̃ auſpice Bruto.Iuuenalis. Veniet cum ſignatoribus auſpex.Capiebatur autem augurium a uolatu auium:quas appellabant præpetes:uel a uoce & has appellabant oſcines:quod ore canerent.Vnde & aues ſæpe pro auguriis ponuntur.Horatius mala ducis aui.inde & auſpices ab aſpiciendis uolucribus:& augures a garritu auium dicti ſunt. ET mea zona:ſubaudi & cui ideſt a quo. MEA zona eſt recincta:ideſt diſcincta. CASta:ideſt mei caſtæ:nam adiectiua perſonarum ſæpe attribuuntur rebus:ut ſupra. Sed bene conſuluit caſto deus æquus amori. MANV fallaci: ideſt tui fallacis.Erat enim mos qui etiam hodie in aliquibus locis ſeruatur:ut uir diſcingeret zonam mulieris ſibi nubentis. PROnuba:loco iunonis:quæ coniugiis præeſſe ſolet: affuerunt furiæ.pronuba dicitur:q̃ nubentibus præeſt.nu autem ſyllaba quæ in primitiuo naturaliter longa eſt:in pronuba ſemper breuiatur. in connubio interdum ſeruat naturam:ut per connubia noſtra:per inceptos hymeneos.interdum per Siſtolen breuiatur:ut connubio iungam ſtabili. TYSiphone una ex furiis dicta a Tiſis quod græce ſignificat ultionē:& phoni:qd ſignat cædē. VLVlauit:ululat⁹.n.attribuiť furiis.Dido ad æneā inferi⁹.Audierā uoces nymphas ululaſſe putaui.Eumēides fatis ſigna dedere meis. Deuia auis.i.bubo:cui⁹ q̄rula uox malū omē ſignat.Vir.iiii.ænei.Solaq̃ culmib⁹ ferali carmīe bubo.uiſa q̄ri.& lōgas ī fletū ducere uoces.deuiā āt appellauit:qa a cœtu aliaꝝ uolucrū ſolet fugere. MOEſtū:triſte.q̄rulū. ALlecto:alia ex furiis dcā q̄ſi irreqeta & nūq̄ ceſſans. TORq̄ta:circūdata:& q̄ſi ꝑ torq̄ cīcta. COlubris:uipis breuib⁹.iō ſæuiorib⁹.nā breuiores ſerpētes ſūt ſæuiores. SVntq̃ ſe.In nuptiis malū omē hēbať.ſi aut faces:q̄ ꝑ mortuis erāt accēſæ:deferebāt ꝑ nuptialib⁹.aut ſi ipſæ faces nuptiales fuiſſēt accēſæ ex facib⁹:aut ex flāmis alicui⁹ rogi.hāc rē oñdit ipſe Oui.li.vi.me.ī fabula Terei.Eumēides tenuere faces de funeř raptas.idē fa.li.ii.Cōde tuas hymenæe faces:& ab ignib⁹ atris.Aufer:hñt alias mœſta ſepulchra faces.dicit ergo nūc phyllis. LVmīa.i.ignes meaꝝ thædaꝝ nuptialiū. SVNt mo.fa.ſepul.i.face:q̄ ꝑ mortuo erat accēſa. MOEſta tñ:dicit qd licet oīa ſupra dcā ſignificēt īfelix cōiugiū.tñ ſæpe cōſcēdit locū altū ex quo ꝓſpiciat ī mare:ſi forte uideat nauē dēophoōtis. MOeſta:triſtis. CAlco:p̄mo corpe meo. FRuticoſa:dūoſa.plēa fruticib⁹.ſepe.nā nouies iuiſſe dr̄:ut Oui.in.i.de remedio.Et p qd nouies ſepius iſſet iter.& in eodem libro.Nona terebatur miſerae uia.

OMNI BONI ℂ CVI.i.a quo.ſ.a te. MEA uir.ē li.i.corrupta. SINiſtris aui.i.qñ corrupiſti meā uirginitatem ſiniſtræ aues.i.noctumenae bubo:& aliae aues noctigerae malū auguriū idicauerūt.In p̄cedēti dicit q̃ hebrus exigit.i.reqrit amiſſas.i.p̄ditas aq̄s:qa ali⁹ fluui⁹ intrat illū:& poſtea ſepať ab eo:& iteꝝ redit ī ipm hebrū:iō dicit exigit qa iteꝝ recupat. QVE:p &. A Quo ca.zo.ē recīcta fal.manu:qa tu cīxiſti me zona.i.cīgulo fallaci.i.falſa māu:qa tu reliq̄ſti me.Antiq̄⁹ mos erat q̃ cū hō deſpōſabat uxorē cīgebat eā zona.i.cīgulo:quē ſibi dōabat:& ſe cīgulo uxoris cīgebat:& hoc ē q̃ dicit:recīcta:qa diſcixit uxorē phyllidē ſolita zona & alia eā recixit:& iō tu fallax:qa me decipiſti relinq̄ndo. THyſiphōe.i.illa īfernalis furia ꝓnuba.i.aſſiſtēs meo cōiugio. VLVlauit ī me.tha.i.male idicauit mihi. ET deuia auis.i.bubo uel noctua cecinit mœſtū carm̄.i.qñ coiui tecū ī meo lecto:illa auis dedit uocē ſuā mihi ī malū auguriū.dr̄.n.q̃ dū illa auis emittit uocē ſuā ſup domū alicui⁹ē malū ſignū:& dr̄ deuia auis.i.deuiās a uia qa nō uolat tpe cōgruo. ALlecto.i.illa īfernalis furia. TOrq̄ta.i.circūdata. BReuib⁹ co.qa illa furia dr̄ hr̄e capillos ſerpētinos q̄ ſilr̄ malū auguriū idicauit QVE:p &. LIMina ſūt mo.ſe.fa.dr̄ q̃ antiq̄tus ī ſepulchris defunctoꝝ faciebāt ꝯburi faces:loco cādelaꝝ uel cereoꝝ:qa tūc tpis egebāt cera:& ſimilr̄ ī nuptiis cōburebāt faces in ſignū:& unionē amoris:& lūīna q̄ fuerūt ī ſuis nuptiis fueřt accepta ab illis facib⁹:&hoc ſibi fuit malū auguriū:& h̄ ē q̃ dic̄ luia &c.nō.n.fueřt faces nuptiales:ſed ſepulchrales. EGo mœ.calco. FRuticoſa.i.ſpioſa. LIttora.ſ.pedib⁹ meis.



ℂ LAXatur.areſcit. DIE ſolis ardore.FRIgida:nocturna:alludit ad lunam:PROſpicio:obſeruo.AGat maria impellat:& ſpiret. AVguror:ſuſpicor:animo coniicio. MEos deos:numīa maris mihi ꝓpicia quæ te in Thraciam reducant. PRocurro in freta:ad maritimas oras propero. PRImas aquas:uſq̃ ad udū littus. ACCedunt:appropinquant obſeruata nauigia. MINus & minus utilis aſto: ſenſim deficio.quia te eſſe non noui. LINquor:uigore deſtituor. EXCipienda:ut nō unq̄ ſic me ancillæ ſuſcipiant. EST ſinus:perſcribit locum unde ſibi præcipicium cogitauit ad augendam cōmiſerationem. FALcatus: curuatus uidetur thraciæ cheroneſſi ſinum ab iſthmo circūſcribere in qua ex græcia nauigantes deferuntur MOdice ſenſim. IN ar.ad inſtar tenſi arcus. VLtima.cor.extremæ partes. RIgent:ſalebroſæ ſunt & altæ. MOLe præ.uaſta rupe: HINc: ex hac mole. MIttere p̄cipitare. ERit:me p̄cipitabo. **ANTO.**

Quaq̃ patent oculis littora lata meis.
Siue die laxatur humus:ſeu frigida lucent
Sidera:proſpicio quis freta uentus agat.
Et quæcūq̃ procul uenientia lintea uidi:
Protinus illa meos auguror eſſe deos.
In freta ꝓcurro:uix me retinentib⁹ undis:
Mobile qua prias porrigit æquor aquas
Quo magis accedūt min⁹ et min⁹ utilis aſto
Linquor:& ancillis excipienda cado.
Eſt ſinus adductos modice falcat⁹ in arcus:
Vltima prærupta cornua mole rigent.
Hic mihi ſuppoſitas imittere corp⁹ i undas
Mens fuit:& quoniam fallere pgis erit.

ℂ QVAq̃ patent oculis.licet raro a uerſu pentametro ad ſequentes uerſus incipiat ſententia p̄cipue apud Ouid. tamen interdum ſicut hic uidemus.& ſupradiximus in epiſtola Briſ. eſt.n.ordo. & ego proſpicio quis uentus agat freta. QVa.ideſt qua parte. LITtora patent. NOſtris oculis.ideſt aſpiciunť a nobis. SIVe humus laxatur.i.aperiť.nā terra die pp tēperiē:uel calorē magis largatur. SEV frigida ſidera aut generaliter frigida ſidera oīa dixit pp noctē:q̄ frigida dr̄.uir.ī Buc.frigida uix cœlo noctis diſceſſerat umbra.aut certe lunam intellexit q̄ frigidā eſſe conſtat. ET quæcunq̃.i.quācunq̃ uideo nauem uenientem ſtatim exiſtimo illā eſſe: TVA lintea.ideſt uela dicta a lino.quod ex eo fiant: PROcul.longe. PROtinus ſtatim.i.exiſtimo & quaſi certo augurio credo. ESSe meos deos.non dicamus.i.te quem colo tanq̄ deos:ſed auguror illa eſſe meos deos:i.exauditionem deorum.quos ego precata ſum.i.ſtatim arbitror me exauditam eſſe a deis meis PROcurro.uado.procedo:quando uideo uela quæ credo eſſe tua. VIX retinentibus me:propter nimium deſiderium tui uidendi. PRImas aquas.i.magis propinquas terræ.nam ſunt primæ ex terra euntibus in ipſas. QVO magis.quāto magis. ACCedunt.ſ.ad me.i.fiunt propinquiores: ASTo.i.ſto.& ſum. MINus & minus utilis.i.quaſi defecta ſpiritu.& languida. LINquor.i.deficio.& cado in terram propter dolorem.quia ex appropinquatione cognoſco non eſſe nauem tuam. EXCipienda.erigenda:ab ancillis.quia per me non poſſum:aut ſtare aut ſurgere ſum enim ſemimortua. EST ſinus deſcribit locum.unde dicit conſtituiſſe ſe præcipitare.enumerat uaria genera mortis.per quæ dicit ſe cogitare finire uitam. SInus.flexus maris. FALcatus.curuatus tractum a falce quæ eſt curua. IN arcus adductos.i.in ſimilitudinē arcuum adductorum.i.contractorum.nam adducere ſignificat contrahere. VLtima cornua.i.extrema illius ſinus quæ ſunt in ſimilitndinem cornuū. RIgent.ſunt aſpera. PRærupta mole.i.igenti ſaxo. HInc ex illa mole alta. FVit mēs.uolūtas & diſpoſitio. ET erit ſ.hoc ut imittā corpus meū. QVoniā pgis.i.pſeueras. **VBER.**

OMNI BONI ℂ QVA lata æquora.i.maria: PATēt meis oculis.i.ab illa parte qua poſſum aſpicere mare.i.uado in loca illa:ſ.monticulos.in quibus poſſum reſpicere procul. SIVe humus laxatur.i.terra calcatur a me uidēdo & ſpectando utrum uenias an ne. SIVe ſit dies ſiue frigida lucent ſidera.i.nox quando ſtellæ lucēt. SPEcto quis uentus agat.i.agitet freta.i.qualis ſit uentus in mari.ſi ſit proſper & ſuauis:quo ueuire poſſis:& dicit frigida ſidera:quia nox qua ſidera lucēt frigida eſt. ET quæcunq̃ procul.i.a longe. LIntea.i.uela nauium uideo. AVGuror.i.imaginor. ESSe meos deos.i.puto q̃ ſint tua uela:& tuæ naues:quia te ut meum deū reputabā & diligebā. IN freta procurro undis uix retinentibus me.i.cum uideo aliqua uela uix me abſtineo quin intrem & currā in mare cum affectu maximo &.ſ.ea parte. QVA æquor porrigit primas aquas & dicit. MOBile æquor qa mare ſemper mouetur &.dicit primas aquas:illa dicitur eſſe prima aqua quæ eſt prope littus non ī profundo. QVo.i.quāto. LIntea magis accedūt.i.appropinquant: tāto.aſto. MINus & minus utilis.i.quanto naues propinquāt & te non uideo tunc ſum inutilis uilis & flebilis & LINquor ab effectu meo.i.tunc cado. ACCipienda.i.ſubleuanda ab ancillis meis. EST ſinus adductos ſuperius dixit phylis ſe expectare demophoōta:cū tamen ipſum expectare non deberet.in parte iſta dicit & ponit q̃ ſi cito non redeat imaginatur & proponit mori & diuerſis modis ſibi mortē inferre & diuiditur hec pars in duas.in prima enim parte dicit q̃ ni demophoon cito ueniat ipſa parat ſibi mortem.In ſecunda ponit diuerſos modos.moriendi.Secunda ibi: SEPe uenenorum dicit ergo in prima parte topografizat ideſt deſcribit locum. SINus ideſt monticulus ſuper quem ſæpe aſcendo uiſum ſi uenias. MODice falcatus in adductos arcus ideſt modice arcuatus ſupra aquam maris in longos arcus & quaſi dicat phyllis ego ſæpe imaginor deiicere me de illo monticulo in mare. VLTima cornua illius monticuli. PRærupta mole ideſt prærupto quodam magno ſaxo qui eſt in illo monticulo. RIGēt ideſt rigida fiunt.HInc ideſt de hoc loco ideſt monticulo. MENs ideſt uoluntas. FVIt immittere corpus in undas ſuppoſitas ideſt deiicere me in mare. ET erit ideſt certe ego propoſui deiicere me & mergere me mari. QVOniam pergis ideſt perſeueras fallere me.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

ANTO ¶ PROiectá:in mare ꝑcipitatá. TVA:athenienſia in pyrrheū portū athenaꝝ. INtumu.abſq; ſepulturæ honore. SVPer'du ſis durior. ADAmanta.qui nulla materia uinci pōt niſi hyrcino ſanguine: ut ſcri. Plynius. ET te:q nulla cá moueris:qui es inexorabilis & omni materia durior. SIC mortua & undis iactata me ſequi nō meruiſti. SITis ue.appeto uenenum. TRAiectá gladio:interdū me gladio traiicere cogito. LAcer.infidis:quæ tu pfidus cōplexus es. IMPli.la.fune oſtringere inter tot lethi genera fluctuans:demū ſe ex amigdala ſuſpédit:exaruit arbor q in aduentū Demophoōtis reuiruiſſe tradiť. STAt:eſt mihi propoſitum. PENſare:emédare & Luere.

PVDoré:uiolatam pudicitiá. MA.ne.decoro & magnanimo letho. PAr.mo.cōfeſtim mihi ex tot lethi generibus unū deligá. CAVſa:auctor. INuidioſa:non ſine legentium odio. ERis notus.dabis tuæ perfidiæ notitiam. CARmíe: epitaphio.

DEmophoon hoſpes:in hoc maxime uituperari Demophoontem exiſtimat:quod uiolato hoſpitii iure & hoſpitem & amantem ad mortem coegerit.

Ad tua me fluctus proiectam littora portēt:
Occurramq; oculis intumulata tuis.
Duritia ferrū ut ſuperes:adamātaq;:teq;:
Non tibi ſic díces phylli ſequendus eram.
Sæpe uenenoꝝ ſitis eſt mihi:ſæpe cruenta
Traiectam gladio morte perire iuuat.
Colla quoq; iſidis:quæ ſe nectenda lacertis
Præbuerant:laqueis implicuiſſe iuuat.
Stat nece matura tenerū penſare pudorem:
In necis electu parua futura mora eſt.
Inſcribere meo cauſa inuidioſa ſepulchro:
Aut hoc aut ſimili carmine notus eris.
Phyllida demophoō letho dedit hoſpes amā(tē:
Ille necis cauſam præbuit ipſa manū.

VBER. ¶ AD tua:optat:ut ſuū corpus mari ſubmerſum deferať ad littus atticum:ut ita mortuū uideať ab ipſo Demophoonte. PORtent:non ponitur pro portabūt:ut quidá putát ſed modi eſt optatiui.i.utiná fluctus portent. ME proiectam:ſicut cadauera proiiciunť a mari. OCCurráq;.i.& utiná appaream. INTVmulata:inſepulta. DVRicia:dicit qđ ꝗuis ſit duriſſimus oíum rerū duriſſimaꝝ tñ nō poterit facere:quin cōmoueať:cū uidebit eá mortuá ad littus ſuū delatá. VT.i.ꝗuis. FERrū: metallū nimiæ duritiæ.Ouidi.primo met.de duro eſt ultima ferro. ADAmanta:lapidé tátæ duritiæ:ut nulla re frangi poſſit niſi ſanguine hyrcino:ſi in eo diutius fuerit:nō tñ aliter quá calido uel recenti. atq; cum quattuor ſint ſpecies adamátū.ut Solinus refert:qui naſciť in Cypro frági pōt. TEq;:modus eſt dicédi:q uidetur equipollere ſuperlatiuo.ut ſi dicá Cicero uiſus eſt ſuperare ſeipſum eloquétia.i. fuit eloquétiſſim⁹: utunť hoc genere dicédi nō ſolū poetæ:ſed interdū ét oratores. DICes uiſo cadauere meo. NON eram ſequédus tibi:ꝑ a te. SIC.ſ.morte tua. PHYlli:uocatiuus é græcus:quo ſolo in talibus dictōnib⁹ utimur. SAEpe:aliud genus mortis dicit. SITis:appetitus. SAEpe cru.aliud genus. IVVat:libet:é mihi impetus. ME traiectá.i.tráſfoſſam:dŕ aūt melius traiecta:quá tráſiecta:qa trás cū dictionib⁹ incipiétibus ab.i.ab n.&.a.d.corrūpiť:ut traiicio trano.traduco. MORte cruéta:ſanguinoléta. COLlaq;:aliud genus mortis ſ.ſuſpédédi ſe.qđ qdé executa é.ordo é. IVVat ét iplicuiſſe:ꝑ iplicare.i.inuoluere & ligare. LAQVeis: aliquo nodo funis uel alteri⁹rei.ná zona ſe ſuſpédit:ut ipe oñdit in remedio amoꝝ. Nona terebať miſeræ uia.uiderit inqt.& ſpectat zoná pallida facta ſuá. NECtéda:amplectéda. LACertis infidis.ſ.tuis.uolo igiť ut quéadmodū meū collū peccauit patiédo ſe circūdari tuis brachiis:ita ferat pœná patiédo laqueū. STat .i.certū é.placet.ut ſtat caſus renouare oés. PENſare:cōpéſare & emédare. PVdoré:caſtitaté:quam mihi eripuiſti. NECe matura:ſubita morte:qa nō poſſum recōpéſare eū.niſi ꝑ morté. IN necis.ſenſus é.in electione tot geneꝝ mortis nō erit mihi lōgū tṗs:qa cito deliberabo. PARua mora:breue ſpaciū tṗis. IN electu:in electione. INScribere:palá ſcriberis & intitulaberis. INVidioſa.i.odioſa:qa oés deteſtabunť factū tuū. ERis notus:erit cognitum factū tuum. AVT hoc.ſ.qđ ego núc ſubdo. AVT ſimili:eiuſdem ſñiæ. CARmine:notandū qđ carmé interdū ſignificat opus totū.ut carmen æneidos:interdū ſignificat epigráma:& ꝗlibet inſcriptioné:licet plurib⁹ uerſib⁹ cōſtet:ut Vir.& tumulo ſupaddite carmé.& idé.haud é ignobile carmé:cū poſtea ſubdat multos uerſus.& hic ꝑ iſcriptiōe & epigrámate: ſiue epitaphio ſuo poſuit carmen. PHYllida:ecce carmen:qđ paucis uerbis amplá cōplectitur materiá uidelicet beneficia phyllidis in Demophoontem:& eius ingratitudinem de his beneficiis & morte phyllidis ex cá Demophoontis. habét aūt oía uerba hic poſita emphaſim.i.uehementiá ſignificationis.ordo eſt. DEMophoō hoſpes:ecce obligatio ex beneficio hoſpitii. DEDit letho:ideſt coegit mori loco remunerationis. hoſpes autem hoc loco paſſiuæ accipitur pro eo:qui exceptus eſt:cum etiam actiuæ ponatur.interdum pro eo:qui accipit. PHyllida amanté:ecce alia obligatio:nō ſolū ob hoſpitium:ſed etiam ob amorem:& hæc oía ſunt ad amplificandum crimen Demophoōtis. ILLE:Demophoō. CAVſam necis:qa decepit eá:& dereliqt. IPSA:phyllis. PRAEbuit ma.ad necé ſuá:qa ſe interficere ab eo coacta é.Finé ipſius phyllidis dixius i argu.epiſtolæ.

OMNI BONI ¶ FLVctus &c.pōit adoptationé dicés utiná dñs cū me merſero in mare. FLVctus portet me proiectam ad tua littora. QVE:ꝑ & utiná ego. INTumulata.i.inſepulta. OCCurrá tuis oculis.i.aqua ducat me ante tuos oculos ut me uideas. QVáuis ſuperes ferrū duritia.i.ꝗuis ſis ſeuior & crudelior ferro. QVE:ꝑ &. ADamáta:adamas antis é lapis duriſſimus. ET ut.i.ꝗuis ſupes. TE duritia.i.ꝗuis ſis durior oíbus ꝑdictis. SIC dices:ego ſic. NON ſequé.tibi.i.a te erá:eſt ſequédus a ſequor qđ é nomé participiale. Hic enim ponit quoddá inconueniés qa dixit ꝙ eſt durior ſe ipſo:hoc tamen facit ad oſtendendum ſuam maximá duritiá. SAEpe uen.in ꝑte iſta ponit alias maneries mortis eligédæ:uñ dicit. SAEpe ſitis.i.deſi



derium uenenorum. EST mihi cruenta.i.ſumendi toxicū ut cito moriar. SAEpe iuuat.i.delectat. ME tráſiectam.i.uulneratam. GLAdio:uel enſe. PERIre cruéta morte.i.amara uel ſanguinolenta.i.ſæpe cupio interficere me gladio. QVOq;:ꝑ &. MIHI libet implicuiſſe:& ſtrinxiſſe mea. COLla laqueis.i.iugulare me:& dat cauſam quæ iuuat eam hoc facere:quia ipſa. PRAEbuerat colla nectenda infidis lacertis: quia homo quando apprehendit amorem mulieris libenter amplectitur collū infidis lacertis:propter falſitaté deceptionis. STAT nece:licet ſit mihi uolūtas:& péſé qñq; mori:diuerſis modis. STAt.i.firmatū & deliberatū eſt in méte mea. PENſare tenerū pudoré.i.me tenerá pudoroſam. MAtura nece.i.ueloci.i. niſi uenias putaui i méte mea cito me occidere:parua mora:patet ꝑꝑ turpia eadem ſñia licet ꝑua uaria & diuerſa. INScribere meo ſepulchro hoc.i.qñ me occidero. CAVſa erit inuidio.qñ.n.aliquis inuidet alter odit eū.i.multi debét hr̃e te odio:qa tu eris cá meæ necis & ſcriptis in ſepulchro meo carminibus ſeqntibus legétes noſcét te fuiſſe cám mortis meæ. ET oíbus not⁹.i.cognit⁹ oíbus.i.tua falſitas nota erit oíb⁹ ꝑꝑ dolū meū. ET ſic hoc carmé aut ſimile mōſtrabit ꝙ. DEMophoon ille hoſpes:dedit. AMAnté:phyllidé. LEThо.i.dedit cám mortis phyllidi. ET illa.ſ.phyllis. DEDit manū.i.ſe ipam occidit:uel pōt itelligi illa dedit manū.i.dedit adiutoriū uel dedit manū.i.diuitias & opes déophoōti.i fine cuiuſlibet epiſtolæ ſolet q̂ri qs ſit finis epiſtolæ ferť ꝙ dña phyllis hác epiſtolá direxit demophoonti q̄ recepit: & recepta:ac littera lecta:dū uideret in littera ꝙ phyllis ſibimet morté ꝑparabat:niſi Demophoon uelociter rediret ad illá parauit ſuū nauigiū ut properaret ad illá:q̄ multo tṗe:qm̄ ipſe nō redierat ad ꝓmiſſū tṗs:quaſi deſpauerat nunꝗ ſperans ipſum reditur ū. Cum auté quadá die cá iterum uidendi:an ipſe rediret:qm̄ nondum deſtituta penitus foret ſpe ſui reditus:maris littora uiſitaſſet:& non uidiſſet ipſum uenientem: in deſperationem eiecta:laqueo ſe illico ſuſpendit:& miſeratione deorum uerſa eſt in arborem.poſt modicum tṗs: uidelicet tres uel quattuor dies:poſt obitū ipſius uenit demophoon:credés ipſam reperire uiuentem:& dum applicuiſſet ad portum Thraciæ:quæſiuit quidnam de illa fuiſſet:cui demophoōti nemo reſpōdit:cum quilibet mortem eius ignoraret. iſte autem cognouit eam periſſe:qui inde reflexit ſuum nauigium athenas:& rediés cū ſua naui ꝓpe littus nauigando uidit quandam arborem amigdalam quæ ſe illi reuerétiá deferédo inclinauit:qui imaginatus fuit phyllidem eſſe uerſá in arboré quá ipſe fuit amplexus:cum lætitia:& ferť ꝙ floruit arbor:& deinde ſemp amigdala emittit ſuos flores ꝑceteris arboribus. In.iii.epiſtolá argumétū.



ANTO. Vm græcia ad Troianá obſidioné maturarét finitimaq; popularetur oppida:achilles utráq; ciliciá & thebaicá & Lyrneſiá inuaſit. Thebaicá Tetiō andromaches pŕ. Lyrneſiá Minetes regebat: His trucidatis ex thebe Aſtimoné chryſei:ex Lyrneſo hyppodamiam Bryſéi filiá : expugnatis oppidis abduxit : ꝗꝗ euſtachi⁹ ex pedaſo hyppodamiá abreptá tradit. Agaménō græcoꝝ ipator ex oí ꝑda ſibi đlegit aſtimoné:achilli:neſtoŕ & idōeneo ptiédæ ꝑdæ autorib⁹ hyppodamia ſorte obtigit. iterea chryſes apollis Smynthei ſacerdos i téplo:qđ erat i chryſeo:multis oblatis múerib⁹ repetit. Miabūd⁹ ſené a ſe abigit agaménō apollo ſui antiſtitis cōtumelia ꝑcit⁹ noué dieb⁹:ut Hom.ſcri.& iumenta & hoíes ſagittis cōfodit:cadebat hac peſte quotidie miſeráda multitudo: palladis monitu uocata cōcióe achilles de placáda deoꝝ ira deliberat. Calchas theſtoris fili⁹:q cū mopſo đ uaticinio certauit: niſi aſtimone pr̄i redderet placari apolliné nō poſſe in mediū ꝓtulit. Acclamātib⁹ uniuerſis agaménō ꝑ Vlyxé ad pr̄em puellá remittit: Achilli uero qué reddédæ aſtimones autoré credebat:appitorib⁹ Talthybio & eurybate miſſis hyppodamiá abſtulit:achilles idignat⁹ pugna abſtinet:quotidie græci ſupanť:id.n.i gr̄am Thetidis fecerat Iuppiter:ut achillis uirt⁹ cognoſereť:cōſultáte neſtore mittit agamé.ad placádū achillé:phœnicé:aiacé:& ulyxé:& ꝗuis dōa ingétia:& Bryſeida ultro obtulerūt:nō tñ recōcilíari potuit:donec patroclū trucidaſſet hector::quod conditioné non ſuſcepit hyppodamia hac epiſtola queritur:quæ tota eſt ex Home.ilia.querimonias non habet acres:ſed apparata oratione:quales captiuam decent præmunitas.

BRYſEIS ACHilli.

Vam legis a rapta bryſeide littera uenit:
Víx bene barbarica græca notata manu.

Bryſeis Achilli.

Vam legis a rapta:prima commiſeratio eſt a fortuna:Hyppodamia bis rapta eſt:primum ex



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

Lyrneſo:ut diximus:ab achille:deinde ab agamemnone per præcones. BRYſeide:Hyppodamia bryſei fi ia:ſacerdotis chryſæ frater fuit bryſeis. MAnu barbarica:Cilicis puellæ:quæ cum ſit barbara:græcas lit eras non recte nouerit:purgat ſe ne:aut ſcripto:aut ſermone inepta uideretur.

VBER.

QVAM legis.Regio:q̃ Troia eſt appellata:in nouẽ principatus diuiſa ſub priamo tota fuit tpe belli Troiani:ut auctor eſt Strabo.Cũ igit ilienſes nõmodo per eos qui erãt in urbe uerũ etiam per omnes ſibi ſubditos populos bellũ initio aduerſus græcos gererent:Achilles & eius ſocii urbiũ debellatores loca ilio circũuicina ſunt aggreſſi:euerterũtq; multas:in ter quas uaſtata ſunt præcipue q̃ leſbo erãt oppoſita:ut Theba urbs Eetionis patris andro maches:q̃ & ſingulariter & pluraliter ꝓferẽ:& Pedaius quæ Eurypili filii Thelephi regio erat:& Lyrneſus quæ ſubiecta erat Myneti.ex lyrneſo accepit Achilles puellã Bryſæ filiã quæ Hyppodamia noie proprio dicebaẽ:& hãc ſibi habere ſtatuit.Chryſæ uero apollinis ſacerdotis filiam noie Aſtynomen quã poetæ ſicut ſupiorem a noie patris Chryſeida appellauerũt Agamemnon hẽre uo luit.uerũ cũ pcibus ſacerdotis Chryſæ q̃ ſæpe filiã ſuam ſibi reſtitui ab agamẽnone fruſtra petiuerat: apol lo peſtẽ maximã in exercitũ græcorũ immiſiſſet:intelligeretq; Agamẽnon ex calchante uate peſtẽ nõ ceſſa turã:niſi reſtitueret ſacerdoti apollinis filiã: coactus eſt cõmunẽ utilitatem libidini ſuæ præferre.Reſtitu ta igitur Chryſeide:miſit poſtea Agamemnon ad Achillem:qui Bryſeida ab eo ad ſe duceret: quã quidẽ achilles minime recuſauit tradere.Sed tanta ira propter Bryſeida a ſe abductã incenſus eſt:ut & agamem nonem contumelius coram afficeret & eum interficere uoluerit:niſi pallas prohibuiſſet & deniq; pugnare deſiſteret.hanc iram achillis opem græcis negantis cum uideret agamẽnon ſibi & ſuis pernitioſam ſtatuit eum placare:& reſtituere Bryſeida:multaq; munera illi inſuper addere:uerum achilles & Bryſeida & mu nera recuſabat.Quare Bryſeis ad eum hanc ſcribit epiſtolam: in qua conqueritur de eius nimia ira:& ro gat:ut eam ab agamemnone oblatam recipiat:cum etiam ſi agamemnon non offerret: eam ipſe repetere deberet:commemoratq; multas cauſas:quibus oſtendat achillem moueri debere:& ut eam recipiat:& ta dem arma ad pugnandum capiat:oratq;eum:ut ſiue ſit remanſurus in caſtris:ſiue diſceſſurus in patriam:eã ſecum ducat:quæ amiſſo marito:& fratribus:& patria ſua euerſa nullum aliud habet profugium : niſi ſolũ achillem. LITtera.i.epiſtola:ita enim licet poetis uti numero ſingulari:cum in proſa pro epiſtola utamur tantum plurali numero. A BRyſeide.ideſt ab Hypodamia filia Bryſæ.eſt enim ut ſupra dixi patronimi cum a patre:ut oſtendit Dictys Cretenſis in hiſtoria troiana. RAPta:ſcilicet olim a te ex Lyrneſo. VIX bene notata græca.i.uix litteris græcis ſcripta. MANV barbarica.i.mei Bryſeidis barbaræ.

OMNI BONI

QVAM legis a rapta:in principio huius epiſtolæ ſicut in principiis aliarũ tria ſolent inquiri.ſ. titulus epiſtolæ.Materia ſuper qua fundatur:& quæ ſit intentio mittentis.Titulus epiſtolæ ẽ. Bryſeis Achilli.Bryſeis eſt pſona mittẽs epiſtolã. Achilles fuit filius Thetidis mulieris cui ĩpa mittitur epiſtola.Materia huius epiſtolæ eſt agamemnon rex propter iniuriam factam fratri ſuo Menelao:eo q̃ paris filius priami regis troianorum rapuit Helenã : ipſius Menelai uxorẽ Aggregauit exercitum contra troianos:quo aggregato:græci contra Troianos irruerunt:& ut mos eſt ho ſtium:græci in phrygiam euntes multas inſulas troianorum ceperunt:quarum fuit una inſula leſbos:& ea capta græci egentes mulieribus uiros occiderunt:mulieres retinuere.Erat in inſula quidam ſacerdos phæ bi habens pulcherrimam filiam:nomine Chryſeidem:quæ oblata eſt agamemnoni regi.& rapta fuit illi ſa cerdoti:quam Agamemnon in concubinã ſuſcepit:ſacerdoti relicta uita:quia nõ erat mos in prœliis ſacer dotes interfici.Achilles autem fortiſſimus græcorum habuit filiam principis illius inſulæ captæ:quæ Bry ſeis nomine dicebatur:quarum mulierum noĩa niſi prima littera differebãt.Bryſeidẽ enim retinuit achil les:carã:atq; dilectã:quiſq; græcorum ſingulam appræhendere mulierẽ:ut potuerũt:ſacerdos phœbi dolẽs de filia ſibi erepta:aſſiduis precibus orabat phœbum:ut ſibi filiam reſtitueret.Phœbus exauditis precibus ſacerdotis imiſit epidimiã inter exercitus græcorũ:in qbus magna peſte furente:innumeri moriebantur. Agamemnon & alii principes uidentes hanc peſtem augeri:dietim perſcrutati ſunt ab Aſtrologis cauſam peſtis huius:uolentes modum reperire ut illam euadere poſſent inter cæteros aſtrologos græcorum qui dam nomine Calchas:præceteris perſpicax:expandit q̃ peſtis huius epidimiæ procedebat ex raptu Chry ſeidis:ſacerdotis filiæ:quam Agamemnon pro concubina tenebat:quæ ſi patri ſacerdoti reddita fuiſſet pe ſtis illico ceſſaret:tñ iſte Calchas timore Agamẽnonis nõ audebat hoc penitus manifeſtare:qm̃ Agamem non ualde chryſeidem diligebat. Achilles uero cognito timore calchantis ſuggeſſit ſibi ut eius confidentia cauſam peſtis palam ederet.Calchas uero adiutorio & promiſſione confiſus achillis cauſam peſtis expãdit Agamẽnon his auditis irato animo cum nudato gladio irruit in Calchantem:ad cuius defenſionem (ex ꝓ miſſione & fide data) citus inſurrexit Achilles:qui agamemnona peremiſſet:niſi adiutorio palladis:immiſ ſa nube atra:tutus ipſe fuiſſet.Agamemnon inimicitiam achillis ualde metuens:& quantum mali atq; de trimenti ſibi & cæteris græcis accidere poſſet:placato eius animo:Chryſeidem:multis muneribus dotatã ſacerdoti patri inde reſtituit:ex quo epidimia peſtis illico ceſſauit.Poſt uero aliquot dies miſit Agamem non ad Achillem ut ſibi concederet Bryſeidem:quæ non differebat a Chryſeide in formoſitate:nec in no mine:niſi in prima littera.Achilles ſibi animo indignato illã deſtinauit per duos milites Agamẽnonis:quo rũ alter dicebatur Taltibius:alter uero euribates:propterea Achilles recuſabat cum Troianis pugnare: unde Hector cum Troianis irruens in græcos:hoſtiliter occidebat & uulnerabat:unde Achille a bello de ſiſtente Troiani græcos multum ſuperabant.Cum agamemnon & alii græci perciperent Achillem deſine re a bello & pugna:& ſe ſe a Troianis peſſundari:legatos ad Achillem protinus deſtinauit:ſcilicet Aiacem & Phœnicem ſocios Achillis:& eloquentem Vlyxẽ cũ multis ꝓmiſſionibus:& munerib⁹:ꝓmittẽs ſibi red



dere briſeidem:dũmodo contra troianos pugnare flagraret: hæc aũt dõa inter cætera dare promiſit uide licet oẽs puellas quæ erant in leſbo.Præterea q̃ maius erat ſibi unã filiarum propriarũ cõcedere in uxorẽ quæ minima ſpreuit achilles:atq; bellare deſtiit.Briſeys uidens ſe Achillem minime curare neq; ſuſci pere uelle:ad illum hãc dirigit epiſtolã.Intentio Briſeydis eſt de ipſo maxime cõqueri:ex eo q̃ ipſam recipe re ſpreuit:hortando eum ut apprehendat arma & contra troianos inſurgat:atq; eam ſuſcipere uelit .Inten tio auctoris eſt uelle laudare briſeydem de fide:quã ſeruauit achilli in dilectione:& amore:quẽ geſſit erga il lum:nã poſtq̃ ipſe primit⁹ illam habuerat:nolebat eã alterius uiri amorem habere.& iõ quelibet cõcubina eſt inſtruenda:q̃ donec ipſa eſt in cuſtodia:& amore alicuius:debeat ſpernere aliorũ uirorũ amorem:& i tentio Ouidii eſt reprehendere achillem agamẽnonẽ & cæteros potentes:& probos:qui pp concubinã uel mulierem aliquã:non propriam inter ſe ſe altercantur.unde eorum exemplo cunctos intendit amonere ne pp huiuſmodi mulieres debeant diſcordare nec hoſtilitate ſibi adinuicẽ aduerſari.unde ad litteram re deamus. QVam legis arapta hæc pars diuiditur in duas.in prima notificat pſonam & qualitatẽ ipſius Briſeydis.in ſecunda conquerit de Achille ſecunda ibi. SI mihi pauca.ſecunda diuiditur in duas.in prima conqueritur de achille.in ſecũda hortatur achillẽ ut ipſam recipiat:& ad bellum contra troianos redeat ſe cunda ibi. QVid tñ expectas.adhuc prima diuiditur in tres.In prima.n.d.briſeys conqueritur de achille q̃ ualde cito illam præbuit agamẽnoni:in ſecunda cõqueritur q̃ non ſolum nõ repetit eam.ſed q̃ obſtat ne ſibi reddatur:in tertia parte eum rogat ut ſi repatriare uelit eã reſumptam debeat ducere ſecum. Secũda ibi NOn repetiſſe Tertia ibi. QVi nẽt.prima diuiditur in duas.in prima conquerit de achille ex eo q̃ ipſam ualde cito præbuit agamemnoni.in ſecunda excuſat eũ.ſecunda ibi. SVM data.iterum prima in duas.in prima parte querit licentiã conquerendi de ipſo.in ſecunda excuſat eum.ſecũda ibi. NON ego poſcenti dicit.ergo in primaO achilles. Littera græca uix bene notata barbarica manu.i.ſcripta manu mei briſey dis.q̃ dicor barbara qa troia. erat:nã troiãi dicũt berbari.achilles erat græc⁹ & lra erat græca.qa achilles ñ intellexiſſet barbarã litterã. Vix bñ notata barbarica mãu qa ego barbara & ñ ſu bñ docta litteram græcã Q Vam ſcilicet litteram. TV legis uenit a Briſeyde rapta a te ideſt acceptata a te in Leſbo inſula.

Q uaſcũq; aſpicies lachrymæ fecere lituras:
Sed tñ hæ lachyrmæ põdera uocis hñt.
Si mihi pauca q̃ri de te domioq; uiroq;:
Fas eſt: de domio pauca uiroq; querar.
Non ego poſcenti q̃ ſum cito tradita regi:
Culpa tua ẽ quis hæc quoq; culpa tua ẽ.
Nã ſimul eurybates me talthybi⁹q; uocarũt
Eurybati data ſum: talthybioq; comes.

ANTO.

CQVAſcunq; lituras: q̃cquid in epiſtola deletũ ẽ. cõmiſeratio a ſignis. LAchrimæ:quæ mihi fluũt pe rennes. POndera uocis.elocutõis uim licet lfas le gere non poſſis. SI mihi fas eſt:iure ſeruitii nulla da batur querela . nã ſumma græcis erat in ſeruos Po teſtas:ut in li.de legibus ſcribit Plato:ſeruũ qui tru cidaſſet quãti illum emiſſet mulcta erat: honeſte.ora tionẽ pmunit. NOn ego poſcẽti.pria q̃rela:nõ qd ſit tradita:ſed qd citius q̃ par erat. NON eſt culpa tua:ſed tocius exercitus.pro cuius ſalute data ſum. Q Vãuis hæc quoq; qm̃ cauſa eius id fieri potuit. NAm ſimul euribates ecce facilitatem talthybius et eurybates agamẽnonis miniſtri.qbus Achilles per Patroclum:ut Home: ſcribit hypodamiam tradidit abigendam ipſe in littore cum matre queſtus eſt.

VBER.

CQVAſcunq; ad commouendum animum Achillis dicit ipſam epiſtolam non alia re quam lachry mis eſſe oblitam & fœdatam. LIturas.maculas.a linendo dictas. HAE lachrymæ.quibus fœdatam aſpi cies epiſtolam meam. HABENT pondera uocis ideſt habent effectum uocis ideſt debent ſignifica re animum meum.quaſi uerbis exprimerem. SI Mihi.iam quaſi licentiam querelæ ſibi eſſe dicit. DOMINo.quia iure belli ſum captiua & ſerua tua. VIRO quia me ſemel uxorem habere decreuiſti FAs eſt ideſt licet. NON ego:ecce prima querela & occulta incuſatio licet uideatur eum excuſare.. ordo eſt.non eſt tua culpa.quod ego ſum tradita cito. REGI Agamẽnoni POSCEnti poſtulanti me: ut ei traderer. QVAMuis quia uiſa fuerat excuſare.ideo aperte accuſat non in eo quod tradiderit . quia non potuiſſet contradicere:ſed in eo q̃ cito tradidit.& hoc eſt q̃ dicit.differri potui: NAM ſimul oſten dit: quomodo cito eam tradidit. SIMVL.poſtquam. EVRYBAtes & taltibius.hi præcones fuerunt quos Agamemnon ad Achillem miſit.Vt ab eo ad ſe briſeyda adducerent:uocarunt me: ut traderer Aga memnoni. DATA ſum comes:ut cum eis irem ad Agamemnona.

OMNI BONI

CQVAſcunq; lituras aſpicies.i.deletiones maculas uidebis in ea. LAchrimæ meæ. Fecere qa quoti die fleo & ſcribendo litteras lachrimæ manantes ab oculis cadebant ſuper litteras. TAMEN hæ la chrimæ. HAbent pondera uocis.i.ſignificãt maximum dolorem quem patior & propter hoc dicit pon dera.i.maximum onus mihi. SED mihi.In parte iſta querit licentiam conquerendi de eo : & merito quia Achilles erat eius dominus:nec licet alicui conqueri de domino.unde dicit. SI fas eſt.i.licet. MIHi: conqueri pauca.i.pp pauca. DE te domino q̃ pro & uiro.ſ.meo nota q̃ queror qñ idẽ eſt q̃ lamentor ha bet primã breuẽ & qñ idem eſt q̃ quæro habet primã longam & ſic patet. QVomodo poſſis cognoſcere q̃ror ris in carmine & q̃ ſignificationem habet. IN parte iſta. Non ego excuſat:ſe ipſam ab uno conque rendo de eo dicens. NOn eſt tua culpa q̃ ego ſum cito tradita poſcenti regi.i.Agamemnoni querenti me Q Vãuis hæc tua culpa quoq; ẽ quaſi dicat culpa nõ eſt tua q̃ tu dediſti me agamemnoni.ſed culpa eſt tua quia ualde cito:& aſſignat cãm. NAMQue pro quia ſimul Eurybates & taltibius ſolum uocarunt me quia ego ſum data. COMEs ſcilicet ego fui data eis in comitiua ad eundum ad regem.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

ANTO. ¶ Alter in alterius:iuſtã facit querelã ex aliorũ ſententia. Talthybius eurybateſq; tam facilem ad tradendã Hypodamiã achillẽ admirabãt. IActãtes lumĩa.ſe mutuo reſpiciẽtes cũ admiratõe. Differri potui: tardi⁹ tradi:ſi oĩo retineri nõ potuiſſẽ. POenæ meo dolori. AT lachrymas:patos ab habitu corpis. SAEpe ego decepto:energia utit nã ſuas meditatiões expõit:ut añ oculos põere:uideat:ut achillis negligẽtiã oñdat. SEd data ſũ agamẽnoni. QVia dãda.fui:p cõi græco℞ ſalute abſoluit achillẽ a neceſſitate. deĩde recurrit in aliud uñ culpa ĩ illũ reiiciat. CESSas:in amore lent⁹ es. LEnta:q̃ ultionẽ differt. MEnœciades patroclus menœcii filius tradidit præconibus Hypodamiã. NON repetiſſe parum eſt in patroclo perfidiam:in Achille ignauiam notat. INVnc ironia eſt nolis amantis ſolertiſſimi tibi nomen uendicare.

ER. ¶ ALTer in alterius.ordo. Eurybates. & Taltibi⁹ iactantes lumina alter in uultum alterius.pleſis implicita. QVærebant &c.i.aſpiciẽtes ſe uiciſſim:nihil dicebãt:ſed admirãtes.quod tã cito eſſẽ a te tradita:inter ſe nutu quærebãt. VBi eſſet noſter amor.q.d.uidebãt eſſe nullũ.quia ſi me uere amaſſes nõ tradidiſſes tam cito: MORa.dilatio tpis: quo fuiſſem apud te.pœnæ.ſ.meæ. HEI mihi nulla dedi.pp breue ſpaciũ diſcedendi. SIne fine.aſſiduas & infinitas. RVpi laniaui. ITerum ſecũdo.i.ita dolui diſcedẽs a te:ſicut cum fui rapta a patria mea. SAEPE ego occurrit obiectionibus. HOſtis pro hoſtes.i.troiani. PRogreſſa.pcul egreſſa e tẽtoriis agamẽnonis. MVnus.ſerua dono data. QVãlibet. q̃uis ẽt indignã quæ me acciperet munus. SED data. hipophora.ex pſona.n.ſua dicit:qđ achilles poſſet oponere: quia fui dãda:qa neceſſe fuit ut darer. TOt noctib⁹ reſponſio ad hanc obiectionẽ.q.d. qđ dederis nõ penitus culpo.ſed qđ nõ repetas:& diutius pmaneas in ira. IPſe mœneciades.i.Patrocl⁹ tibi cõiũctiſſim⁹. IN aure.ſubmiſſa uoce. QVid fles.patrocli uerba ad briſeyda. HIc apud achillẽ. NOn repetiſſe parũ ẽ ſcẽ⁹.ñ ſufficit tibi:qđ nõ repetiuiſti me:ſed ẽt reſiſtis & oib⁹ uirib⁹ cõaris:ne tibi reddar. I nunc irriſio cupidi amãtis:q oĩ uia q̃rit hr̃e amicã ſuã:cũ tu eam recuſes.

Alter in alterius iactantes lumina uultum:
Quærebãt taciti:noſter ubi eſſet amor.
Differri potui: pœnæ mora grata fuiſſet:
Hei mihi diſcedens oſcula nulla dedi.
At lachrimas ſine fine dedi:rupiq; capillos:
Infelix iterum ſum mihi uiſa rapi.
Sæpe ego decepto uolui cuſtode reuerti:
Sed me qui timidã prẽderet hoſtis erat.
Si progreſſa forẽ:caperer ne nocte timebã
Quãlibet ad priami munus itura nurũ.
Sed data ſũ: qa dãda fui: tot noctib⁹ abſum:
Nec repetor: ceſſas: iraq; lenta tua eſt.
Ipſe menœtiades tũc cũ tradebar in aure:
Quid fles. hic paruo tẽpore dixit eris.
Nõ repetiſſe parũ ẽ:pugnaſ ne reddar achil(le.
I nũc & cupidi nomẽ amãtis habe.

OMNI BONI ¶ AMbo iactantes lumina.i.oculos. ALter in uultũ alterius.i.euribates & taltibius ſe mutuo reſpiciebant & ẽ hic pleſis ĩplicita.qa deficit una partiũ ſeu determinatio alterius ptiũ & hoc ẽ cã metri. TACIti .i.plana uoce loquẽtes.i.querẽtes. VBI eſſet noſter amor. qa tu ſolebas diligere me & ego te & nũc non uidet ꝙ cures de me. DIFferri potui.i ſi uolebas tradere me Agamẽnoni.potui differri.i.morari ex eo nõ debebas ita large tradere me ſibi.& ſine aliqua recuſatiõe. PAenæ.mora fuiſſet mihi grata ſi tu aliqualiter diſtuliſſes:ego habuiſſẽ tecũ aliquã delectationẽ & cõſolationẽ:HEi mihi diſcedẽs hic dicit & conquerit ꝙ dum linquebat Achillẽ:nõ oſculata fuit eũ. EGo nõ dedi tibi oſcula. SED lachrimas ſine fine. ET rupi capillos.i.laceraui capillos meos : in fletu & dolore. Ego infœlix.i.ego miſera. ITErum ſum uiſa rapi.i. ſemel fui rapta a te.& iterũ rapior tibi:qa agamemnon me rapit.i.dum recedo a te. mihi uidetur ꝙ iterũ rapiar. SAEpe ego in parte iſta antipoforizat ſiue reſpondet tacite queſtioni uel obiectioni dicẽs tu poſſes obiicere ſi ita doles ut refers . ex eo ꝙ a te abes:cito ſi uelis redire poteris reſpõdet. SAEpe uolui ad te reuerti.DEcepto cuſtode.i.ſæpe uolui redire ad te & decipere cuſtodientes me : in tentorio agamẽnonis. ſed ſemper erãt aliqui uigilãtes:& exercentes negocia regis:qui me deprehẽdiſſent:unde deſtiti a fuga:unde dicit:decepto cuſtode:qa agamemnõ faciebat cuſtodiri ne aufugerẽ.ſed hoſtis erat.i.aliquis ex troianis me apprehendiſſet:unde dicit decepto cuſtode uolui reuerti ſed timebã ne hoſtis &c. TIMidã dicit qa mulieres ſemp timidæ ſunt.diſtabat tentoriũ achillis multũ a tentorio agamemnonis. SI pgreſſa forẽ nocte .i.ſi ego uoluiſſẽ nocte furtiue abire. EGo itura mun⁹ .in donũ ad quãlibet nurũ.i.timebã ne raper ab hoſtibus & darer in donum nuribus regis priami .i.ſi capta fuiſſem nuribus regis priami q̃ me tenuiſſent ut ancillam & famulam. SEd ſum data in parte iſta excuſat achillem cum dederit eam agamẽnoni cõquerẽdo tamẽ de achille:ꝙ eã non reſumit dicẽs. DATa ſum quia danda fui.dignũ.n. fuit ꝙ quando rex me petiit ut concederes me ſibi. EGO abſum.i.abſens ſum. TOt noctibus quia non fui tecum. NEc repetor a te.i.non repetor a te qa nõ uidetur te curare de me. CEſſaſq; pro & IRa tua eſt lenta.i.cum agamẽnõ me q̃ſiuit tu ptin⁹ iratuſ fuiſti illa ira ẽ pigra.tu nõ curas repetere me. IPſe meneciades.i.patroclus fili⁹ menœtii ſociuus tuus. TVnc dixit mihi aure.ſ.cũ.i.qñ ego tradebar.i.ego mittebar ad agamemnonẽ QVid fles eris.i.hic ſtabis. PAruo tpe:Non repetiſſe.in parte iſta dicit.d.briſeis.ꝙ achilles nõ ſolũ nõ repetit eã.ſed obſtat ne reddat ſibi & diuidit hæc ps ĩ duas.qa prĩo facit,hoc.ſecũdo pbat & oñdit ꝙ hoc ſit ureum.ꝙ ipſe obſtat ne bryſeis ſibi reddatur.ſecunda ibi. VENit ad te.dicit ergo in prima parte. PARũ eſt.i.parua offenſio eſt.non repetiſſe me.ſed quid eſt maius. O Achille pugnas.i.obſtas. NE reddar tibi. INVnc hic ſequitur ironice ſic dicens tu dicebas mihi ꝙ eſſes bonus & fidelis amator. .I.i. uade nunc & habe nomen cupidi amantis quaſi.d.non es fidus amator.



ANTO. ¶ VEMErunt ad te: amplificatione utitur. TElamone:aiax telamonis filius:phœnix amyntoris : & Vlyxes Laertæ legati mittuntur ad achillem:ut cum agamemnone reconciliarent:cum multa apud illum diſſeruiſſent enarratis muneribus:quæ Agamẽnon cum Hyppodamia pollicebatur re infecta rediere. ILLE:aiax. GRAdu ſanguinis:nam pelei frater erat Telamon aiacis pater. ILLE comes:& ormenus cercaſi filius:duos habuit natos:amyntorẽ & euemonẽ:ex amyntore phœnix naſcit:q cũ cõcubuiſſet cũ patris amica poſt multas parentis imprecationes ab Hyllade:ut ipſe apud Homerum diſſerit:ad peleum fugit: quem filio achilli comitem & morum & rerum gerendarum inſtitutorem dedit. GRANdia dona: Agamẽnon apud Homerum libro nono: hæc dona achilli pollicetur.vii.nouos tripodas.xx.lebetes rutilo fulgore radiantes x.auri talenta : equos.xii.pnicissimos.Præterea ſeptem puellas leſbias forma inſignes:& quas ſibi ex omni pda delegerat : cũ leſbon achilles euertiſſet:& cũ his Bryſeida intactam: & poſt captã Troiam auri tm̃:ut nauim impleret:& puellas uiginti.Helena non inferiores:& ſi nuptias cupiat:quam uellet ex tribus filiabus uxorem:chryſiſteni Iphianaſſa:& laodice. OPeroſo:magna opa & labore fabrefacto. TALenta:talentum paruum & magnum:ſed talentum magnum athenienſe eſt põdo.lxxxiii.ut Martianus ſcribit.paruum uero.lx.

Venerũt ad te telamone & amyntore nati:
Ille gradu propior ſanguinis ; ille comes.
Laertæq; ſatus:per quos comitata redirem:
Auxerunt blanda grandia dona prece.
Viginti fuluos operoſo ex ære lebetes:
Et tripodas ſeptem põdere & arte pares.
Addita ſunt illis auri bis quinq; talenta:

VBER. ¶ VENerunt:probat quod eam recuſet:quia cũ miſiſſet agamẽnon ad achillem magnæ auctoritatis uiros:qui ei ſuaderent:ut Bryſeida reciperet:& multa munera ſimul.non potuerunt tñ ei perſuadere. NAtus telamone:pro ex telamone intelligit Aiacem. NAtus amyntore.i.phœnix. ILLE:Aiax: PROpior gradu ſanguinis:qa eſt patruelis tuus.qa telamon fuit frater pelei patris achillis. ILLE comes.ſ.phœnix: qui achillis & comes & monitor fuit. LAErtæq; ſatus.i.ulyxes. SATus:genitus.ut ſole ſatus phaeton. LAERtæ:pro ex laerte:deeſt præpoſitio. REDirem:ad te. AVXerũt:quidam legunt.blandas preces.ſed placet melius:ut legatur:auxerunt blanda grandia dona prece:ut ſit ſenſus.iſti addiderunt muneribus tibi oblatis blandam precem.enumerat autem ipſa munera.ſ. VIGinti fuluos lebetes.i.xx.uaſa. EX ære operoſo.i.magno opere & artificio fabricato.Eſt autem lebes uas æneum interdum coquinarium:ſed ut dicit Seruius apud Homerum:ubi ſcribit lebetes miſſos eſſe Achilli.Iliados li.primo accipitur pro Vaſe in quo aqua cadit dum manus abluuntur:in quo ſignificato accipitur etiam hoc in loco. ET tripodas:menſas a tribus pedibus:quibus ſuſtentabantur. PARes pondere & arte:uel eiuſdem ponderis & eiuſdem artificii:uel quorum ars tm̃ ualet:quantũ pondus ipſius metalli.i.quantum ualebat materia. ILLis.ſ.lebetibus & tripodibus. TALenta:auri & argenti.Talentum nomen eſt ponderis:ſed ut Seruius ſcribit in.v.ænei. ſcđm uarias gentes uarium eſt.dicitq; apud romanos talẽtum eſſe.lxx.libras:ſicut Plau.oſtẽdit in Muſtellaria:qui ait duo talenta eſſe.C.xxxx.libras.fuit etiã talentum Atticum Euboicum.& ægyptium. Atticum dicunt eſſe magnum & paruum.magnum dicunt habere libras.lxxxiii.& uncias.iiii.& deniq; ualere.vi.milia denariorum ro.Talentũ atticũ paruũ.lx.continebat libras.Euboicus non multominus erat attico paruo.ægyptiũ pondo.lxxx.patere. Varro tradit apud Homerum:ut teſtatur Seruius:pro minimo quodam pmio accipitur in ludis Patrocli.Hic uero apud Ouidium.pro magno pondere accipimus.

OMNI BONI ¶ VENErunt ad te:in præcedenti parte dicit domina Bryſeis ꝙ Achilles nõ curat de ea: quia nec eam repetit:& etiam obſtat ne ſibi ipſa reddatur.in parte iſta probat hoc & affirmat ꝙ non repetit:& reſiſtit ne redhibeat eam:in ſecunda quærit quæ nam hæc ſit cauſa:ſecunda ibi. QVa merui culpa. Prima iterum in duas:in prima facit quod dictum eſt : in ſecunda dicit ꝙ deberet dare Agememnoni ꝙ negat accipere:ſecunda ibi.Si tibi ab atrida:Dicit ergo in prima parte. NATI telamone & amyntore nati:eſt participium huius uerbi naſcor & cum ſeruat concluſionem ſui uerbi uult ablatiuum ſicut & ſuum uerbum: ideo dicit nati Telamone ueniunt ad te o Achille:ſcilicet Aiax. ILLE prior gradu ſanguinis :quia conſanguineus Achillis Telamon & peleus erant fratres & filius:ideſt phœnix Amyntoris : qui erat ſocius achillis. LAERtæque ſatus:ideſt Vlyxes ſatus:ideſt ſeminatus a Laerte ſatus ſata ſatum participium huius uerbi ſero ſeris. PER quos : ſcilicet Aiacem phœnicem & Vlyxem. COMitata ego redirem:ſcilicet ad te. ILLI : ſcilicet Aiax Phœnix & Vlyxes. AVXErunt blandas preces:& grandia dona: & eſt hic efexegeſis expoſitio minus noti:ideſt illi te precati fuerunt humiliter & deuote:ut redires ad prœlium quia nihil mouet hominem ad aliquid:ut donum & munera:& hoc eſt quod dicit quia dona & munera hortantur homines ad aliquid peragendum. VIGINti fuluos lebetes. EX operoſo ære:hic ponit & declarat quæ dona eſſent quæ promittebant : Hic enim ponit hoc metallum ære pro auro artificiato. uiginti fuluos lebetes : ideſt uiginti coppas auratas. ET SEPtem tripodas:tripoda enim appellatur menſa ſeu tabula in quã ſedebant dii ſuper altaria : ut Apollo Bacchus iuppiter & alii dii gẽtilium: per hoc quod dicit tripodas:ideſt ſeptem tabulas auratas & artificiatas auro & argento. PARes: ideſt ſimiles pondere & arte : ideſt ſimiles in magnitudine & in artificio æquales. AVRI biſquinque talenta : ſcilicet addebant pro promiſſione munerum talentum: quaſi idem eſt libræ ponderis quæ quaſi ualebat centum marchas auri.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Biſſeni aſſueti uincere ſemper equi.
Q dq; ſupuacuũ ẽ: forma p̃ſtante puellæ:
Leſbides euerſa corpora capta domo.
Cũq; tot hiſ: ſed nõ op9 ẽ tibi cõiuge: cõiũx:
Ex agamẽnoniis una puella tribus.
Si tibi ab atrida precio redimenda fuiſſem:
Q uæ dare debueras: accipere illa negas.
Q ua merui culpa fieri tibi uilis achille:
Q uo leuis a nobis tam cito fugit amor.
An miſeros triſtis fortuna tenaciter urget:
Nec uenit inceptis mollior aura meis.
Diruta marte tuo lyrneſia mœnia uidi:

ANTO. ℂ BISſeni:non bis ſeptem legatur.xii.n.equos pollicitus traditur agamẽnon VINcere aſſueti:id ex ho
mero eſt carmen:qui tradit.xii.hos equos ſemper palmam ex certaminib9 reportaſſe.nec fore pauperem:
qui ea bona poſſideret:quæ illi fuerant ex uictoriis adepti.Capta corpora:quia captiuæ ſunt. EVErſa:do/
mo:poſtquam tu leſbon euertiſti. NON eſt opus:uel quia Deydamiã habebat:uel ſi me repetas. AGA/
memnoniis:Seneca quartam adiicit nomine cleopatram. SI TIbi ab atrida:locus eſt ab eo qđ nõ idem: ab
eiſdem ſemper eligitur:ſed ut Ariſto.tradit oppoſitum prius:aut poſterius:ut illud eſt in exilio reduces fie/
ri pugnabamus.Reduces uero ſpõte exiliũ petim9
Redemiſſes inqt me grãdi pecunia: nũc cũ agamẽ/
non & me & munera ultro offerat:tu negas recipe
re. AN mi.tri.for. cõmiſeratio eſt a calamitatiſcõ
mem oratiõe:& ex Hom.ſũptũ ẽ:apud quẽ Bryſeis
q̃rit. MOllior au.metaphora a nauigãtib9 i.p̃cellis.
LYrneſia:lyrneſũ ciliciæ oppidũ achil.expugnauit.

VBER. ℂ ASSueti ſemper uincere.ſ.certamine: & curſu
non dixit eos fuiſſe pulchros: ſed ueloces. Nam in
equis uelocitas maxime laudatur. Ideo Virgili.de/
pingens equos precioſiſſimos non ſatis putauit di/
cere.Qui candore niues anteirent:ſed addidit:cur
ſibus auras.& Iuuenalis.Nempe uolucrem ſic lau/
damus equum:Facili cui plurima palma feruet: &
exultat rauco uictoria circo. QVODq; ſuperua
cuum:ordo eſt:& puellæ leſbides:ideſt ex leſbo inſu
la. FORma præſtante:ideſt excellentis pulchritu
dinis ablatiuus pro genitiuo. CORpora capta do
mo euerſa:ſubaudi ſunt additæ ſupradictis muneribus. QVOd eſt ſuperuacuum.i.quæ puellæ ſunt tibi
ſuperuacuæ:& non neceſſariæ. CVMq; tot his i.ſupradictis puellis:quas uoluerunt tibi nomine Agamẽ
nonis dare. VNA puella:una filia:ex tribus Agamemnoniis.ſ.filiabus.ſub.eſt addita:quia Agame.obtu/
lit ei unam ex filiabus ſuis uxorem. SED non eſt opus:hæc per parentheſim dicuntur:ſed o coniunx non
ẽ tibi opus coniuge:quia habes coniugẽ me. SI TIbi:ſenſus eſt.tu recuſas accipere illa munera:quæ tu ip/
ſemet debueras dare agamemnoni:ſi noluiſſet reddere me tibi:niſi ei dares precium. AB atrida:ab Aga/
memnone:quem filium Atrei exiſtimauerunt. PREcio:pecunia:uel aliis muneribus. REDimenda: re/
cuperanda. QVA culpa:quo crimine meo. FIEri uilis.i.ſic a te cõtemni:ut tãta munera ſpernas: ne me
recipias. LEVis:celer.& eſt epitheton amoris. AN miſeros:ſenſus eſt:an cum fortuna cepit aliquem pre/
mere inſequitur ipſum aſſidue & uſq; ad finem. TRIſtis:mala:quia eſt etiam bona. TENaciter: perſeue/
ranter. VRGet:perſequitur. MISeros:infelices. MOLlior aura: ſi aura:erit tranſlatio ſumpta a naui/
gãtibus: quibus poſt tempeſtatem mitior uẽtus mutatur. Sed codex meus uetuſtus habet. ora quod non
diſplicet. DIRVta:incipit commemorare miſerias ſuas.LYRneſia mœnia:urbem lyrneſum:quod:ut di
xi ſupra.in ora Troiæ contra leſbon erat.

OMNI BONI ℂ BISſeptem aſſueti uincere ſemper equi.i.in promiſſione additi ſunt quatuordecim equi ſoliti ſemper
uincere ut eſſent ſonipedes uel curſarii:uel per equos poteſt intelligere equos quos Vlyxes furatus fuerat
regi rhœſo:qui uenerat in adiutorium troianorum. ET leſbides puellæ:ideſt puellas de leſbo inſula: quæ
raptæ fuerunt cum græci ſuperauerunt inſulam leſbon uel leſbum. PRAEſtante.i.illas puellas quas ex
omnibus illis prælegerat. CORpora capta euerſa domo.i.quæ puellæ captæ fuerunt cum leſbos inſu/
la ſubiecta fuit a græcis. QVOD ẽ ſupuacuũ.i.q̃ eſt ſupflua p̃miſſio. CVMq; tot his.i.cũ oibus p̃dictis
muneribus ſibi p̃mittebãt unam puellam ex tribus filiabus Agamẽnonis:quam ſibi promittebat in uxorẽ:
ſed ut dicit dña Bryſeis. NON eſt tibi opus coniuge.i.uxore quia ego bene ſufficio tibi Agamemnon fili/
as tres habebat quarum unam promittebat ſi inſurgebat contra troianos ad pugnam. SI TIbi ab atrida.
In iſta parte oſtendit domina Bryſeis q̃ ſi achilles cuperet eam:ipſe promitteret Agamemnoni munera &
dona pro ipſa Bryſeide redimenda & recuperanda:quæ promittuntur Achilli ab Agamemnone & ne/
gat recipere illa dona & præmia:& ex conſequentia apparet achillem non diligere:nec cupere eam. unde
dicit. QVOD dare debebas accipere ipſe negas:i.dona quæ dare deberes agamẽnoni pro me tu ſpernis
accipere illa ab eo. QVA merui culpa.in parte iſta domina Bryſeis querit ab eo quæ nam culpa ſit Bry/
ſeidis cur reſpuit ſuſcipere eam:& hoc eſt q̃ dicit o Achille. QVA culpa merui fieri tibi uilis:ideſt cade/
re in tuum odium & deſpectionem nam me reſpuis nullo in me crimine. QVo leuis amor tam fugit a
nobis:ideſt amor ille qui uidebatur in nobis tam conſtans: ideſt amor ille cur tam cito uerſus eſt in odi
um:quia ex me nulla cauſa proceſſit. AN miſeros triſtis fortuna: urget tenaciter eos:ideſt fortu/
na inferens triſtitiam miſeris urget eos tenaciter: ideſt fortuna urget ualde: ideſt premit me miſe/
ram. NEC mollior aura: ideſt dulcis uel proſpera fortuna. VENIT meis inceptis:quaſi dicat uel
fortuna non penitus me relinquet. licet in prima facie nolit mihi blandiri: quomodo primitus ſibi
contigerit. Infortunium declarat. EGo uidi lyrneſia mœnia: ideſt edificia & ciuitatem ſeu oppi/
dum illius loci leſbos uel lyrnos. DIRVta: ideſt deſtructa. TVo marte: ideſt propter tuum bellũ
ideſt hæc fuit prima iactura quæ accidit mihi.



Et fueram patriæ pars ego magna meæ.
Vidi conſortes pariter generiſq; neciſq;
Tres cecidiſſe: trib9 quæ mihi mater erat.
Vidi quãtus erat: fuſum tellure cruenta
Pectora iactantem ſanguinolenta uir̃.
Tot tñ amiſſis te cõpenſauimus unum:
Tu dominus: tu uir: tu mihi frater eras.
Tu mihi iuratus p̃ numina matris aquoſæ:
Vtile dicebas ipſe fuiſſe capi.
Scilicet ut quãuis ueniam dotata repellar:
Et mecum fugias quæ tibi dantur opes.
Quin ẽt fama ẽ quũ craſtina fulſerit hora:
Te dare nubiferis lintea lintea notis.
Q đ ſcelus ut pauidas miſeræ mihi cõtigit au(res:
Sãguinis atq; ai pectus inane fuit.

ℂ PARS ego magna:quoniam parentes & uirum extĩctos uidi. VIDI conſortes:tres fratres trucidauit ANTO.
Hyppodamiæ achilles:ex quibus epiſtrophum nominat Stra.pater Bryſes ſuſpendio uitam finiuit. VI/
rum:Minetem:quem Lyrneſiam ciliciam regere diximus. PER numina matris aquoſæ:per thetidẽ ma
trem:repetit achillis pollicita ut perfidiam ſimulet. CAPi:q̃ eſſem apud te captiua ſpem dabas:de coniu
gio:quod patroclum non achillem id feciſſe tradit. DOTata ironia eſt. OPES:agamẽnonis munera.
QVIN etiam fama eſt:achilles geſta ſua legatis narrat apud Home.Conſtituiſſe.ſe quoq; breui in patriã
abiturum minatur:quoniam anceps illi immineat
fatum:neq; donis anima penſari poſſe: neq; cum
ſemel egreſſa reuocari. NOTis nubiferis:etiam ſi
procellæ inhorreant in patriã nauigare. QVOd
ſcelus:ut ante captam troiam & ſine me diſcedas.

VBER. ℂ ET Fueram magna pars meæ patriæ:quia nõ
erã ex minimis.& amiſi ex meis multos. Sic Aene/
as apud Virgi.Et quorum pars magna fui. VIDi:
enumerat:quos amiſit de ſuis.ordo eſt:uidi tres cõ
ſortes generis.& necis cecidiſſe.i.tres fratres meos
conſortes generis & necis:quia ut erant coniuncti
genere.ita fuerunt coniuncti nece:quia ſimul inter
fecti ſunt. TRIb9 quæ mihi.ordo.i.illa quæ erat ma
ter mihi:erat mater illis tribus. VIDi quant9 erat
ordo uidi uirum.i.maritum meum ſubaudi tãtum
quantus erat.i.quãtuſcũq; erat. FVSum.i.ſtratũ &
iacentem. IACtantem:mouentem: SANguino/
lenta:cruentata tuo gladio tranſfoſſa. COMpen/
ſauimus te.i.loco ipſorum te cõputauimus. TOT
amiſſis.ſ.patre.fratribus & marito. TV IVratus.
participium ſignificationis actiuæ.nam apud anti/
quos.iuror:ſicut punior:& populor:in actiua ſigni/
ficatione ponebatur. MATris aquoſæ.i.Thetidis matris tuæ nymphæ maris filiæ Nerei. VTIle capi:
quia dicebas quod eſſem in meliore conditione apud te:q̃ ſi ſtaret patria:& eſſem apud meos. Scilicet.cer
te ſubaudi utile ẽ:& hironice p̃ferendũ eſt ut ego repellar.Hæc eſt utilitas:ut ego repellar a te: quãuis tra/
dar tibi cum magna dote.quam Agamemnon mihi facit. FVGias opes mecum.i.& opes quæ tibi inferũ
tur & me ſimul. QVIN etiam:inſuper.præterea. FAMa eſt:fertur. TE dare:pro daturum eſſe.tempus
præſens pro futuro. LINea uela:legendum eſt linea non autem lintea:ne ſint duo ſubſtãtiua. QVOd
ſcelus.i.quod factũ ſceleratũ.ſ.qđ cras ſis diſceſſurus. VT.i.poſtq̃. CONtigit aures.i.auditũ eſt a me. PE
ctus fuit inane.i.uacuũ. SANguinis atq; ai.i.fugit ſanguis & animus ex nimio.n.dolore ſiue metu.ita de/
ficiunt hoĩes:ut uideantur mortui:& ſanguis dr̃ fugere non quia diſcedat a corpore:ſed qđ fugiat ad cor.

OMNI BINO ℂ ET Ego fuerã magna pars:quaſi dicat ego non eram de uilioribus perſonis ſed de melioribus nobilio
ribus & magnatibus illius inſulæ. VIDi cõſortes pariter.i.ſocios. GENeriſq; neciſq;:erant cõſortes: quia
nati ex eadem parentela. ET necis:quia interfecti pariter in eodem loco:aut illi. TRES cõſortes:pater
mater & uir eius Bryſeidis. Alii aũt aliter intelligũt. TRES ſimul fratres meos:pariter occiſos & q̃ ma
ter nõ fuit in illis tribus & faciunt in ſecundo metro.ita conſtructum. ET illa quæ erat mater illis erat eti
am mihi mater:& dicunt q̃ interfecti fuerunt tres fratres Bryſeidis:& ponit aliud infortuniũ. EGO ui/
di uirum.i.maritum meum. IACtantem ſanguinolenta pectora cruenta tellure:iactãtem ſanguinem per
uulnera in pectore facta. QVANtus.i.o quantus.i.magnus. ERAT: Aliqui intelligunt quantus erat.i.
o quam potens erat. TOT tamen amiſſis.i.quãuis ego perdiderim tot.ſ.amicos & cognatos & parentes.
TE cõpenſauimus unũ.i.prælegi te omnib9.i.tu eras mihi carior cæteris. TV dñs tu uir.i.eras mihi ma
ritus:& frater eras. TV iuratus mihi.i.tu iuraſti mihi. PER numina.i.p̃ ſollennitates. MATris aquo
ſæ.i.thetidis matris tuæ quæ ẽ dea aquar̃. DICebas me capi a te.i.captio mei. FVISſe.i.eſſe. VTILE
mihi.ſ. VT quãuis ego ueniam dotata.i.q̃uis ego ueniam nunc dotata muneribus ab Agamẽnone: ego
repellar:ſcilicet a te ſit utile mihi. ET FVgias:ideſt tu uites. OPES quæ dantur mihi tecum:ſpernis reci/
pere me:uel propter me tu ſpernis opes:& ex hoc apparet te obſtare ne me recipias. QVINetiam:ſupe/
rius bryſeis conqueſta fuit de Achille:quia ipſam cito regi præbuit poſtulanti:& eam recuperare recuſat:
modo de ipſo quæritur ex eo q̃ præparat repatriare ſine illa:in ſecunda rogat eum ut ſecum ducat aſſum/
ptam:ſecunda ibi. SI TIbi iam reditus:Dicit ergo in prima parte ſi non repetis me a rege. QVIN:ideſt
inſuper aduerbium ordinis. EST fama & dicit:te repatriare. CVM craſtina hora fulſerit.i.cum di/
es craſtina reſplenduerit. TE DAre linea uela:ideſt te apponere uela nauium. NVBiferis notis. ideſt
uentis qui mouentur propter nubes:uel qui mouent nubes. QVOD ſcelus:ſcilicet q̃ tu uis repatriare.
VT:ideſt poſtquam. CONTIgit pauidas aures:ideſt poſtquam audiui te uelle repatriare meæ aures fue/
runt pauidæ:ideſt mihi timidæ:& ponitur ibi pars pro toto:ideſt aures pro tota Bryſeide: demonſtrando
q̃ cum timore maximo audiuit noua illa. PECTVS meum fuit inane animi atque ſanguinis: ideſt fui
ſic timida q̃ uix remanſit mihi ſanguis.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ibis: & o miſerã cui me uiolente relinquis:
Quis mihi deſertæ mite leuamen erit.
Deuorer ante precor ſubito telluris hiatu:
Aut rutilo miſſi fulminis igne cremer.
Quã ſiñ me phthiis caneſcãt æquora remis:
Et uideam puppes ire relicta tuas.
Si tibi iã reditusq; placẽt: patriiq; penates:
Non ego ſum claſſi ſarcina magna tuæ.
Victorẽ captiua ſequar: nõ nupta maritũ:
Eſt mihi quæ lanas molliat apta manus.
Inter achaiadas lõge pulcherrima matres:
In thalamos coniunx ibit: eatque tuos:
Digna nurus ſocero iouis æginæq; nepote:
Cuiq; ſenex nereus proſocer eſſe uelit.

ANTO. ¶ IBIS: in patriã nauigabis. VIOlẽte: uiolẽtũ appellat qd nõ rõnẽ ſequatur: ſed uolũtatẽ. DESertæ: ſi me deſerueris. LEVamen: nulla erit delectatio. DEVorer añ p̃cor: patos ab imp̃catiõe idẽ locus ẽ apd Virgi. cũ Dido ad ſororẽ Annã loquit̃ in quarto æneí. SVBito hiatu: telluris aptione ut quõdã ãphiarao in bello thebano cõtigiſſe fert̃. PHThiis achilleis: phthia incertũ eſt apud Home. regio ſit an urbs: alii tradunt phthiã eam eẽ: quã græciã dicũt: alii achaiam. ut Straboni placet. phthii fuerunt achillis ſubditi: eſt & alia phthia in phocide: de hac meminit Ptolemæus. IRE: in patriã nauigare. MAGna ſarcina: ſuadet a facili: ſi rediturus es me tecũ facile uehere poteris: nõ n. graue põdus tuis ero nauigiis. INTer achaiadas: ab extenuatione fortunæ patos eſt: & achaiadas legas: nõ acheidas: ut alii putauerũt: erat: ut dixi achaia achillis p̃ria. Sumas inqt uxorẽ: quãuis ex græcis puellis ego illi ſeruiã. SOCERo peleo: Iupiter ex ægina aſopi filia Eacum filium genuit. Eacus peleũ phocum & thelamonem. Peleus ex thetide chirõis filia achillẽ. Proſocer: ſocrus pater chironem ſignificat thetidis patrẽ: qui in nuptiis filiæ in peleo mõte Nereus eſt uocatus: ut Septumius ſcribit.

VBER. ¶ CVI relinques me: interrogatiue legendum ẽ: q. d. nõ iã relinques me patri aut marito: aut f̃ribus quos oẽs interfeciſti. QVIS. q. d. nullus: MITE. i. molle. & ſuaue. LEVamẽ: ſolatiũ: recreatio meorũ maloꝝ. DEVorer: abſorbear. ANte. i. potius. HIAtu: aptiõe. RVTilo: rubro. QVAM ſine me: phthiis caneſcãt. i. ſpumeſcant & nauigent̃. ſpuma. n. cana ẽ. REMis phthiis. i. achilleis. Phthia. n. urbs ẽ Theſſaliæ: a qua Achilles iterdũ dr̃ Phthius. interdũ a lariſſa lariſſæus pp uicinitatẽ ſicut Dido. interdũ Tyria: interdũ Sidonia dr̃. ET VIdeã: ſubaudi & anteq̃ ego relicta uideã. &c. SITIbi: occurrit obiectiõi: qa poſſet dicere Achilles qd uult redire domũ: dicit Ipſa qd facile põt eã ducere ſecũ: qa nõ erit oneroſa naui. PENates hic pro domo ponunt̃. SARcina: onus: impedimentum. CAPtiua. i. ut captiua: & ſerua. NON nupta: nõ ut uxor. EST mihi. q. d. ero ẽt utilis tibi in aliquo opere. INTer achaiadas: male quidã legũt inter & achaiadas qa rõ carminis nullo pacto patit̃: nã prima naturaliter breuis ẽ: ſecũda uero longa. remouendũ eſt igitur & legendũq; Inter achaiadas: ut i quæ præcedit ſit uocalis. MATres: mulieres: ut Virgi. vi. matres atq; uiri. LONge: ualde. CONiunx. ſ. alia quam tu uolueris præter me. EATq;. q. d. nihil curabo: dũmõ me tecum ducas. DIGna nurus. ſ. coniunx tua nurus digna ſocero. ſ. patre tuo Peleo: nepote Iouis & æginæ. nam ut ſupra diximus. Peleus pater achillis. ex Aeaco natus ẽ. Aeacus ex ioue & Aegina filia Aſopi: ergo peleus erit nepos Iouis & æginæ. CVI: coniugii tuæ. Nereus: deus maris auus tuus maternus. VELit: ideſt non dedignetur. PROſocer: ſicut proauus dr̃ qui eſt ante auum. ita proſocer qui eſt ante ſocerũ uel ſocrũ. Socrus igitur uxoris achillis eſt Thetis. Proſocer uero Nereus pater Thetidis.

OMNI BONI ¶ IBIS: o achille uiolente. i. uir fortiſſime. CVI relinquis me miſeram. ET Quis erit mihi mite. i. dulce. LEVamẽ. i. cõſolatio. DESertæ. i. relictæ a te. PREcor ante: in parte iſta. d. Bryſeis facit imprecationem dicẽs: ego. PREcor. i. rogo. VT potius: ego deuorer. i. ego ſepeliar. SVBito hiatu telluris. i. ueloci ter in terra. AVT rutilo: & precor ut potius ego. CREmer. i. cõburar. ARVtilo. i. ſplendido. IGNE fulminis miſſi. ſ. a deo. QVAm æquora. i. maria. CANeſcant. i. albeſcãt. SINE me phthiis remis. i. ex remis qui ſunt illoꝝ de phthia patria tua: & ſimiliter potius q̃ ego. RELicta: a te. ſ. VIDeã tuas puppes ire. i. abire hinc. SITIbi iã reditus: in parte iſta rogat achillem ut recipiat & ſecum ducere uelit illã dicens. SI reditus. i. ſi uelis redire in patriã tuã. PATriiq; penates. i. dii patriæ tuæ. PLACent tibi: recipe me tecum nam potes & debes. NON ſum magna ſarcina tuæ claſſi. i. ego nõ ſum põdus pp qd tua nauis tardet onerata. EGO captiua. i. ſerua. SEQuar: te uictorẽ. NON nupta maritũ. i. nõ tãq̃ uxor ſequar te: & bñ uenire poſſum abſq; ulla leſiõe tui. NAM manus ẽ apta mihi q̃ molliat. i. q̃ neat uel filet. LANas: qa iuſtũ ẽ ut in domib⁹ dñoꝝ ſerui & ſeruæ reddãt officia: & ad pendũ ſuis dñis ſint pati: & ad ſeruitia reddẽda. EST mihi: poſſet achilles rñdere: tu rudis & indocta nulla ſcis exercere officia: rñdet. EST mihi. i. bñ ſum pata tecũ uenire nõ tanq̃ uxor: ſed tanq̃ ſeruã: bñ ſum cõtẽta ut cõiugẽ accipias: uñ ſubdit. CONiunx lõge. i. multũ. PVLcherrima inter achaiadas m̃res. i. iter græcas dñas. Achaiadus da dũ. i. græcus ca cũ & deriuat̃ ab achaia: & ẽt deriuat̃ achiuus ua uũ. i. græcus & danaus naa naũ a danao ꝓprio noie. IBIT: cõiũx tua: & in THAlamos tuos. i. p cameras tuas. QVE: ꝓ &. NVRus. ſ. uxor tua. SOCero. ſ. peleo nepote iouis & æginæ: p hoc ꝙ dicit ſocero ẽ notãdũ ꝙ iupiter cõcubuit cũ ægina: ex qua genuit Eacũ. Eacus tres genuit filios. ſ. poecum q marſiliã ædificauit: q̃ deinde dicta eſt pocha ab iſto poche: & peleum qui ex thetide genuit achillem qui ſocer eſſet uxoris achillis: & ſic peleus eſt nepos iouis & æginæ. ET Cui ſenex nereus uelit eſſe proſocer: Ogrecinus ge. nereum Nereus uero thetidem matrem achillis: unde differentia inter proſocerũ & ſocerũ: nam ſocer eſt pater mariti: uel uxoris: proſocer eſt auus mariti alicuius uxoris: ita ꝙ ſi aliquis ſit nepos. i. abiaticus alicuius qui nepos habeat uxorem. Auus mariti dicitur proſocer uxoris.



Nos humiles famulaeq; tuae data pẽſa trahe(m⁹:
Et minuẽt plenas ſtamia nr̃a colos.
Exagitet ne me tantum tua deprecor uxor:
Quæ mihi neſcio quo nõ erit aequa mõ.
Ne ue meos coram ſcindi patiare capillos:
Et leuiter dicas haec quoq; noſtra fuit.
Vel patiare licet: dũ ne cõtempta relinquar:
Hic mihi ue miſerae concutit oſſa metus.
Quid tñ expectas: agamẽnõa pœnitet irae:
Et iacet ante tuos graecia mœſta pedes.
**ANTO.** ℭ AſPitias utinā.patos a corporis habitu. TROicus enſis:enſen didoni Aeneam dediſſe Vir.mōſtrat:cū dicit: cōſcendit furibunda rogos enſemq; recludit dardaniū nō hos quæſitū munus in uſus. QVAm bene conueniūt:nulla hic ironia eſt:ſed facti cōceſſio.Meo exitui.cōuenit datus enſis:conſtituerat:ut diximus: de morte. FATo:legas nō facto. INStruis nr̄a ſepulchra:meas exeqas ornas.BREui ipenſa: unius enſis munere:in exequias munera cōferebātur quas Ro.in tēplo Veneris libitinæ curabant ut Plut.autor ē. Impenſa & expenſum:dicimus:qm̄ apud ueteres cū nō eſſet uſus ſigna i æris id pendebāt. TELo.ambiguo uerbo uſus eſt.nā & ad enſem æneæ: & ad ſagittas cupidinis referri pōt. ILLe locus:pectus ſignificat ANNa ſoror:ad abſentē ſororē ē apoſtrapha quā cū ſe uellet crucidare ſub cōmento res magicas defe rendi a ſe dimiſerat. MALe in meū exitium. MEOs cineres:cū poſt Rogū cinis ero. VLTia dona: urnā q̄ tegeret cieres ſignificat .ELIſa ſichei. ſolet patos moueri ēt a ſepulchrorū titulo:quē epitaphiō græci dicūt:ut illud eſt de culice uirgilianū elogium: parue culex cuſtos pecudū nil tale merēti. Funeris officium uitæ ꝓ munere reddo. Cauſam mortis ennianum cōmentū eſt:nam Dido nō æneæ cauſa ſe peremit:ſed cum a ſuis cogeretur hiarbæ nuptias inire tres menſes ad perficiendam rem petiit:cōſti tuto tempore inſtructa pyra in eminentiori urbis parte:conuocatoque populo cum dixiſſet ad uirū ire: ſeipſam trucidauit:ut Trogus autor eſt.

Aſpicias utinam quæ ſit ſcribentis imago:
  Scribimus: & gremio troicus enſis adeſt.
Perq; genas lachrymæ ſtrictū labūtur in enſē:
  Qui iā ꝑ lachrymis ſanguine tinctus erit.
Quā bene cōueniūt fato tua mūera noſtra:
  Inſtruis impenſa noſtra ſepulchra breui.
Nec mea nunc primū feriuntur pectora telo:
  Ille locus ſæui uulnus amoris habet.
Anna ſoror: ſoror āna meæ male ɔſcia culpæ
  Iam dabis in cineres ultima dona meos.
Nec cōſumpta rogis inſcribar eliſa ſichei:
  Hoc tn̄ in tumuli marmore carmē erit.
Prebuit æneas & cauſam mortis: & enſem:
  Ipſa ſua dido concidit uſa manu.

**VBER.** ℭ IMAgo:ſpecies:uel aſpectus. QVAE.ſ.qualis. TROicus.tuus quē mihi reliquiſti. Virgi.enſemq; relictū STRictū.nudū. PRO lachrymis loco lachrymarū. TINctus.maculatus. QVAM bene irriſiue. FAto noſtro.i.morti nr̄æ. INſtruis.ornas. NVNC primū qa ēt antea ꝑcuſſa ſū. ILLe locus.i.pectus meū. VVLnus amoris. Virg.At regina graui iādudū ſaucia cura Vulnus alit uenis.ANNA ſoror.cōmiſeratiue uertit ſermonē ad.Annā:quā dicit cito executurā funus eius. MALe qa mihi ꝓdeſſe nequiſti. CONſcia culpæ:nā ut eſt apud Virgi.ei amorē ſuum detexit. Anna:fatebor.n.miſeri poſt fata Sichei cōiugis.&c. CVLpæ amoris ſecūdi mariti:quē culpā appellauit:ut Seruius uoluit: qa antiquo ritu bis nuptæ a ſacerdotio repellebantur:ſed melius placet culpā dici.ꝓpter fidē nō ſeruatā priori marito:ut apud Vi.Nec ſeruata fides cieri ꝓmiſſa Sicheo. IAM.mox.cito.VLTima dona exeqas q̄ & iuſta dicūtur.CONſumpta rogis.i.cōbuſta ignibus rogalibus. NEC inſcribar Eliſa Sichei.ſ.uxor.nam in mulierum epitaphiis ſcribebantur noīa maritorum ſuorū.Lucanus.liceat tumulo ſcripſiſſe Catonis Martia.nō uu't ergo īſcribi uxor Sichei.qa nō fuit ei fida uxor. HOC tn̄ legitur ēt tm̄ & melius.i.ſolūmodo.CAVſa.qa decepit. ET Enſem.qa reliqt enſem quo ſe iterfecit. IPSa:ꝑ ſe cōcidit.mortua ē.Secūdū fabulas dido ꝑp diſceſſū Aeneæ ſe iterfecit gladio:quē Aeneas reliqrat apud eā licet Serui⁹ dicat:qđ ſecūd hiſtoriā:cū hyarbas didonē uxorē petiuiſſet:& illa negaſſet:itulit bellū Chartagini cui⁹ timore:cū cogeretur a ciuib⁹: petiit ut an̄ placaret māes mariti:& exædificata pyra ſe i ignē præcipitauit:ob quā rem dido.i.uirago appellata ē:nā ꝓprie Eliſſa dicebatur:alii tamen dicunt eam didonē.i.uiraginem dictam:quia dux fuit tot uiris ſecum euntibus. & urbem in alieno ſolo condidit:unde Virgi.de ea quaſi per admirationem tanti animi.dixit dux fœmina facti.

In.viii.epiſtolam Argumentum.

TANtalus Plotæ nimpha & ioue genitus: ex Thaigete ſeu ut alii uolunt penelope niobem & pelopem ſuſcepit. Ex pelope & hyppodamia cenomia lyſindice:atreus:thieſtes:& pliſtenes naſcuntur.Ex europa pliſtenes agamēnonē & menelaum genuit.Menelaus ex captiua lydia agapenthum.Ex helena tyndari hermionem:quanquam duris ſamius in expoſitiōe Lycophtonis ex theſeo & helena hermionem natam tradit.Agamēnon ex clytēneſtra filias habuit quam & iphianaſſam Lucretius appellat chriſothemim:laodicē: & electram. Filios uero aleſom & oreſtem. Tindarus cui menelaus ad bellum troianum maturans: domū commēdarat:oreſti hermionē deſpondet:eandem menelaus in caſtris pyrrho achillis filio collocat inſcius pacti cum oreſte coniugii.Spartam reuerſus pyrrho illam tradidit:phytiam in theſſaliam:ſiue ut alii uolunt in epyrrhum ducitur:ſed cum pyrrhi connubium atque ſecundas nuptias odiſſet: oreſtem uero & patruelem:& coniugem adamaret:clam per nuncium monuit facile poſſe a pyrrhi iniuria liberari:unde Ouidius eſt commentus epiſtolā.nā poſt matris cædem oreſtes purgatus furore mycenis commorabatur:intelligit pyrrhum delphos petiſſe appollini ut gratularetur: quoniam patris cædem uindicaſſet: mittit exploratores:negant reuerſi delphis eſſe. Oreſtes ipſe profectus ad indagandam rem poſtridie,rediit negocio perfecto:nam paulo poſt cum pyrrhus trucidatus reperiretur uulgatus eſt ſermo id factum eſſe Oreſtis inſidiis:quoniā hermionem confeſtim ad ſe receperit:ex qua filios ſuſcepit:thiſamenē:corinthū & Oreſtē.





alloquor hermionē nup fratrē q virumq

HERMIONE ORESTI.

nūc fratrē nomē cōiugis alter habet.

PYrrhus achilleides animoſus imagine patris:
  Incluſam contra iuſq;. piūq; tenet.
Quod potui renui ne nō iuita tenerer:
  Cætera fœmineæ n̄ ualuere manus.
Quid facis æacide:nō ſum ſine uidice.dixi:
  Hæc tibi ſub dn̄o eſt pyrrhe puella ſuo.
Surdior ille freto clamātem nomen oreſtis:
  Traxit inornatis in ſua tecta comis.
Quid graui⁹ capta lacedæmōe ſerua tuliſſē:
  Si raperet graias barbara turba nurus.

**ANTO.** PYrrh⁹ achilleides:ex achille: & Deidamia Lycōedis ſitiorū regis nat⁹ ē neoptolemus:quē a criſpa cæſariæ pyrrhū nūcupatum ſcribit Plutarchus:quāquam latini noſtri: & maxime Ennius pyrrhū dixerunt litteræ commutatione. ANImoſus ex Homero eſt:q ſemp achillem magnanimū appellat: ē animoſus animi uehementis & elati ſpiritus ꝓponit querelæ cauſā.Pyrrhus inquit contra humana diuinaq; iura me retinet.QVOD potui:ex uiolentia pyrrhi ſuum cōmendat officiū. CAETera:aut euadere aut illū ſuperare. MANus fœmineæ:excuſatio a ſexu:cū ſim fœmina ſolo animo illi obſtiti:cætera diſtuli corporis imbecillitate. QVId facis æacide:q̄i ſit uſa obligatione commemorat. Aeacide:æacus iouis & Eginæ Aeſopi filius & euclide ſcyronis tres filios habuit.Peleum:Thalamonem:& phocum.Ex peleō & thetide natus Achilles: q pyrrhū ex Deidamia lycomedis:ut diximus genuit. NON ſum ſine uídice:habeo q me poſſit ex hac cōtumelia liberare uindex ē q ſeruili cōditione in libertatē uendicat. A uindice ſeruo ex urbe ſetia:qui qm̄ coniurationē uitelliorum de reducendo Tarquinio detexit liberatus eſt.hinc & uindicæ dicuntur ſententiæ quæ in libertatē aſſerūt. SVB ſuo dominio nō tua ſū:ſed oreſtis. SVRdior ille freto:in odium pyrrhū trahit:exponit enim quæ in eā crudeliter fecerit. INOrnatis comis.patos ab habitu corporis.

Hermonie .Sal. dicit Oreſti.

**VBER.** PYRRHus Achilleides.Hermiōe Menelai:& helenæ filia fuit:hæc admodū puella a Tindareo auo mr̄no Oreſti Agamēnonis filio:& patrueli ſuo deſponſata eſt menelaus uero eius pater huius deſponſionis ignarus eam pyrrho deſpondit:qui tandem a bello troiano reuerſus Oreſti hermionem rapuit:& eam per uim tenebat:cum illa mallet eſſe Oreſtis quam pyrrhi uxor: Quare Hermione ſcribit ad Oreſtem hanc epiſtolam:qua eum rogat:ut eam eripiat pyrrho:& non patiatur eā eē in uinculis apud pyrrhum:& ita crudeliter tractari:adducit autem rationes plurimas:quare id facere debeat.& adducit ipſum pyrrhum in odium & inuidiam Oreſti.& poſtremo adiurat ſe aut morituram: aut uenturam in coniugium Oreſtis:quod quidem aſſecuta eſt nam Oreſtes interfecto pyrrho eam tandē recepit & ut quibuſdam placet ſociam in omnes caſus eam habuit:ex qua etiam Oreſtem filium ſuſcepit. ACHilleides filius Achillis.ei autē quā nos in i longā uertimus: nūc poeta diuiſit:a genitiuo.n. Achillei Achilleides fecit non Achillides: licet etiam Achillides legi poſſit:dicitur autem & Achilles& Achilleus in ntō.Natus eſt autem pyrrhus ex Achille & deidamia filia Lycomedis regis Scyri iſulæ quo tempore Achilles apud eū ſub puellari habitu educabatur. ANimoſus.audax uel iracūdus. IMAgine patris.Virg.inſtat ui patria pyrrhus. CONtra ius.contra humanas leges.CONTra.pium.i.contra religionem & deorum inſtitutum:nā pietas debetur deis. NE.prout. QVID potui.i.q̄tum potui.RENui.i.recuſaui. INVita.cōtra uolūtatē CAEtera.ꝑter renuere. FOEMineæ. & ideo ībelles:VINndice.uel ultore.uel defenſore:ut Lucanus de pompeio VINdexq; ſenatus SVB ſuo domino.non ſub te.quia alterius iam ſum dicata connubio. SVRdior:quia ſicut mare non audit precantes:ita ille multo minus audiebat me ſupradicta dicentē. CLAmantem.uocantē quaſi mihi auxilio eē deberet INornatis.ſolutis & laceratis. QVID grauius:q.d.nihil dicit ſe non eſſe in deteriori conditione:quam ſi. CAPta lacedæmone urbe ſua facta fuiſſet captiua.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Parcius ādromachen uexauit achaia uictrix:
  Cum danaus phrygias ureret ignis opes.
At tu cura mei ſi te pia tangit oreſte:
  Iniice nō timidas in tua iura manus.
An ſi quis rapiat ſtabulis armenta recluſis:
  Arma feras: rapta coniuge lentus eris.
Sit ſocer exemplo nuptæ repetitor ademptæ
  Cui pia militiæ cauſa puella fuit.
Si ſocer ignauus uacua ſtertiſſet in aula:
  Nupta foret: paridi mater ut ante fuit.
Nō tu mille rates: ſinuoſaq; uela parabis:
  Nec numerum danai militis: ipſe ueni.
Sic quoq; erā repeteda tñ: nec turpe marito ē
  Aſpera pro caro bella tuliſſe thoro.
Quid: quod auus nobis idē pelopeius atreus
  Et ſi nō eſſes uir mihi: frater eras.
Vir precor uxori: frater ſuccurre ſorori:
  Inſtant officio nomina bina tuo.
Me tibi tyndareus uita grauis autor & annis:
  Tradidit: arbitrium neptis habebat auus.
At pater æacide promiſerat inſcius acti:
  Plus quoq; qui prior ē ordine poſſit auus.
Quom tibi nubebā: nulli mea tæda nocebat
  Si iungar pyrrho: tu mihi læſus eris.
Et pater ignoſcet noſtro menelaus amori:
  Succubuit telis præpetis ipſe dei.
Quē ſibi permiſit: genero concedet amorē:
  Proderit exemplo mater amata ſuo.

ANTO. ¶ PARcius ādromachen exemplo auget iniuriā: Andromachē Hect. uxorē ſorte pyr. accepit: & ex ea duos filios genuit. Molopſum & pipleum. Heleno poſt illius interitum ceſſit. ACHaia: regionē pro perſona uſurpat. PHRigias opes troianas res: licet græci troiam ſubuerterint: ego tamen uexor indignius: q̄ ſi phriges lacedæmoniā expugnaſſent. AT Tu: cura mei: a facto ad id quod fieri debet: & cupit deſcendit. INiice manus: uendica me ab hac cōtumelia ſi me amas. STAbulis armenta: propoſitum a ſimili probat inter epios & pilios: pro abactis armētis pugna geſta eſt qua itimoneus uir ſtrenuus Neſtoris manu cecidit. ERis lētus: a pugna ceſſabis. SIT ſocer exēplo: menelaū ſignificat. qui pro rapta helena troiam diruit. NON tu mille rates: locus a facili: non eſt opus exercitu: aut magna claſſe: ut me habeas. SIC quoq; eram repetenda: ab honeſto arguit: nō erat dānabile: ſi uxoris cauſa mouiſſes bellū. QVID qđ auus: ſuaſio a cognatione Oreſtem Hermionēq; duxiſſe a pelope originem diximus in argumento: ſed illud nō omittendū: Nō Atrei filios fuiſſe Menelaū & Agamēnonē: ſed pliſtenis. ERAs frater: erat hermiones patruelis ante coniugiū oreſtes. OFFicio: quod ē ut me ab hac contumelia uendices. ME Tibi tyndareus: locus a iuſto poterat me auus tyndareus tibi deſpondere cui erat domus ſumma auctoritas. Ex tucidide uerbū expreſſit: apud quē ſemp eſt tyndareus. INScius acti: me tibi nupſiſſe ignorabat Menelaus. QVi prior eſt ordine: pater primus ē in cognationis ordine: qui ſi nō ſit emancipatus nepotum ius eſt apud auū quāquam maternus auus nullā in filiæ liberos hēat poteſtatē: Tyndarus tñ quoniā illi domū tradiderat menelaus ad bellum troianum pficiſcens in nepotes arbitriū habuiſſe uidetur. PRæpetis dei: cupidinē ſignificat quē alarum pnicitate impetere conſtat: dicimus. n. præpetes: ut Hyginus ſcripſit aues in augurus: quæ priora impetunt: & ſi poetæ id aliter uſurpent.

VBER. ¶ PARcius modeſtius & mitius. VEXauit agitauit. VICtrix quæ iure uictoriæ poterat eſſe ſæuior. CVM danaus. i. cum Troia igne græco conſumeretur. PHRygias opes. Sic Virg. Troianas ut opes erat. n. Troia ditiſſima regio. CVra amor INiice manus uerbum eſt iuris dicit. n. iniicere manus qui nulla iudicis auctoritate expectata rem ſibi debitā uendicat. uirg. x. æñ. Iniecere manus parcæ: teliſq; ſacrarunt Euandri. IN Tua iura. i. ī me uēdicādam quæ ſū tua. AN Si quis. arguit a miori ad maius: ſi. n. pugnatur pro armentis raptis: multo magis pugnandum eſt pro uxore. LENtus. piger. eris. q. d. non. SI Socer. arguit ab exēplis. SOCer. Menela⁹ pr̄ me⁹ ſocer tu⁹. NVPtæ. helenæ mr̄is meæ uxoris ſuæ. ADēptæ. raptæ a Paride. FORet. ſ. ſi fuiſſet lēt⁹: & ñ curaſſet repetere eā armis. VT Añ. ſ. fuit nupta. NON tu. arguit a facili: q; Oreſtes ſine claſſe & exercitu eā repetere poſſit. MILle Virg. ñ āni dōuer̄ decē: nō mille Carinæ. IPSe. i. tu & nō ali⁹ p te. ſic. ſ. cum claſſib⁹ & nūero militū ſi op⁹ eēt. NEC turpe. imo hōeſtū. PRO caro toro. i. p cara cōiuge. QVId qđ arguit nūc a cōſāguinitate: qđ ſi iure cōiugii nollet Oreſtes eā repetere: dicit eū tñ id facere debere iure cōſāguinitatis: erāt. n. Oreſtes & Hermiōe patrueles. i. nati ex duob⁹ fr̄ib⁹: & ſic eūdē hēbāt auū. ATRe⁹ pr̄ dicit̄ fuiſſe Agamenōis pr̄is Oreſtis: & Menelai pr̄is Hermiōes. ergo au⁹ erit utriq; PELopei⁹. fili⁹ Pelopis. poſſeſſiuū p pr̄onimico pelops āt fili⁹ Tātali gēuit Atreū. & Thyeſtē. Atre⁹ Agamēona & Menelaū. Thyeſtes uero ex Pelopea filia gēuit Egiſtū q poſtea adulter fuit Clitēneſtræ. SI. q̄uis eras fr̄. i. patruelis: nā i hoc ſignificato ſæpe pōit̄ & fr̄ & ſoror. VIR. i. tu marit⁹. INStāt offi. tuo. i. urgēt te ita facere bia nōina. ſ. & mariti: & patruelis ſiue fr̄is. ME tibi. pbat q; ei ſit legitie nupta. TYNdare⁹. au⁹ me⁹ matern⁹. nā pr̄ fuit Helenæ. GRAuis. uenerabilis & dign⁹ auctoritate. VITa. hōeſtate uiuēdi: ET Annis. qa iā ſenex: laudat āt eū ne fortaſſe obiiciat̄: qđ temere hoc fecerit. ARBi. ptātē. NEPtis. i. mei quæ nata ſū ex ei⁹ filia. CVM ti. alia rō hōeſti mr̄imōii. qa primū nupſit ipi Oreſti. cū nulli faceret iiuriā: nūc āt dicit ſe facturā iiuriā Oreſti: ſi eo dimiſſo nupſerit Pyrrho. LAEſus. iiuria afiect⁹. Et pr̄. cōtra id qđ poſſet obiici. ſ. Menelaū: q eā Pyrrho pmiſerat: nō eē paſſurū ut nubat Oreſti. IGNoſcet. dabit uēiā. SVCcubuit. uict⁹ ē. PRæpetis: alitis uel uolucris. ut Vir. & ppetis oia pēnæ DEI. cupi dis. GENero. tibi. MAter. mea Helēa. SVo. exēplo qa qđ pp eam fecit, f: lic. bit tibi pp me facer̄



Tu mihi: qđ matri pater es: q̄s geſſerat olī:
  Dardanius partes aduena pyrrhus agit.
Ille licet patriis ſine fine ſuperbiat actis:
  Et tu quæ referas facta parentis habes.
Tantalides omnes: ipſūq; regebat achillem:
  Hic pars militiæ: dux erat ille ducum.
Tu quoq; hēs pauū pelopē: pelopiſq; parētē
  Si melius numeres: a ioue quintus eris.
Nec uirtute cares: arma inuidioſa tuliſti:
  Sed tu quid faceres: induit illa patrem.
Materia uellem fortis meliore fuiſſes:
  Non lecta eſt operi: ſed data cauſa tuo.
Hāc tamen impleſti: iuguloq; ægiſtus apto:
  Tecta cruentauit: quæ pater ante tuuſ.
Increpat æacideſ: laudemq; in crimina uertit:
  Et tamen aſpectus ſuſtinet ille meos.
Rūpor: & ora mihi piter cū mēte tumeſcūt:
  Pectoraq; incluſis ignibus uſta dolent.
Hermione corā quiſq̄ ne obiecit oreſti:
  Nec mihi ſunt uires: nec ferus enſis adeſt.

¶ TV Mihi quod matri pater es: cōtentio eſt per comparationē: oñditq; pyrrhū genere & rei militaris ſcientia ab Oreſte ſeparari. DARdanius partes: Pyrrhus inquit ē in ea conditione qua paris phrygius. Tu uero menelai ptes agas. PATriis: achillem ſignificat. PARentis: potes inquit Agamemnonis patris tui facta iactare q græcoꝝ oīum in expeditione troiana extitit impator. TANtalides agamēnonem ſignificat quē a tātalo originē ducere expoſuimus. HIC: de Achille pyrrhi patre intelligit. QVIntus a ioue: Iupiter ut diximus Tantalum: Tantalus pelopē: pelops pliſtenē: pliſtenes agamēnona Agamēnon oreſtem genuit. ARMa inidioſa tuliſti: cōfitet̄ in oreſte crimē. SED tu quid faceres defenſio eſt a neceſſitate cū mater interemiſſet agamēnona ut patrē ulciſcereris neceſſarium fuit matrē petimere apud Home. ptheus in odyſſea narrat menelao ægyſtū ī cōuiuio agamēnonē trucidaſſe. Tragici ſcribunt texta ſine exitu Clytēneſtrā agamēnoni tribuiſſe: his quoq; implicitū aggrediēte ægiſto fuiſſe perēptū: qbus adſtipulatur Ouidius cū dicit: induit illa patrē. INduit. textā: ut ſe indueret pbuit: qua implicitus iugulatus eſt. MATeria meliore: honeſtiorē cauſam te habere uoluiſſem. NON lecta ē. non uolūtate: ſed neceſſitate cōtra tuos arma tuliſti. HAnc tamē impleſti: neceſſariam cauſam pfeciſti: hoc eſt patris iteritum uindicaſti. Nā oreſtes collecta ex creta & athenis manu opitulāte Strophio: cuius filia antea ægiſto nupſerat contra micæneos mouit exercitū: aberat ægiſtus captis micænis Clytēneſtrā matrē peremit: deinde cum rediret ægiſtus exceptus iſidiis trucidatur. TECta: paternā regiā ubi ipſe prius patrē tuum peremerat. VERtit in crimina: accuſat q; laudādū eſt facinus. RVMpor: uexor obprobriis: quibus in te utit̄ pyrrhus: cū matris cædē obiicit. QVIſq̄ ne obiecit: exprobratiōe uſus eſt: ſi poſſem inquit tua facinora tibi & impūe exprobraſſet nemo. NEC mihi ſunt uires excuſatio a ſexu.

VBER. ¶ TV mihi. i. ſicut pr̄ me⁹ ē ltius marit⁹ mr̄i meæ Helenæ: ita tu mihi. QVas egerat oli. i. ſic Paris ñ legitius cōiunx erat mr̄i meæ: ſed raptor: ita & pyrrhus agit eas partes. ſ. raptoris: quas Dardanius. i. Paris. olim cum habebat apud ſe matrē meā. PARtes. officia & nomina. ILLe licet. cōciliat ſibi amorem Oreſtis præponēdo eum pyrrho. SINe fine. infinite. PATriis. i. paternis. ET tu. i. etiā tu. QVAe referas. i. quæ poſſis mēorare. TANtalides. i. Agamēnō lōge repetitū patronomicū ſicut ex ſuperius cōmemorata genealogia patet. IPSumq;. habet emphaſim hoc pronomen. quaſi dicat ēt ipſū Achillē: quo pyrrhus tā ſupbit. HIC. ſ. Achilles erat pars militiæ. i. un⁹ ex militibus & ducib⁹ q erant ſub Agamemnōe. ILLe Agamēnon pr̄ tuus. erat dux ducū: qa oēs duces ei parebāt. Virgilius. Ipſe Micenæus magnorū ductor Achiuū. PROauū. ſicut ſupra oñdim⁹ ī ordine generis: parētē pelopis. i. Tātalum. Hor. i prio carminū. Occidit & genitor pelopis cōuiua deorū. A IOue qa Iupiter genuit Tantalū. & ſic eris qnt⁹ ab eo. NEC uirtute. laudauit Hermiōe Oreſtē a nobilitate: nūc laudat a fortitudine. VIRtute. i. fortitudīe: nā ī actis militaribus uirtus p fortitudine. accipitur. INVidioſa. odioſa: qa interfeciſti matrē. SED tu. excuſatio matricidii Oreſtis. QVId faceres. q. d. nihil aliud q̄ quod feciſti. INduit illā patrē. i. dedit ei ueſtē ſupiori parte ñ aptā: qua caput emittere ñ poſſet: quia īplicat⁹: & uxoris & adulteri manibus interfectus ē. licet alii dicāt ī cōuiuio īterfectū prio die quo domū rediit: ut Iuuenalis. quippe ille deis auctoribus ultor pr̄is erat cæſi media īter pocula: & idem ferro a Clitēneſtra occiſū ſentit ī fine ſatyræ ſextæ his uerbis: hoc tātū refert. qđ Tyndaris illa bipēnē Inſulā & fatuā dextra leuaq; tenebat: & Virg. li. xi. Ipe Micenæus magnorum ductor achiuū Cōiugis infandæ prima intra limīa dextra oppetiit. MEliore honeſtiore q̄ cæde matris. NON lecta ē excuſatio ē. q. d. ñ ſpōte: ſed coactus hoc feciſti. LECta. i. electa a te. SED data. ſ. & ſcelere matris: & reſponſo oraculi. OPEri tuo. i. tuo facto. ſ. matricidio. IMPleſti. pfeciſti. HANc. ſ. cām tibi datā. AEGyſtus. adulter matris tuæ. CRVētauit. cruore ſuo fœdauit. QVE pr̄ tu⁹ añ. ſ. cruētauerat. i. eiſdem tectis eū interfeciſti: quo ille patrē tuū īterfecerat: & artificioſe tacet cædē mr̄is: & tñmō cædem adulteri cōmēorat. AEAcides. Pyrrhus pnepos Aeaci: nā Aeacus eius pauus ē. INCrepat. ſ. hoc factū tuū. LAVdē. i. ultionē cædis paternæ q̄ tibi laudi ē. VERtit ī crimīa. i. incuſat: & dicit homicidiū eē. ET Tamē. ſ. q̄uis ita de te male dicat. SVSTinet meos aſpect⁹. i. patit̄ ſe a me uideri quā ſcit tibi eē uæhementer affectā: & ñ poſſe male de te audire. RVMpor. ſ. dolore. ORA tumeſcūt cū mēte: qa ira tumidos hoīes facere uidet̄. VSTa ardētia. IGNibus icluſis. īdignatiōibus q̄ tāq̄ ignes latētes pect⁹ meū urūt. Iuuenalis. Quid referā quāta ſiccū iecur ardeat ira. QVIſq̄ ne obiecit: p qſq̄ ne obiiciet. i. qſq̄ ne maledicet de Oreſte ī pñtia mea: NEC mihi ſunt uires: ideſt nec poſſum ulciſci hāc iiuriā.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ANTO. ¶ PROfundo:largiſſime emitto. HVMent incultæ:duo exprimit & fleo:& inculta ſum. HOC generis fatum:quod in genere Tantales erat damnabile.fato imputat. ERRat in noſtros annos:noſtra tempeſtate ſæuit.ideſt quod puellæ ex genere Tantali rapiantur. FVLminei cigni:firmat propoſitũ exemplo maiorum.Iuppiter in olorem mutatus Ramnũtem euolauit.cõpreſſitq; lædam quæ & Nemeſis dicta eſt ut Crathes tragœdiarum ſcriptor autor eſt:enixa eſt ouũ unde Helena & Cliténeſtra genitæ tradunt. QVA: duo porrectus:importunum exemplum.nam Hypodomia non eſt ex genere tantaleo.Oenomaus Hypodamiæ pater elidis rex ex oraculo tulit cũ filia nuberet ſibi exitiũ imminere:certamen præpoſuit ex equorũ curſibus.habebat enim equos uelociſſimos harpinam & phiſillan:quos Myrtillus auriga regebat:Marmacas primus in certamen deſcendit: uictus pœnas dedit:demum pelops corrupto Myrtillo Oenamum ſuperauit:hyppodamiã uxorem duxit elidiſque regnum inuaſit.totãq; regionem de ſe peloponneſſum nuncupari uoluit:ut autor eſt tucidi. ISThmos:de iſthmo diximus:ubi ad neptũni tẽplum erat equorum curſus: ut ſcribit Diodorus. ROtis peregrinis.curru:pelopeo quo poſt uictoriã in pompa uecta eſt hippodamia : tãtalus pelopis pater paphlagoniã tẽuit. unde profectus pelops peloponneſſum occupauit. CAStori amycleo: theſeũ rapuiſſe helenam reddidiſſeq; fratribus polluci & caſtori diximus:Amyclæ urbs eſt lacõiæ. TYNdaris regia. VRBe mopſopia:Aphidnam acticæ urbẽ intelligit qua ſeruata eſt helena a Theſeo rapta:Mopſopia actica eſt a mopſopo rege:ut Strabo teſtatur.

Flere licet:certe flendo diffundimus iram:
 Perque ſinus lachrymæ flũinis inſtar eũt.
Has ſemper ſolas habeo: ſemperq; ꝓfundo:
 Hument incultæ fonte perenne genæ.
Hoc generis fatũ qd' noſtros errat i annos:
 Tantalides matres apta rapina ſumus.
Nõ ego fluminei referã mẽdacia cigni:
 Nec querar in plumis delituiſſe iouem.
Qua duo porrect⁹ lõge freta diſtiet iſthmoſ
 Vecta peregrinis hyppodomia rotis.
Caſtori amyclæo:& amyclæo polluci:
 Reddita mopſopia tyndaris urbe ſoror.

VBER. ¶ FLEre licet.i.poſſũ ſolũ flere:& nõ aliter uindicare. DIFfundimus.ſpargimus.& abiicim⁹ irã flẽdo: qa ut uolũt phyſici plus lædit ira retẽta & occultata:quã ſi fletu effundatur. INStar flumis.i.ualde abũde. HAS. lachrymas.ſemp.qa nũquã ceſſo flere. PROfundo.emitto. HVMent.madefiũt: FONte.i copia lachrymarũ. PErẽne.ugi.ꝑpetuo. HOC generis fatũ e.i.hoc ẽ infortuniũ gẽtis dõus nr̃æ qd ẽt ad meã ætatẽ ꝑuenit:ut ex gẽte nr̃a oẽs mulieres rapiãur a uiris.ſicut ego rapta ſum nũc a Pyrrho. cõmẽorat aũt multas de genere ſuo raptas. MATres mulieres. TANtalides.i.de genere Tãtali. NON ego.occupatio ẽ rhetorica.dicit.n.ſe nolle referre:cũ tñ referat. MENdacia.fictionẽ.falſam figurã. CYGni flũinei.habitãtis iuxta flũina.nã Cygnus cõſanguieus phaetõtis poſtquã phaeton fulminis incẽdio a Ioue cõſũptus ẽ:i uolucrem ſui nominis ob dolorẽ mutat⁹:ut inqt Ouid.li.ii.met.ñ ſe cœloq; Iouiq; Credit:ut iiuſte miſſi mẽor ignis ab illo Stagna petit:patuloſq; lac⁹:ignẽq; poſus.Quæ colat:elegit contraria flũina flãis. DELituiſſe.i.latuiſſe. IN Plũis.i.iforma Cygni:nã Iupiter captus amore ledæ uxoris Tidarei cõuerſus i Cygnũ ad eã uolauit:q: ut fabulæ tradũt:cũ eum ſinu excepiſſet: Ile dicitur oua i eius grẽio pepiſſe:ex quo nati ſũt Caſtor & Pollux. Helena & Cliténeſtra:oua aũt duo tñ fuiſſe dicũt:ex quorũ altero Caſtor & Pollux:ex altero Helena & Clitẽneſtra nati dicũtur.Horati⁹ i arte poetica.Nec gemino bellũ troianũ ordit ab ouo.idẽ i epiſtolis. Caſtor gaudet equis:ouo ꝓgnatus eodẽ.pugnis.Sũt q uelit nõ Cygnũ:ſed ledã ex cõpſſu.Iouis illa duo opa pepiſſe. QVA duo refert rapinam alterius. hippodamia filia fuit Oenõai regis Elidis & piſæ:quã cũ ob egregiam pulchritudinẽ multi uxorẽ peterẽt:pater ꝓpoſuit ꝓcis hanc legẽ & duriſſimã cõdicionẽ:ut q eã uellet curruli certamie cũ ea cõtenderẽt:& q uictus fuiſſet capite pũiret:q uiciſſet eã uxorẽ hẽret:ad hoc certamẽ cũ Pelops Tãtali fili⁹ ex Phrygia ueniſſet:corrupto mirtilo hippodãiæ auriga pollicitatõe primi cõcubitus uictor euaſit:nã Mirtil⁹ axes currus fractos cæra dicit texiſſe qua poſtea calore liqfacta cõcidit currus:& hac fraude potit⁹ ẽ Pelops hippodãia:cũ uero Mirtilus peteret ꝓmiſſã mercedẽ a pelope i mare ꝑcipitatus eſt:quod ab ei⁹ noie Mirtoũ denoĩatũ ſeruit.ſed hæc fabuloſa.nã re uera bello rapta ẽ corrupto Mirtilo præfecto exercitus. QVA duo.deſcribit locum ubi rapta ẽ hippodamia:uidelicet in Achaia q poſtea a Pelope q ibi regnauit peloponeſſus.i.pelopis iſula dicta ẽ nã ut ſupra diximus iſthmos ẽ terra tẽuis inter duo maria:& ſunt duo iſthmi celebres unus i Achaia d quo nũc itelligit: & alter i Trhacia. DIStinet.i.ſepat. ROTis pegris.i.curru pegrio:nã ut dixius pelops ex phrygia uenerat.Inde Ouid.li.ii.triſtium.Quid niſi tantalides agitante cupidine currus piſæã phrygiis uexit eburnus equis. CAStori amiclæo.dictũ ẽ ſupra Helenã i certamine paleſtræ a Theſeo raptam fuiſſe:quæ poſtea Caſtori & polluci fratribus eam bello repetentibus reddita eſt:imo:ut quibuſdã placet ui recuperata abducta etiam cum ea.Ethra matre Theſei:quæ poſtea ſemper comes fuit Helenæ ut in eius epiſtola ad Paridem infra patebit. AMIclæo ex amiclis urbe laconiæ. notandum eſt autem in quinta ſede huius uerſus pro dactylo eſſe ſpondeum: & in prima ſyllaba tertii pedis uocalem nec elidi. nec breuiari ſequente uocali. TINdaris:Helena.ſoror.ſ. Caſtoris & Pollucis. VRBe Mopſopia ideſt athenienſi.nam tres fuiſſe Mopſos ſcribit Strabo li.viiii.unum uatem filium tireſiæ. alter fuit lapitha argonautarum nauigationis comes a quo oppidum Mopſium in campo pelaſgico uocatum eſt.Tertius a quo atticam appellauere Mopſopiã alibi tamen eodem libro.dicit eum Mopſopũ appellatum a quo Mopſopii athenienſes dicti ſunt:quod uidetur ueriſimilius.



ANTO: ¶ TINdaris idæo ab hoſpite:paridẽ intelligit a quo raptã fuiſſe helenã notũ ẽ. FLEbat auus:ſollicitudinẽ domus in raptu helenæ exprimit.Tindarus iquit auus & clytẽneſtra helenæ ſoror fratreſq; Caſtor & pollux erant ſolliciti. ABErat coniunx:Menelaus crethæ erat cum rapta eſt helena:ut ſcribit Septimius. NE nõ pelopeia credar:ut ſim & uidear ex pelopis gente. PARata præda:rapta ſum a pyrrho. PELlides utinã uitaſſet Appollinis arcus.Paris adiutus ab apolline i tẽplo Achillẽ ſagitta pede ſauciatum peremit:licet alii in tumultu hoc factum dicant. QVOndã:cũ abducta Briſeide ipſe fleuit. QVæ mea:cæleſtes. totius generis fatũ hactenus nũc ſuum queritur. QVOd ſydus:caldeorum ſententia eſt: ut ui ſyderum mortales benignius agant: & indigne uexentur. PARua mea ſine matre.Patos ab ætate. ARma ferebat: erat Menelaus in bello troiano. INCerto:balbo: & ambiguis uerbis: quaſi a pueris excidunt. PACta marito:cum Oreſti nupſiſſet. MATre parante: ex conſuetudine loqtur:nam matres locabant i thalamis filias cum primum uiris tradebãtur. REduci tibi Herodotus ex ægypto reductã eſſe helenã cõtendit:quam poſt mortuum Menelaum Nicoſtratus & megapenthus ſparta eiecerũt: Rhodum cõceſſit ad Polyxo Tlepolemi uxorẽ ueteri freta amicitia ancillæ.arbori illam ſuſpenderunt : quoniã cauſã belli Troiani dederat:in quo fuerat Tlepolem⁹ trucidatus. NEC facies nobis: uide quã fuerit parua hermione cũ rapta fuit Helena : hinc licet aſpicere ut a matre filia cũ redirẽt utrinq; non cognoſcerent.

Tindaris idæo trãs æquora ab hoſpite rap
 Argolicas ꝓ ſe uertit i arma man⁹. ta:
Vix eqdẽ memini:memini tñ: oĩa luctus:
 Omnia ſolliciti plena timoris erant.
Flebat au⁹:flebatq; ſoror:fratreſq; gemelli:
 Orabat ſuperos læda:ſuum que iouem.
Ipſa ego nõ lõgos etiam tũc ſciſſa capillos:
 Clamabam:ſine me:me ſine mater abis.
Nã coniũx aberat:ne non pelopeia credar:
 Ecce neoptolemo præda parata fui.
Pellides utinam uitaſſet apollinis arcus:
 Damnaret nati facta poterua pater.
Nec quõdã placuit:nec nũc placuiſſet achil li:
 Abducta uiduũ cõiuge flere uirũ.
Quæ mea cœleſtes iniuria fecit iniquos:
 Quod ue mihi miſeræ ſid⁹ obeẽ querar
Parua mea ſine mr̃e fui:pater arma gerebat
 Et duo cũ uiuant orba duobus eram.
Nõ tibi blãdicias primis mea mater i ãnis:
 Incerto dictas ore puella tuli.
Nõ ego captaui breuib⁹ tua colla lacertis:
 Non ſedi gremio ſarcina grata tuo.
Nõ cultus tibi cura mei:nec pacta marito:
 Intraui thalamos matre parãte nouos.
O buia prodierã reduci tibi: uera fatebor:
 Nec facies nobis nota parentis erat.

VBER. ¶ TINdaris.narrat ſecundam rapinã Helenæ: q a paride rapta & Troiã abducta belli troiani cauſa extitit. IDæo hoſpite paride troiano quẽ illa hoſpitio acceperat. VERtit.mouit. PROſe. ꝓ recupatiõe ſua. VIX eqdẽ dicit ſe fuiſſe admodum paruã: cũ mater ſua Helena rapta eſt: & enũerat quædã: quæ dicit ſubdere ſibi memoriã ei⁹ rei. PLEna luctus .i.plẽa mæroris. SOLliciti ab effectu dicit.i. facientis hoĩes ſollicitos.i.anxios.ut i pria epiſtola. Res ẽ ſolliciti plẽa tioris amor. AVVs.Tindareus. SOror.Clitẽneſtra ſoror helenæ mr̃is meæ. FRAtres ge.i.Caſtor & pollux:fr̃es meæ mr̃is. LAEDa. mr̃ helenæ. SVVm Iouẽ a quo fuerat amata & oppſſa. NON lõgos.i.breues:quãtos hñt. ifantulæ. SINe me.ſine me.cõduplicatio color rhetoricus. CONiunx.ſ mr̃is meæ.i.Menelaus. ABErat. iuerat.n.in Cretã. NENõ.addit nũc ſe ſupradictis quas dixit fuiſſe raptas. NENõ.i.ut credar pelopeia.i.de genere pelopis.nã dixit ſupra.Tãtalides mr̃es apta rapina ſumus. NEOptolẽo.i.pyrrho.q ita dictus ẽ quaſi nouus pugnator.nã Neos græce nouũ ſignificat.polemeo & pœtice ptolemeo.i.pugno. PELides.i.Achiles pr̃ pyrrhi. VTInã uitaſſet arc.i.utinã nũq fuiſſet iterfectus: qa ſi uiueret culparet factum filii:qui alienam uxorem uult rapere.Apollinis ãt arcus dixit: non quod re uera Apollo eum ſagittis interemerit:ſed quod in eius templo ſit interfectus. Nam cum Thetis Achillem infantulum in aquam ſtygis ifernæ tinxiſſet toto corpore:preter ptẽ pedis qua eũ tenebat eũ imerſit i aquã:ut apud Statiũ legim⁹ Si te ſtygis amne Seuero armaui:totũq; utinã:fuit iuulnerabilis oi pte corpis:q aqua ticta fuerat:Sed cũ capt⁹ amore Polyxenæ filiæ Priami cõſtituiſſet:ut eã capet in tẽplo Apollinis Paris poſt ſimulacrũ latẽs:i ptẽ pedis q erat uulnerabilis:qa nõ fuerat ticta aqua ſtygis:directa ſagitta eũ occidit:inde fictũ eſt:qd tenẽte Apolline arcũ Paris direxit tela.ut apud Virg.li.vi.Phœbe grauis Troiæ ſp miſerate labores Dardana q Paridis direſti tela:manuſq; Corpus i Aeacidæ. DAMnaret.culparet. NEC nũc placuiſſet.legendũ ẽ nũc:ne ſi legat nõ ex duabus negatiõibus ſit ſenſus cõtrarius. QVæ admiratiue.q.d.neſcio. INIquos: inimicos & aduerſos. QVOd ſidus: quia uitæ cõditionẽ qualitate ſyderũ nobis afferri tradũt Iuuen.diſtat.n.q ſidera te excipiãt modo primos icipientẽ Edere uagitus & adhuc de mr̃e iubentẽ. PARua.ecce cõmemorat ſua iſortunia. PARua.iſantula:quo tpe debuerã maxime apud eã educari. FErebat arma.i.gerebat bella. CVM uiuãt.i.quis ſint uiui. ORBa.priuata.i.erã orphana. NON tibi dicit ſe caruiſſe iis iucũditatibus:quas aliæ puellæ hẽre ſolẽt i iſantia:q.& parẽtes delectãt:& ab eis i grẽio tenẽt. IN Certo ore.i certis uerbis:qa iſantes nondũ ſciũt bñ exprimere uerba. CAPtaui amplexata ſum. GRata ſarcina.i.gratũ onus. CVLtus mei.ſicut aliæ mr̃es ſolẽt hẽre curã cultus ſuarum filiarũ. PACta.deſpõſata. MATre parãte ut ẽ mos. PROdierã.exierã. REDuci.reuertẽti a Troia.parẽtis tui. MAtris meæ.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ANTO. ¶ PARs hæc una mihi:ut uideaꝛ omnino deſtituta id quod iuuaret ſolum in tot erũnis ablatũ eſſe demonſtrat. CAPtam:inuidioſe cõtra pyrrhum protulit:ut ardentius excitet Oreſtem. HOC munusut uictrix captiua ſit. EQVis altus Tytan:patos a tẽpore. Tytan ſol dictus eſt.quoniã a tytanibus ducit originem. MALo liberiore:ualidiore & maiori unde campum liberiorem dicimus maiorẽ ad dicendum rationem.Sollicitor inquit dieque noctuque ualidius. PRO ſomno lachrymis oculi non dormiunt:ſed ꝓ ſomno ſuccurrunt lachrymæ. MALis:cũ malas tango:quæ horridæ ſunt. SCYria membra:contumelioſe dictum eſt in Pyrrhũ:qui in Scyro inſula natus eſt ex ſurtiuo cõcubitu eſt enim Scyros inſula cõtra magneſiam nobilis ob Licomedis cum Achille affinitatem & Pyrrhũ illic educatum. MANus pollutas: quæ uiꝫ nõ legitimum tetigerunt. ERRorem uocis:uox quæ errat pro omine habetur:perĩde ac me cito ad Oreſtem redituram omietur. PER genus ĩfœlix oro.colligit ꝓpoſitum iureiurando. GEnus ĩfœlix:hoc ꝓpter matrũ Tãtalidũ rapinã dicit. GENeris parẽtẽ:Iouẽ ſignificat: a quo Tãtalum natum diximus. QVæ tibi debẽt:nã fortiter pr̃is necẽ ultus eſt.Oreſtes & matre Clytẽneſtra & Aegiſto trucidatis. AVt ego ꝑmoriar feſtĩa morte opprimar. TANtalidæ: Orẽ.dicit:q a Tãtalo genus traxit: & ego inquit cum ſim ex genere Tantaleo eiuſdem generis uiro nubere decreui.

Te tñ eſſe helenem:ꝙ eras pulcherria ſenſi:
Ipſa requirebas:quæ tua nata foret.
Pars hæc una mihi coniũx bñ ceſſit oreſtes:
Is quoqꝫ ni pro ſe pugnet ademptus erit.
Pyrrhus hẽt captã reduce & uictore parẽte:
Munus & hoc nobis diruta troia dedit.
Cum tñ altus equis tytan radiãtibus inſtat:
Perfruor infœlix liberiore malo.
Nox ubi me thalãis ululãtẽ & acerba gemẽtẽ
Cõdidit:in mœſto ꝓcubuiqꝫ thoro.
Pro ſomno lachrymis oculi fũgũtur abortis:
Quaque licet fugio: ſicut ab hoſte: uiro.
Sæpe malis ſtupeo: rerumqꝫ oblita: locique:
Ignara tetigi ſcyria membra manu.
Vtqꝫ nefas ſenſi: male corpora tacta reliquo:
Et mihi pollutas credor habere manus.
Sæpe neoptolemi ꝓ nomine nomẽ oreſtis:
Exit: & errorem uocis ut omen amo.
Per genus infœlix oro: generiſqꝫ parentem:
Qui freta: qui terras: & ſua regna quatit.
Per pr̃is oſſa tui: patrui mihi: quæ tibi debẽt:
Quæ ſe ſub tumulo fortiter ulta iacent.
Aut ego præmoriar: prioꝗ extiguar in æuo:
Aut ego tantalidæ tantalis uxor ero.

VBER. ¶ SENſi.cognoui.iudicaui.quod.i.quia. PVlcherrima.ualde pulchra. IPSA.i.tu. QVæ foret nata tua.qa ẽt tu nõ cognoſcebas me. PARs hæc enumeratis multis ĩfelicitatibus ſuis:dicit Hermione ſe tñmõ fuiſſe felicẽ ĩ hoc:qđ Oreſtẽ cõiugẽ ſortita ſit. HAEC una.i.ſola.ſ. OREſtes cõiunx.i.datus mihi maritus. BENe ceſſit. bñ euenit:qa ĩ reliqs fui ĩfelix. IS.Oreſtes. PRO ſe.ſ.ne adimaꝛ mihi. PYrrhus hẽt.cõqueſtio ẽ de audacia pyrrhi:q poſt uictoriã Menelai.& reditũ ĩ patriã teneat Hermionem captiuã. ET minus ah nobis.i.Troia ah nõ eſt ad utilitatẽ noſtrã deſtructa.alius codex hẽbat.munus & hoc nobis diruta Troia fuit.i.hãc utilitatẽ hẽo qđ Troia ſit diruta.ſiue ãt fuit ſiue dedit legaꝛ idẽ ẽ ſenſus. CVM tñ.dicit qđ licet oĩ tpe ſit ĩ magno mærore:tñ mius ãgiꝛ die ꝗ nocte:nã ꝑ totã noctẽ dicit ſe flere. TITan.i.Sol. ASTat alt⁹.i.ẽ in ſũmo cœli. RADiãtibus:ſplẽdẽtibus. MALo.i.dolore. LIBeriore.mitiore:& mius urgẽte me. ACErba ꝓ acerbe.nomẽ ꝓ aduerbio. ſicut rauca ſonans amnis. FVNgũꝛ lachrymis ꝓ ſomno.i.cũ debẽt dormire lachrymãꝛ. QVA licet.i.q̃uũ poſſum. A VIro.a pyrrho. STVpeo:careo ſenſu:& exãimor. OBLita rerũ & loci.i.ꝗ nõ recordor ꝗd faciã:aut ubi ſim. IGNara.nõ aduertẽte. SCYria mẽbra.i.mẽbra Pyrrhi q natus ẽ in ſcyro ĩſula ubi regnauit Lycomedes: ut ſupra dixĩus. VT poſtꝗ. SENſi nefas.i.ſenſi me tetigiſſe illũ quẽ nolebã. CREdor mihi.i.uideor mihi. POLlutas.i.fœdatas eius cõtactu. SAEpe Neoptolemi.dicit Hermiõe,ſe tñ hẽre cordi Oreſtẽ:qđ cũ uelit noĩare Pyrrhũ:ſæpe ꝓ pyrrho noĩat Oreſtẽ: ERRorẽ:qđ te ꝓ eo uocẽ. VT.i.tãꝗ.OMEn.i.auguriũ felix.qa puto id mihi cõtingere:qa aliqñ ſim futura tua. PEr genus nũc adiurat Oreſtẽ.ut eã recupet. PARẽtẽ generis.i.Iouẽ patrẽ Tantali.unde genus noſtrũ eſt. ETSua regna.i.cœlũ:nã Iupiter oĩa regit. PATris tui.Agamẽnonis. PATrui mihi:qa fuit frater patris mei: DEBẽt tibi.i.ſunt obligata. VLTa uĩdicata.ſ.a te interfectis Aegiſto & matre tua:a quibus ipe interfectus fuit. PREmoriar.i.moriar añ tps. EGO tãtalis:ꝗ ſum de genere Tãtali. TANtalidæ.i.tui:q & ipſe es de eodem genere. Oreſtes ĩterfecto Pyrrho tandẽ recepit Hermionen:ex qua ſuſcepit filiũ nomine Oreſtem:a quo Oreſtæ populi dicti ſunt.

In nonam epiſtolam Argumentum.

Diodorus tres tantum hercules uidetur fuiſſe aſſerere:ſed qui diligẽtius hoc ſcrutati ſunt ſex fuiſſe reperierũt. Antiqſſimũ ex ioue antiqſſimo & lyſto natum. Nã ioues ẽt plures fuiſſe legim⁹:quẽ cõcertauiſſe cũ apolliẽ de tripode accepim⁹. Alter tradiꝛ Nilo natus ægipt⁹:quẽ aiũt phrygias lr̃as cõſcripſiſſe. Tertius ẽ ex Ideis dactilis:cui ĩferias afferũt. Quart⁹ Iouis filius ẽ ex aſterie latõe ſoror:q tyri coliꝛ:filiãqꝫ hũit noĩe Carthaginẽ. Quintus ĩ india: qui & Belus diciꝛ. Sextus ex Alcmẽa & Ioue tertio genitus:cui geſta alioꝝ aſſignãꝛ. Deyanirã habuit uxorẽ. Nã dimiſſa Megare Creontis thebani filia quam uxorem duxerat Iolem eure-



ti petiit in coniugium cum denegaretur in ætoliam uenit:ubi Deyaniram Oenei ex altea duxit uxorem:deinde memor deſpecti coniugii contra eureti. Toxeum Milionem & pythium mouit exercitum. Oechaliam urbem abſtulit:illos peremit. Iolem:rapuit cuius amore adeo flagrauit:ut ex ea pateretur quicquid cum omphale perpeſſus eſt:Sacrificaturus igitur ob uictoriam in monte cyneo puerum lycam ad Deyaniram in Thrachinam urbem miſit:ut ueſtem qua in ſacris utebatur afferret. Deyanira ſemine infectam:oleo & ſanguine centauri nexi dederat:id enim ſuaſerat Nexus faciendum cum in traiectu eueni fluminis ab Hercule ſagittis cõfoſſus eſt:ſi de illius amore dubitaſſet. Dubitabat enim ne Ioles amore ipſam contemneret. Hercules cum ueſtem tetigiſſet ueneno afflatus lenta tabe conſumebatur. Actus in furorẽ lycam in mare proiicit. Lycmnium & iolaum delphos de ſe ſciſcitatũ ad oraculũ miſit. Retulerũt ut in Aetha monte pyra conſtrueretur. De reliquis Ioui curam relinqueret. Conſtructam ipſe conſcendit:phylotethes ignem admouit:cum reliquiarum nihil reperiſſet:cœlum aſcendiſſe exiſtimarunt:Iuno precante Ioue lectum conſcendit Herculem ueſtibus tectum perinde:ac pareret emiſit:quod in adoptionem barbari diu ſeruarunt. Heben quoqꝫ filiam uxorem dedit. Menœcius Actoris filius oponte Boetiæ oppido primus herculi ſacrificauit. Tauro: Capro & Ariete. Deyanira cum de uiri fato excepiſſet cõmemoratis iniuriis:quas ab Hercule paſſa ſit:facinus purgare nititur epiſtola:ut non ultro:ſed ut ad amorem illum reuocaret id feciſſe uideatur:querelas habet creberrimas:quales eam decent:quæ de ſuſpendio deliberarat.



ANTO. GRatulor Oechaliam titulis acceder̃ noſtris: Principium ex duorũ affectuum lætitiæ mœroriſqꝫ pugna ꝗ furibunda fuerit, Deyanira indicat. Sed cum mœror lætitiam ſuperaret: rerum quas turpiter Hercules geſſit oritur exprobratio. GRAtulor:gratulari ſiue diis ſiue hominibus:qui nobis benefici fuerunt in ſucceſſu:ut noſtro aut aliorũ: eſt:cum laudibus feſtiuitatẽ oſtendere:oritur enim ex lætitia gratulatio:ut ex dolore querimonia. VICtæ ad Iolem hoc refert:cuius amore cum Hercules teneretur:uiſus filaſſe dicitur. OEChaliam:oechalias plures fuiſſe legimus:in theſſalia: arcadiaqꝫ & in euboea:ſed quæ euriti fuerit ambigunt ueteres. Diodorus quæ in euboea eſt fuiſſe ſcri. Alii uero theſſalam quam cum cepiſſet hercules interẽptis euriti liberis:ut diximus iolem rapuit. VICTAE: captã Iolẽ ĩtelligit: quã hercules amauit. Fama decolor:contaminata:tranſlatio ab infecto pãno.

DEYANIRA HERCVLI.

Gratulor oechaliam titulis accedere noſtris:
Victorẽ uictæ ſuccubuiſſe queror

VBER. GRATVlor:Hercules multis: & magnis laboribus qui ſibi ab Euryſtheo Iunonis nomine imperati fuerant functus: cum in Pheneo Arcadiæ oppido quinquẽnium fuiſſet:inde ſponte diſcedens in Etholiam profectus:atqꝫ cum nondum legitimam prolem: nec uxorẽ haberet:Deyaniram Oenei filiam iam defuncto Meleagro ſibi deſponſatam uxorem accepit: ſed triennio poſt Deyaniræ nuptias cum Eurynomum puerum miniſtrum paruo errore lapſum pugno percuſſum occidiſſet inuitus:dolore perculſus Calidone receſſit cum Deyanira uxore & Hyllo puero ex ea ſuſcepto:cum ĩ itinere ad Euenum flumen ueniſſet repperit Neſſum centaurum uiatores pretio flumen tranſuehentem. Qui cum Deyaniram tranſuexiſſet:eam uiolare conatus eſt:cum Hercules in alia ripa eſſet:qua uiri opẽ implorante Hercules eum ſagitta tranſfixit. Ille ne moreretur inultus:pollicitus ẽ Deyaniræ: ſe medicamentũ traditurum quo nullã aliam:ꝑter ſe mulierem Hercules unꝗ appeteret:iuſſit itaqꝫ:ut oleo cum ſanguine ex uulnere ſuo & ſagitta defluente cõmixto herculis tunicam ungeret:ſic enim fore:ut nullam aliam mulierem ꝑter ſe appeteret:cum. Neſſus expiraſſet:illa clam Hercule:quod erat mandatum effecit. Hercules aliquato poſt Oechaliam uenit.& contra Euryti regis Oechaliæ filios:qm Iolen ſororem ſuam ante ei promiſſã uxorem negauerant exercitum duxit:auxiliantibuſqꝫ arcadibus:qui eum ex Pheneo diſcedentem ſecuti erãt urbe expugnata Euryti filios occidit:& cum iole captiua ex Euboea in montem Ceneũ profectus eſt ibi ſacra factur⁹ Lychan aũt famulũ domeſticũ clam ad Deyaniram in Thrachinam ubi eam reliqrat miſit:ut ei ueſtem qua ĩ ſacris uti cõſueuerat afferret:Deyanira uero amore ioles ꝑcepto cupiẽs ſe omnibus amore ꝑfe. ri

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tunicam iuxta Centauri conſilium tinctam Lychæ rei inſcio herculi deferēdam tradidit:qua hercules indutus medicamenti ui paulatim inualeſcente maximo dolore torqueri cœpit:itaq̧ Lycham ueſtis latorem primum occidit:ac morbo magis quottidie ĩualeſcente Lyciniū & Iolaum delphos ad Apollinem miſit:ut morbi remedia ſciſcitarentur:oraculum iuſſit herculem ferri cum apparatu bellico in Oetam montem:ibiq̧ prope eam ingentem ſtrui pyrā:de reliquis.Ioui curam fore:qui cum Iolao erant iuſſa Apollinis exequentes:q̄d futurum erat ſuſpicabantur:hercules deſperata ſalute in pyram conſcendit:ſolus philoctetes in gratiā ſagittarum quas ei Hercules reliquit:pyrā ſuccendit:ſubitoq̧ fulminibus circūcadentibus pyra exuſta eſt: accedēte Iolao ut oſſa colligeret:nullo penitus reperto creditum eſt herculem ad deos tranſlatum:eiq̧ ut heroi ſacra q̄dam inſtituta ſunt:iterea anteq̄ moreret̄ cum magna ui ueneni uexaretur.Deyanira calamitate herculis ſtupefacta:cum cauſam tanti mali a ſe profectam ſciret:laqueo uitam finiſſe dicitur:ſed poeta nunc fingit Deyaniram anteq̄ ſe interficeret ſcripſiſſe ad herculem conquerens quod turpi amore Ioles ſuccubuerit.& a legitimo alienatus ſit:deinde interſcribendum fingit eam accepiſſe nuncium de calamitate herculis:quem grauiſſimo dolore torqueri audierat propter tunicam a ſe miſſam:itaq̧ poſtquam excuſauit ſe propter amorē hoc feciſſe.affirmat ſe eſſe morituram. GRAtulor.lætor. OEChaliam urbem Euboeæ:ĩ qua regnauit eurytus:licet ſtra.dicat eſſe in Theſſalia in Euboea:& in Arcadia:hanc expugnauit Hercules propter Iolen ſibi negatam ut ſupra diximus:& eius fratres interfecit:atq̧ ut alii uolunt etiam patrem. ACCedere:adiungi. NOStris titulis:noſtris uictoriis & laudibus:noſtris autem dixit:quia laudes mariti etiam ſuas exiſtimat. VICtorem.ſ.te. SVCcubuiſſe:uictum fuiſſe. VICtæ.ſ.Iolæ. PELaſgiacas græcas.

Fama pelaſgiacas ſubito peruenit in urbes:
Decolor:& factis inficianda tuis.
Quem nunquā iuno:arieſq; imēſa laborū:
Fregerit:huic iolem impoſuiſſe iugum.
Hoc uelit euriſthe9:uelit hoc germana tonātis:
Lætaq; ſit uitæ labe nouerca tuæ.
At non ille uenis:cui nox ſi creditur una.
Non tanti:ut tantus concipere fuit.
Plus tibi quā iuno nocuit uen9 illa p̄mendo:
Suſtulit:hæc humili ſub pede colla tenet.
Reſpice uindicib9 pacatū uiribus orbem:
Qua latā nereus cærulus ambit humū.

ANTO. ¶INFicienda:neganda:& q̄ factis prioribus minime conueniret. QVEM nūquam Iuno: ecce q̄d maximum ē unde tot q̄relæ naſcantur:ut poſt multa facta ingentia puellæ ſuccubuerit. Nam apud Iolē dr̄ hercules filaſſe:& q̄ apud Omphalem Lydiā tuliſſe ſcri.Dio.eadem apud hāc exercuiſſe. HOC uelit Euryſtheus:uituperat factum ex uolūtate aduerſariorum.Quid aliud inq̄t Euryſtheus & Iuno cupiunt:q̄ ut te deprimant & facti nouitate ſuperiora deforment. A TE Iouis nū.iunonis cā mentem turbauit:ut ſcri.Home.nam in concilio deorum illum iactare coegit eo die ex ſuo genere fore:ut naſceretur argis:q̄ ii finitimis imperaret:q̄d cū iureiurando firmaſſet:Iuno in terram deſcendit:argos petit.Alcmenæ partum diſtulit:Stheleni ex Perſo nati uxorem:ſeptem tm̄ menſium fœtum Euryſteū edere coegit:rem deinde Ioui detulit:qui tūc cœlo pepulit:& herculem Euriſteo ſeruire iuſſit cui ut promiſerat argiuo℞ regnum datum eſt. LABE uitæ:uiuendi dedecore:& perſtitit in tranſlatione.Eſt enim labes:q̄ caſu ſubito leuia inficit. AT Non ille uenis:ſermonem ſuſpendas:non inquit talem te p̄ſtas. NON Vna nox.ſi Diodo.credimus ex tribus noctibus unam fecit Iuppiter:ut Herculem conciperet:iō Plautinus Soſia ĩ amphitriōe fabula putat Nocturnum obdormiuiſſe ebrium ſoléq̧ in conuiuiis cōmoratum pluſculū:cū noctem illā longiorem ſero uidiſſet.Subſtulit:nomen dedit.Tranſlatio ē ab his qui in ſūmo loco ſiti undiq̧ circūſpectantur. RESpice uindicibus:ponit ante oculos priora ut comparatiōe p̄ris uituperet factū. VINdicibus pacatū:monſtris liberatū:& q̄ſi ex ſeruitute in libertatem aſſertum:ducta trāſlatione a ſeruis:q uīdicta liberant̄. NEreus:orbem terrarum ĩtelligit:quem in medio aquæ poſitū inſtar inſulæ ſcri.Plato.

VBER. ¶ DEColor:turpis. INFiciāda.i.neganda:nam inficiari negare ſignificat:unde ĩficiæ tm̄ pluralis numeri:quo noīe utimur cū eo:ut eo ĩficias.i.nego:& tu is ĩficias:&c. IVNo q̄ ſp conata ē te opprimer̄. SERies:ordo & numerus:nā plurimos labores paſſus ē. HVIC.ſ.tibi. IMPoſuiſſe: iugū.i.domuiſſe te:tractū a bobus eſt āt ordo fama decolor &c.uenit Iolen ĩpoſuiſſe iugū huic quē Iuno & imēſa ſeries lab.nunquam fregerit. HOC uelit.q.d.facis q̄d placet inimicis tuis:qa cū cupiāt tuum dedecus:gaudent q̄d a muliere ſis ſubiugatus. EVRyſtheus:rex q tibi labores iperat. GERmana tonātis.Iuno ſoror Iouis:q tonans dr̄:quia & tonitrua ciet:& fulmina mittit. SIT.i.erit NOVerca:ipſa Iuno q̄ ē nouerca tua:nā Hercules filius fuit Iouis ex Alcmena. LABE.macula:turpitudine:alias ponit̄ p ruina a labēdo ut apud Vir.li.ii.æn.Hinc mihi prima mali labes:AT Non:ĩcrepat ipſū q̄d nō rn̄deat ſpei:quæ de eo fuit habēda:qa non una nocte generari potuit:ſed cōiunctis tribus noctibus ſimul:ut fabulæ tradūt:ex quo debuit cē uitæ magis admirādæ. NON uenis:nō exhibes te:nō appares. ILLE:talis. CVI.quali. VNA:ſola qa geminata ē nox. NON fuit tāti. nō ſufficit. VT Concipere.i.ut generareris. TANtus:tā magnus tā fortis. ILLA.ſ.iuno. SVStulit: Exaltauit. PREmēdo:dū p̄mit. HAEc.ſ.Venus. RESpice:cōſidera. PACatū:pacificatū. VINdicib9:defenſatricib9 uel ultricib9:nā hercules ad tollēda mōſtra q̄ ĩ q̄libet p̄te orbis terrarū nocebāt hominib9 pperabat inde Lucanus:terras mōſtris æquorq̧ leuantē Magnanimū Alciden libycas exciuit ĩ oras:& Vir.li.viii.Nā maximus ultor.Tergemini nece Geryōis:ſpoliiſq̧ ſupbus Alcides aderat. QVA latā.i.p totū orbē terrarum. Nereus.i.oceanus:poſuit.n.deū p mari.Oceanus aūt circuit ipſam terram.Oui.primo met.Tum freta diffudit:rapidiſq̧ tumeſcere uentis iuſſit:& ambitæ circūdare littora terræ.



ANTO. ¶ SOLis utranq̧ domū:ſolis domū in oriente & occidente eſſe ſcribunt.Cœlum prius ipſe tuliſti:Hercules cœlū humeris ſuſtinuiſſe traditur:qm̄ poſtq̄ a pirhatis:quos Buſiris miſerat:raptas heſperidas atlāti reſtituit:ab illo edoctus ē aſtrologiā ipſeq̧ in græciam primus ipſā attulit. FVLſit:ſubſtinuit. NOTicia: noīs amplitudo:quo uerbo in culice utitur. Vir.Notitiæq̧ ducum uoces.Geminos angues:plautino carmine notum eſt infantē herculem in cunis duos a Iunone miſſos angues apprehenſis utriſq̧ faucibus trucidaſſe. DIgnus Ioue:ut Iouis filius dicereris. COEpiſti melius:cōmendatius egiſti infantiam q̄ uirilitatem. VLTima quæ agūtur matura ætate. CEDunt:inferiora ſūt. PRImis:ætate puerili geſtis. DISſimiles:nō cōueniunt:geſta ſūt enim p ætate diſſimilia. QVEm nō mille fe.hypbole utit̄. SThenelei9 hoſtis:euryſteum ſtheneli filium ſignificat:quē diximus certamina herculi ſuperāda præponere. AT Bene nupta feror:ironia ē. SITq̧ ſocer:de ioue intelligit:cui fulgura aſſignamus. QVAm male inæquales:ſimilitudine ironiam probat. MINor:quæ genere aut re maiorum uirtute ē inferior. NON honor eſt ſed onus:locus ē qui uiolēta definitio dr̄:ē inquit puellis dāno præſtare forma:qm̄ ea ē quæ illas præſtātioribus cōciliat:& cōiugio iungit. SPEcies:formæ decor. NVBE pari:nō maiori. VIR mihi ſemp abeſt:incōmoda ſui cōiugii exprimit. OPErata:operari dicimur:cū ſacro℞ myſteria tractamus. Habeo inquit uota cum ſacris pro ſalute coniugis.

Se tibi pars terræ:tibi ſe tota æquora debēt:
Impleſti meritis ſolis utranq; domum.
Quod te laturū ē:cœlū prius ipſe tuliſti:
Hercule ſuppoſito ſydera fulſit atlas.
Quid niſi notitia ē miſero quæſita pudori:
Si cumulas ſtupri facta priora nota.
Te ne ferūt gemios p̄ſſiſſe tenaciter angues:
Cum tener in cunis iā ioue dignus eras.
Cœpiſti melius:quā deſinis: ultima primis
Cædunt:diſſimiles hic uir:& ille puer.
Quē nō mille feræ:quē ñ ſtheneleius hoſtis:
Nō potuit iuno uincere:uicit amor.
At bñ nupta feror:qa noīor herculis uxor:
Sitq; ſocer rapidis q tonat altus equis.
Quā male iæquales ueniūt ad aratra iuuēci:
Tā p̄mitur magno cōiuge nupta mior.
Nō honor ē:ſed onus ſpēs læſura ferētes:
Si qua uoles apte nubere:nube pari.
Vir mihi ſp abeſt:& cōiuge notior hoſpes:
Mōſtraq; terribiles pſequiturq; feras.

VBER. ¶ PAX terræ.i. terra pacata a te. DEBet ſe tibi.i.tibi ē obligata:& pax eſt pp te:cauendū ē aūt ne legatur pars terræ qa cōtrarium eēt q̄d dixit ſuperius qua latā Nereus &c.utrāq̧ domū ſolis.i.orientem:& occidētem. MERitis:beneficiis tuis. TVLiſti: humeris ſuſtinuiſti. QVOD ē laturū te:qa tuis uirtutibus es aſcēſur9 cœlum. HERcule:ferunt.n.fabulæ Herculē p Atlāte cœlum ſuſtinuiſſe: q̄d ideo fictum ē:qa ei ſucceſſit in aſtrologia. FVLſit:ſuſtētauit. QVID niſi:ſenſus ē:quid tibi cōparaſti per hæc tua clara facta:niſi:ut nunc magis cognoſcatur dedecus tuū. QVID.ſ.eſt quæſitū. NISI eſt q̄ſita noticia ideſt cognitio. PVDori: dedecori tuo:nam quo aliquis clarior eſt:ſi quid turpe facit:eo magiſ cognoſcitur eius turpitudo.Iuuenalis Omne animi uitium tanto conſpectius in ſe Crimen habet:quanto maior qui peccat habetur. SI Cumulas:auges. NOTA:macula:uitio. STVpri:adulterii & libidinis ideſt ſi factis tuis prioribus claris & magnis:addis nunc turpitudinem libidinis. TE Ne ferūt:te habet emphaſin. q.d.qui nunc es ita turpis & infamis. TENaciter:fortiter:nā:ut fabulis traditur.Alcmena Herculē & Iphiclū peperit:ſed Herculē ex Ioue.Iphiclū ex amphitrione marito genitum.Sed cum Iuno duos ſerpentes ĩmiſiſſet Herculi Iphicius de cunis terrore lapſus:ſuo uagitu excitauit parentes:qui cum ſurrexiſſent uiderūt Herculem ambabus manibus angentem angues nouercalibus odiis ĩmiſſos.Inde Vir.ut prima nouercæ Monſtra manu geminoſq̧ p̄mens eliſerit angues. DIGnus Ioue:qui poſſes uideri genitus a Ioue non autē a mortali. QVAM deſinis ideſt q̄ finis. CEDunt:ſunt minora. HIC uir.i.hæc tua ætas uirilis. ET ILle puer ideſt tu ille puer qui hæc feciſti ideſt illa tua ætas puerilis. DISſimiles.ſ.ſunt. STHeneleius hoſtis ideſt. Euryſtheus Stheneli filius. HOStis:tuus. AMOR uicit:quod eſt tibi turpiſſimū. AT Bene:obiectio. HERculis: quaſi magni uiri & filii iouis. QVAm male:reſpondet obiectioni dicens non eſſe cōueniens matrimonium:ubi uir ſit maior uxore:eſt autem ſententia ad perſonam loquentem accōmodata:nam Martialis cōtra ſentit oportere uxorem inferiorē eſſe uiro.Inferior matrona ſuo ſit Priſce marito.Nō aliter fiunt fœmina uirq̧ pares. QVā male:p ſimilitudinem probat inconuenientiā amoris ſui. INAEquales:aut ætate aut magnitudine & robore corporis. VENiunt:conueniunt. NVPta:uxor. MINor: ĩferior cōditione gn̄is & fortūæ. NON honor ē:ſentētia ē color rhetoric9. SPEcies:dignitas. FEREntē:habētē ipſā ſpēm. SED onus:ſicut mihi ē onus q̄d ſim uxor tāti uiri:cū tn̄ te non fruar:nō honor ē:ſed onus Annominatio ē color rhetoricus. SI Qua uoles.ſnīa generalis. PARi:æquali tibi & ætate:& cōditiōe fortunæ. HOSpes peregrinus. EST notior cōiuge:qa uideo ſæpius hoſpites:quā maritū meū. MONſtra:ut lernæā hydrā:& Cerbe℞:& Cacū:de quo Virg.huic mōſtro uulcanus erat pater:mōſtrum.n.dr̄ q̄cquid eſt p̄ter naturam. FERas terribiles:ut aprū Erymāteū:& leonē Nemæū. OPErata:intēta:ſacrificās:nā operari pprie ē ſacrificia pficer̄. Vir.li.iii.æn.aruiſq̧ nouis opata iuuent9.Idē prio geor.In primis uenerare deos atq̧ ānua magnæ ſacra refer Cereri lætis operatus in hærbis. Hor.pdeat iuſtis operata ſacris.Iuuena:& matutinis operatur feſta lucernis ideſt operando hoc eſt ſacrificando colit:indocti ponunt pro agere quiduis generaliter:in quo ſignificato nunquam inueni exemplum idoneum.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ANTO. ℭ INTER ſerpentes:patos a ſomniis. IACtor:uexor:uexant me in ſomniis mõſtra. PETita:animo agitata. ARCana nocte:quæ ē maxima curaꝝ nutrix. AVCupor:diligēti inquiſitione ſcrutor:trāſlatio ab aucupibus. MVRmura:qd de hercule ferat:cū nihil certi habeamus. SPEq; timor du.cū dubium ſit qcquid affertur cõflictamur inter ſpē & metū. MATer:alcmenam ſignificat:quæ Phinei:quæ eſt arcadū urbs ꝓcul ab hercule degebat:ad quā cum Iphiclo & Iolao eiecerat euryſtheus:cū hercules poſtq̄ euritionem cētaurum trucidauit Tyrinthum rediit. PATer:Amphitrio:is ē quem cum Cephalo cõtra Thelebeas & thaphos pugnaſſe meminit Stra. Ilus:filius herculis ex Deyanira:quos oēs in exiliū miſerat Euryſtheus. ARBiter Euryſtheus:intelligimus qd Euryſtheus de ira Iunonis iudicet q te ut illi obtēperet:qbuſq; exponit mõſtris. LONga:q̄ cū tot laboribus nõ mitigaſ. PEregrinos addis amores:redit ad id qd̄ i cā ꝓpriū eſt:nõ inqt me tot icõmoda uexāt ſed qd̄ aliaꝝ puellarum cõſuetudine noſter thorus uiolaſ. QVAElibet:nullo adhibito iudicio:ſed ꝑ libidinis furore cuiuſq; uteris lecto. NON ego pthe. Hercules cū hoſpitareſ apud Aloū Archadiæ regē:eius filiā clā ſtuprauit: pr̄ re cognita nautis qbuſdā mergēdā dedit:urgēte partu ad partheniū Archadiæ mõtē expoſita inter uirgulta puerū peperit:ipſa ad nauē redit relicto iſante:ad ennapliū Archadiæ portū cū deſcendiſſet:nautæ puellā dono dederūt qbuſdā mercatoribus i. Aſiā ꝓfecturis:q illā Theutramo miſiæ regi detulerūt:expoſitū iſantē cerua nutriuit:paſtores cū illum iueniſſent ad Corytū regē tulerūt:q puerū loco filii educauit:& qm̄ a cerua nutritus ſit. Telephus eſt appellatus. ORMeni nympha:Aſtidamiam ſignificat Ormeni filiā quā cū pater herculi negaſſet:Hercules expugnata urbe & interēpto Ormeno puellam rapuit:& ex ea Teſippū filiū tulit. Theutrātia

Ipſa domo uidua uotis operata pudicis:
Torqueor: iſeſto ne uir ab hoſte cadat.
Inter ſerpentes:aproſq; auidoſq; leones:
Iactor: & hæſuros cerno per oſſa canes.
Me pecudū fibræ:ſimulachraq; inania ſoni:
Ominaq; arcana nocte petita mouent.
Aucupor iſœlix icertæ murmura famæ:
Speq; timor dubia: ſpeſq; timore cadit.
Mater abeſt: q̄riturq; deo placuiſſe potenti:
Nec pater āphitriõ: nec puer hyll9 adeſt.
Arbiter euryſtheus iræ iunonis iniquæ:
Sentitur nobis: iraq; longa deæ eſt.
Hæc mihi ferre parū ē: pegrios addiſ amoreſ
Et mater de te quælibet eſſe poteſt.
Nõ ego parthēiis temeratā uallib9 augen:
Nec referā partus hormēi nympha tuos.

turba:quinquaginta Theſpis.Erichthei Athenienſis filias intelligit:quas hercules una nocte ſtuprauit cū pater ad ſacra uocatus aſtu uino nimio ingurgitatus iaceret:ex quibus quinquaginta liberos genuit q theſpiade ſunt cognominati:ex his duo thebis:ſeptem theſpiis manſere.Reliqui duce Iolao in Sardiniam nauigarūt ubi campeſtri loco Coloniam duxerunt turbam theutantiam non Amiſiæ rege theutanto:ut aliqui putarunt appellauit:ſed a theutanto Acticæ oppido:ubi pictura uiſebatur admirāda:ut hæc ab hercule geſta ſūt ad quam uiſendam germanicus Cæſar ſuo carmine deſcendiſſe teſtatur.

VBER. ℭ TORQueor crucior. CADat:īterficiatur. AB Hoſte:aut homine.aut fera. IACtor uerſor.ſ.cogitatiõe: ga cogito hæc pericula i qbus ille uerſatur:& uideor eē in eiſdē periculis:quod accidit amātibus. Virg. de Gallo ad lycoridā:quæ erat i caſtris.Nūc inſan9 amor duri me Martis i armis Tela īter media:atq; aduerſos detinet hoſtes. HAESuros p oſſa.i.aggreſſuros te nā hæſurus hic ab hæreo uenit nõ ab edo. ME Pecudum:dicit ſe multis modis terreri pp pericula Herculis. FIBræ pecudū.i.exta quæ iſpicio:ut intelligā qd ſit de te futuꝝ:hæc.n.ars haruſpicina dicebaſ.iſpiciebāt aūt ꝓcipue fibras iocinoꝝ ſiue iecoꝝ & pulmonū:luce calido pulmõe colūbæ Tractato Armenius:uel commagenus haruſpex Pectora pulloꝝ rimātur & exta Catelli.iterdum & pueri.Lucanus li.prio.Cernit tabe iecur madidū:uenaſq; minaces Hoſtili de pte uidet pulmonis hanæli Fibra latet. Vir.li.iiii.æn.pecudūq; recluſis Pectoribus īhiās ſpirātia cõſulit extas. SIMulachra inania:figuræ ſine corpore. OMINa:auguria. PETita:capta. MOVent:terrēt me. AVCupor.iqro pcūctādo multos. MVRmura.i.uoces. FAMæ icertæ.ſ.de te. SPEq; timor.i.iterdū ſpes uīcit timorē: quē hēo de te:iterdū timor uīcit ſpē. MATer abeſt:dicit qd̄ i abn̄tia.Herculis nõ hēt aliquē:q eā cõſoleſ. MAter.ſ.tua Alcmena. ABEſt.ſ.hic erat.n.Deyanira i Trachine ubi regnauit Ceix qn̄ ſcripſit hāc epiſtolā. DEO po.i.Ioui. PATer.ſ.tu9. PVEr.i.filius nr̄. ARBiter Eury.i.cū oēs alii deſint ſolus Euriſthe9 ſentiſ a meis qa quottidie nouos tibi ipõit labores:qbus me torqueri neceſſe ē.Arbiter dr̄ q totius alicui9 iudicii hēt potētiā:īde arbiter dr̄ q hēt auctoritatē alicuius rei:ergo arbiter.i.executor:uolūtate.n.Iunonis:labores Herculi iperabat:ut ſupra dixius. Vir.& regꝫ mille labores.Rege ſub Euryſtheo. SENtiſ:qſi pnicioſus:nā ſentim9 ꝓprie q nos lædūt. LENta.i.lõga:& diu durās. PARū ē:nõ ſufficit. FERre hæc.i.pati hos dolores & timores de piculis uitæ tuæ. PERegrinos.i.pegrinarū mulieꝝ. QVAElibet.i.quis mulier:nā iā nulla ē quā nõ tentes. DE Te.i.ex te.ex cõpreſſu & coitu tuo. N Nego:cõmemorat q̄ſdā puellas:q̄s dicit fuiſſe cõpſſas & uiolatas ab Hercule:ē āt occupatio:dicit.n.ſe nõ eē dicturā:cū maxie dicat. AVGen.ſic legēdū ē nõ aūt Anguen.fuit āt Auge Aloei regis Arcadiæ filia ab Hercule cõpreſſa:ex quo grauida facta peperit filiū:qui poſtea Telephus dictus ē:ante uero quā pareret Alceus eius pater cognito tumore uētris filiæ non credens eā grauidam ex Hercule:tradidit eam cuidam nautæ mergendam:illa naui impoſita doloribus partus urgentibus impetrauit:ut in terram exponeretur tanquam ad rem neceſſariam:& filiū apud ptheniū montē in q̄dam ſilua peperit:deinde miſericordia nautæ ſalutem ꝑter ſpē patris conſecuta data ē dono quibuſdam ex



Caria in Aſiam proficiſcentibus qui eam Teutranti Myſiæ regi dono dederunt:infans a paſtoribus Corythi regis apud pthenium repertus eſt:cui cerua ubera ꝑbebat:quem poſtea Corythus pro filio educauit:& Telephi nomen ei impoſuit:quia cerua nutritus eſſet:nam Elaphos græce ceruum & ceruam ſignificat:hic poſtea quærens matrem accepto reſponſo in Myſiam uenit:ubi inuenta matre apud Teutrātam cognitus cuius eēt filius in magno honore habitus eſt.Teutras filiis maſculis carens ei Argiopem filiam deſponſauit:& regni ſucceſſorem reliquit qui poſtea tempore belli troiani uolens reſiſtere græcis ne tranſirēt per Myſiā ab Achille grauiter uulneratus eſt:quo uulnere cum non poſſet ſanari accepto reſponſo ab Apolline ab eodem Achille iterum uulneratus ſanatus eſt inde Oui.in primo de remedio. Vulnus Achilleo quæ quondam fecerat hoſti. Vulneris auxilium Pelias haſta tulit.Strabo lib.xiii.uariat opinionem huius fabulæ. TEMeratam:uiciatam. PARtheniis:arcadicis. ORMeni:nympha.Aſtydamiam dicit filiā Ormenii regis:quā cum Hercules dari ſibi coniugem petiuiſſet:pater renuit ſciens eum habere Deyaniram.Hercules indignatus regi bellum intulit:captaq; urbe:ac rege interfecto Aſtydamiam captam uiciauit:genuitq; ex ea Criſippum filium.Diodorus ſcribit.

Nec tibi crimē erūt theutrātia turba ſororeſ:
Quarū de populo nulla relicta tibi eſt.
Vna recens crimen refertur adultera nobis:
Vnde ego ſum lydo facta nouerca Iamo.
Meander totiēs qui terris errat in iiſdem:
Qui lapſas in ſe ſæpe retorquet aquas.
Vidit in herculeo ſuſpenſa monilia collo:
Illo: cui cœlum ſarcina parua fuit.
Non puduit fortes auro cohibere lacertos:
Et ſolidis gemmas appoſuiſſe toris.
Nēpe iub his animā peſtis nemea lacertis.
Edidit: uñ humerus tegmina læuus habet.

ANTO. ℭ REFerſ adultera:de omphale Iardanæ filia Lydoꝝ regina dicit:apud quā hercules ſeruiuit. Nā cū Iphitū ex turri Tyrinthia præcipitaſſet cæde pugnari non poſſe ex oraculo tulerat:niſi uenderetur precioq; Iphiti liberis ſatis fieret:uenditus. Omphale in ſeruitio latronib9 regionem purgauit.Cecrops trucidauit.Syleum qui uiatores ad opus uinearum cogebat ligone ſubſtulit:demum factus liber ex Omphale filium Lamum genuit:ut Diodo.autor eſt. LAMO lydo:qui ex lyda Omphale natus eſt. MEAnder totiens:Meander fluuius iter miletum prenteq; egreditur:diſcurrit per Phrigiā: ſeparat a Caria Lydiam ad campos qui Meandri dicūtur fle xuoſum eſſe:ideo Stra.ſcribit quoniā multum accipiat limi:& uario impetu modo ad hanc mõ ad aliam adiiciat ripam:unde obliquitates omnes Meandrum ueteres appellarunt. SVSpēſa monilia: Hercules ut Diodo.placet apud Omphalem pro ancilla interdum ſeruiuit:clauam leonis pellem arcū ſagittaſq; Omphale conceſſit geſtare:ipſe uero monilia:gēmas mitram:zonam:cæteraq; mulierum geſtamina ſumpſit:neuitq; interdum. AVRO:manicas aureas Phrygum Lydorumq; geſtamen. TORis ſolidis:brachiis fortibus:ſolon lingua oſcorum integrū dici Verrus autor eſt:unde ſolum & ſolidum PEStis nemea:leonem:quem in Nemea ſilua interemit hercules itelligit.Hoſpitat9 apd̄ Molorchū paſtorē. TEGmina:leonis pelle ſiniſtꝛ hūeꝛ tegebat:uictoriæ monumētū.

VBER. ℭ NEC tibi crimen erit.i.nec etiam crimini a me tibi dabitur:quod tot ſorores compreſſeris. TEVtrātia turba:miror cur qdam teſtitia turba legendum putent niſi librariorū:quod magis credo:culpa ſit.Nā non teſtius uel teſtitius ſed Theſpis Athenienſis:ut Diodorus ſcribit a quo Theſpienſis regio denominata eſt:quinquaginta filias ex pluribus fœminis genuit:quas oēs hercules adhuc puer:ſed robore ꝑſtans compſſit:& ex eis quinquaginta genuit filios oēs mares qui Theſpiades dicti ſunt:quos per Iolaū in colonias tranſmiſit:ſed cur dixerit Teutrātia turba non ſatis cõpertum hēo:cum Theutras regnauerit in Myſia:niſi hercules etiā i Myſia ſiue Teutrāia regione fortaſſe alias ſorores compſſerit:licet nihil apud quēq; legatur qd̄ meminerim ſed omnia aut nõ ſunt mandata litteris:aut non extant:q̄obrem non auſim textū corrumpere. VNA recens:nõ de Iole intelligit ſed de Omphale lydorū regina:cui hercules ita ſeruiiſſe dr̄:ut oīa faceret quæ iperaret:unde Teren.in Eunucho.Qui minus huic q̄ hercules ſeruiuit Omphale:ex hac genuit hercules lamū filium:uñ nūc dicit Deyanira. Vnde.ex qua Omphale. SVM fa.nouer.la.qa cū ſim uxor tua ille ē factus priuignus meus. LYDO.ex lydia.ut diximus.Lydi aūt populi Aſiæ:qui aliqñ Mœonii dicti ſunt:neq; ullo pacto intelligendū eſt de iole quia ex ea nõ ſuſcepit lamū:neq; ex Lydia aut Mæonia fuit:ſicut hanc fuiſſe oſtēdit:cui herculem ſeruiſſe dicit. MEAnder:fluuius lydiæ:aut ut Seruius dicit Cariæ quæ eſt uicina lydiæ. QVI errat.i.labitur & uagatur. TOTiens:ſæpius:quia ita flexuoſus ē:ut in ſe uideatur recurrere. REtorquet:reflectit. MONilia:ornamenta muliebria:quæ teſte Seruio etiam ſegmenta dicuntur:quæ tm̄ modo mulieribus conueniebant:inde Iuuenalis uirum obiurgat quod ſegmenta induat:ſegmenta & lõgos habitus:& flamea ſumit:&c. ILLO.ſ.collo. PARua ſarcina:paruū onus:quia ſuſtinuiſſet etiā maius. NON puduit: pluribus uerbis uituperat herculē de hac mollicie. COHibere:aſtrigere. SOLidis:fortibus. TOris.i.toroſis.i.pulpoſis & neruoſis membris.Perſius:multūq; Toroſa iuuentus. NEMpe.oſtēdit turpiſſimum eſſe exornare molli & laſciuo habitu brachia:quæ res magnas:& dignas laude geſſerint:quales ſunt q̄s cõmemorat. PEStis Nemeæa.i. leo Nemeæus:quē interfeciſti:in cuius facti memoriam geſtas pellē ipſius leonis. LEVus humerus.i.ſiniſter:nam humerum dextrum ferebat hercules exertum & detectum:ut eſſet expeditior.Nemeæa ut ſcribit Strabo ſilua eſt inter Cleonas:& perhiliuntem in qua argiui ſacra faciebant:ubi Hercules Nemeæum leonem occidit:quem interdum poetæ appellant Cleonæum:a Cleone oppido Nemeæ ſiluæ propinquo Lucanus.Ille Cleonæi proiecit terga leonis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

ANTO. ℭ MITra:barbaroꝝ ornamētū ex qua pēdebāt faſciolæ:q̄ philtra dicebanť:quoniā philoꝝ inſtar depēderent. POPulus alba:eſt & aliud genus:quæ nigra ē:ut ſcrib.plinius:eſt alba populus herculi ſacra:qua ſacrificātes huic deo coronabanť. ZONA meonia:Cingulo fœmineo more lydo. IMAgo crudi Diomedis:is eſt qui in thracia ad Thirridam oppidum cæſis hoſpitibus equos alebat:qua pœna ipſum hercules mulctauit:equos domuit:& ad Alexādri tp̄a illorum genus ſupfuit. BVSiris:Neptuni & Libiæ epaphi filius i ægipto in locis Nilo uicinis tyrannidē exercuit:hoſpites mactabat.Hercules ipſū peremit cum ex Aphrica i ægiptū pmearet. IN Iſto cultu:q̄ n̄ ad uiros:ſed ad molliſſimas puellas cōueniret. ERAS pudēdus puderet Buſiridē ſe fateri uictā i tāta mollitie. ANTheꝰ hūc terræ filiū tradūt qđ iō ueteres finxiſſe ſcri. Euſebiꝰ:qm̄ eēt paleſtræ certāinūq;:q̄ i terra exercēť pitiſſimꝰ:hercules altiꝰ ſublatū pemit. DETrahat:ſi fieri poſſet:detrahere cōareť. PVEllas ioniacas:omphales lidiæ pediſſeq̄s ionia Aſiæ ps ē mioris: meonia iōia:lidia:migdōia iūgūť adeo ut uix aſſignari poſſint limites.ut Stra.mēīnit:un̄ poetæ hæc noīa cōfūdere cōſueuerūt. CALathū:q̄lū:ſiue q̄ſillū ſignificat quo puellæ & ūguēta:& lanas recōdūt. REPendis:ī idē pōdus filās deducis. SCVticæ tremefactꝰ habēis:ex corio ſcutica fiebat ad uerberādos ſeruos nā ſcytō latine coriū īterp̄tamur. DISſimulāda:q̄ in eo hitu erāt tacēda. HYDros elyſos:īfātē herculē angues gemīos trucidaſſe ſcripſimꝰ. VT Tegeæꝰ aper:aprū ex arcadia uiuū ad euryſtheū ptulit: quo mōſtro pterritꝰ ī æreo uaſe ſe clauſit. TEGeæ: arcadiæ oppidū. ER Ymāthꝰ ī erymāto archadiæ mōte aper q̄ regionē uaſtabat ſtabulari cōſueuerat.

Auſus es hirſutos mytra redimire capillos:
Aptior herculeæ populus alba comæ.
Nec te meonia laſciuæ more puellæ:
Incingi zona dedecuiſſe pudet.
Non tibi ſuccurrit crudi diomedis imago:
Efferus humana qui dape pauit equos.
Si te uidiſſet cultu buſiris in iſto:
Huic uictor uicto nēpe pudēdus eras.
Detrahat antheus duro redimicula collo:
Ne pigeat molli ſuccubuiſſe uiro.
Inter ioniacas calathum tenuiſſe puellas:
Diceris: & dominæ pertimuiſſe minas.
Non pudet alcide uictricē mille laborū:
Raſilibus calathis ipoſuiſſe manum.
Craſſaq; robuſto deducis pollice fila:
Aequaque formoſæ pēſa rependis heræ.
Ah quoties: digitis dū torques ſtamia duris:
Prævalidæ fuſos comminuere manus.
Diceris infœlix ſcuticæ tremefactus habenis:
Ante pedes dominæ pertimuiſſe minas.
Eximiis pompis præconia ſūma triūphi:
Factaq; narrabas diſſimulanda tibi.
Scilicet immanes elyſos faucibus hydros:
Infantem caudis inuoluiſſe manum.
Vt tegeæus ap cupreſſifero erymantho:
Incubat: & uaſto pondere lædit humū.

VBER. ℭ MITra:teſte ſeruio nomē barbatū ē pileꝰ incuruus de quo pēdebat buccarū tegmē:quo utebāť lydii & phrygii Iuue.Ite q̄bꝰ grata ē picta lupa barbara mitra:cōueniebat āt mulieribꝰ p̄cipue:aut uiris molliorībꝰ & effœminatis. Vir.Et nūc ille paris cū ſemiuiro comitatu Mæonia mētū mitra crinēq; madētē ſubnixꝰ &c. REDimire.i.ornare.i.adder̄ redimicula:q̄ ex mitra pēdebāt.ide Vir.li..ix.Et tunicæ manicas:& h̄nt redimicula mitræ. POPulus ideſt corona populea. MAEonia zona.i.zona ipſius Omphales. DEDecuiſſe: turpe tibi fuiſſe. Hercules enī ita omphale deditus fuit:ut omnia quæ illa iuberet faceret:& eum ſuo cultu inſtruxiſſe refert Oui.ii faſt.Dūq; parāt epulas:potandaq; uina miniſtri Cultibꝰ Alciden īſtruit illa ſuis Dat tenues tunicas getullo murice tinctas:dat teretem zonam qua modo cincta fuit. Ventre minor zona eſt:tunicarum uincula relaxat:ut poſſet magnas exeruiſſe manus. Fregerat armillas non illa ad brachia factas. Scindebant magni uincula parua pedes. NON tibi:cōmemorat eius anteacta fortia:quæ deberent ipſum deterrere a talibus laſciuiis. SVCcurrit:uenit in mentem. CRVdi:uiolenti:& inhumani. EFFerus:ualde ferus. PAVit: aluit. Hu.Dape.hic Thrax Tyrānus ſæuiſſimus humanis hoſpitum carnibus equos equaſq; ſuas alebat:& capita ſuis tectis affigebat quem Hercules interfecit:& eodem ſupplicio affecit:quo ille hoſpites. SI Te uidiſſet:Buſyris rex Aegypti ad prouocandam Nili inundationem hoſpites ſolebat immolare:hoc genus ſacrificii primum expertus eſt in Thraſium a quo ſibi monſtratum fuerat Ouidius de arte amādi. Dicitur Aegyptus caruiſſe iuuantibus arua Imbribus.atq; annos ſicca fuiſſe nouem. Cum Thraſius Buſyrin adit:mōſtratq; piari. Hoſpitis effuſo ſanguine poſſe Iouem. Illi Buſyris fies Iouis hoſtia prius inquit: & Aegipto tu dabis hoſpes aquam:cum autem uellet immolare etiam Herculem:Hercules eum interfecit. ISTO cultu: iſto ornatu muliebri & laſciuo. PVDendus eras.i.fuiſſet ei pudor a te uinci. DETrahat: pro detraheret .i. auferret. IONicas puel.i.Mæonias:nā Ionia regio Aſiæ eſt finitima Meandro. DOMinæ: omphales. NON fugis.nō caues. RASilibus:politis:quaſi raſis. Virg.& torno raſile buxum. CRAſſa.i.magna non autem legendum eſt groſſa. DEDucis:nes. REPendis:ad penſum reddis:tu quoq; ſicut ancillæ. COMminuere.fregere. HABenis:loris. PREconia.laudes. TRIumphi:uictoriæ tuæ alii codices habent eximiis pompis imania ſemina laudum. DISſimulanda:celanda tacenda. SCIlicet:dicit ea: q̄ narrat Hercules. Eliſos:ſtrangulatos:præfocatos. INVoluiſſe diuiſis ſyllabis legendū eſt:ſicut alibi debuerāt fuſos euoluiſſe meos. IMManes hydros:maximos angues:ſupra diximus hanc fabulā. TEGæus arcadicus. ERYmātho.mōte arcadiæ:illic enim īterfecit aprū uaſtantē regionē. INCubat.iacet.



ℭ AFFixa penatibus ora: Diomedes Thraciæ rex hoſpitū ora:quos apponebat equis deuorandis poſtibus affigebat. ANTO. PROdigiūq; triplex:de geryone intelligit:quē tricorporem fuiſſe tradūt q̄ ideo fictum eſſe ſcri. Diodo.qm̄ criſaurus tres habuerit filios fortiſſimos ppugnatores cū tribus exercitibus quibus ſingulari certamine ſuperatis:hercules boues in italiā abegit. HYBeri:hiſpani in hiſpania regnauit gerion. IN Tribus unus erat:erat Gerion unus ex tribus corporibus. INQue canes totidē:cerberū ab inferis traxiſſe herculem i fabulis eſt. Eccatheus Mileſius ſcribit ſerpentē fuiſſe in tenaro laconiæ pmontorio:cuius ueneno mortales extinguebanť:& quoniā in tenaro ad īferos dicitur eſſe aditus ditis canē dixerunt:quem cum hercules trucidaſſet:nata eſt fabula herculē canem tricipitē interemiſſe. IMPlicitis angue:nam pro pilis angues habebat:& ideo centū geminum cerberum Oratius appellat. QVAe redundabat fœcundo uulnere ſerpens:hydram lerneā ſignificat: quam alii centū:alii quinquaginta habuiſſe ceruices ſcribunt: ex quibus ſi qua amputaretur duæ renaſcebanť. Nā hercules adiutus iolao ſuperauit:qui illius iuſſu flamma inurebat ſi quam hercules amputaſſet. Strabo hydram fuiſſe ſcribit lernam paludem quam Hercules ſiccarit. FOEcūdo uulnere:quoniam ex una amputata naſcebantur geminæ ceruices. PERgraue onus:Antheum ſignificat quem altius ſublatum ab hercule.ne matris auxilium ſentiret trucidatum diximus. AGMen eque:centauros exprimit qui ſuperna parte uiri:inferna homines traduntur: hos hercules trucidauit:cum in domum Pholi centauri impetum facerent ad odorem uini accurrentes q̄ Diony.pholo dederat:ut in aduentū herculis aſſeruaretur:ceciderunt in prælio:ageus:amphion:hyporion:orios:iſophles:melanchetes:thereos:derpos:phryxus:polus in ſepeliendis centauris cum herculis ſagittas admiraretur ſeipſum uulnerans cecidit hercules illū ſepelliut: & monti nomen dedit:qui adhuc nomen in theſſalia pholus dicitur: alii tradunt: ideo hos ſemiequos putatos in theſſalia: quoniam primi theſſali ex equo pugnare reperierunt. CONfiſum pedibus:hoc aut ad pernicitatem centaurorum referendum eſt:uel q̄ in pugna terra mater centaurorum nebulas miſit ut madenti ſolo hercules laberetur. IVGis theſſalicis:in montibus theſſaliæ pugna hæc in pholo mōte geſta dr̄:amictu ſid.ornatu purpureo. Sidon urbs phœniciæ:unde præſtantior inficiebatur purpura.

Non tibi threiciis affixa penatibus ora:
Non hominū pigues cæde tacētur equæ.
Prodigiūq; triplex armenti diues iberi:
Geryones: quāuis in tribus unus erat.
Inque canes totidem trūco digeſtus ab uno:
Cerberus: implicitis angue minātε comiſ.
Q uæq; redūdabat fœcūdo uulnere ſerpēs:
Fertilis: & damnis diues ab ipſa ſuis.
Q dq; inter læuūq; latus: dextrūq; lacertum:
Per graue cōpreſſa fauce pependit onus.
Et male confixū pedibus: formaq; bimēbri:
Pulſum theſſalicis agmen equeſtre iugis.
Hæc tu ſidonio potes inſignitus amictu:
Dicere: non cultu lingua retenta ſilet.

VBER. ℭ PENatibus:tectis. THReiciis.i.Diomedis. ORA:capita: EQVæ:pingues:ſupra uiſa eſt fabula. PROdigium triplex:Geriones:ut fabulæ tradunt:rex regnauit in gadibus hiſpaniæ quem locum Erytrā appellant:quem tricorporem fuiſſe fabulantur:ditiſſimūq; pecoris:quod Hercules eo ſuperato in Italiā aduexiſſe dicitur. Diodorus dicit Chriſauri filios tribus magnis exercitibus fidentes ab hercule ſuperatos: & greges boum deuicta hyberia ſecum abductos. PROdigium:monſtrum. TRIplex:tricorpor. HYBeri:hiſpani. GERyones primæ eſt declinationis:declinatur enim ſicut Anchiſes. VNVS erat in tribus: quia unus erat:licet tria corpora haberet ſcd̄m fabulas. Cerberus monſtrum eſt tria capita habens dicitur autem ueſtibulum tartari ſeruare:hunc Cerberum triplici cathena uinctum hercules ad ſuperos iuſſu Euryſthei traxiſſe dicitur:cum prius Athenis myſteriis Eleuſinæ Cereris initiatus fuiſſet. IN Totidem canes.i. in tres:ut Geryones.i.totidem capita canina. ABVno trunco.i.ab uno corpore. DIGeſtus:diuiſus. QVAEq; redundabat. Serpentem dicit lernæam ex cuius corpore:ut Diodorus ſcribit:centum prodibāt ſerpentum capite ceruices:quarum ſingulis cæſis duæ renaſcebantur:ob eamq; rem minime uinci poſſe uidebatur:cum.pars amputata ualidior efficeretur:hanc difficultatem Hercules arte ſuperans Iolaum monuit:ut inciſam ceruicem ſubito face lignea inureret:ne ſanguis effluerēt:hoc pacto ſuperata bellua ſagittas ſuas eo ſanguine tinxit:quo illarum uulnus mortiferum redderetur. REDundabat:abundabat: & ualidior efficiebatur. DIVes ab ſuis damnis:quia quanto magis amputabatur:tanto plura capita habebat:ut ſupra dictum eſt. QVOdq; inter. Anthæum intelligit filium terræ:corporis robore:ac paleſtra præclarum in libya:qui multos externos ſecum certamine congreſſos occiderat:hunc Hercules:& uiribus & arte ſuperatū interfecit:nam cum uires a terra matre aſſumeret ſimulans ſe cadere. Hercules eum ita ſuſtulit: ut terram tangere non fineret:ex quo ille matris auxilio priuatus:inter lacertos Herculis eliſus expirauit. COMpreſſa:aſtricta. ET Male confiſum. Centauri ex Ixione:& nube geniti Theſſaliam incolentes odore & uetuſtate uini quod pholus centaurus a Dionyſio ſibi datum reſeruauerat in honorem Herculis cum eum hoſpitio ſuſcepiſſet.ebrii facti domum pholi magno impetu ingreſſi diripere conati ſunt quos licet fortiſſimos:& matris Nubis imbrem effundentis auxilio uſos. Hercules tamen partim occidit:partim fugauit. MALE cōfiſum pe.quia uelocitate ſua fræti effugere non potuerunt. FORmaq; bi.ideſt humana & equina in qua maius inerat robur. SIDonio.ideſt purpureo:qui mulieribus conuenit. NON ſilet: non debet ſilere præ pudore. CVLtu:qui te non decet.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

ANTO. ¶ NYMpha iardanis:non dardanis legendum eſt:ſed iardanis:erat.n.ut diximus omphale iardani filia:q̄ & clauam & leonis pellem & cætera herculis arma geſtare uoluit. MENſura:amplitudo rerum geſtarum. PROcedit illi:ad omphales laudem accedunt. CEDe bonis:tuas laudes non iactites:& eſt ab his trāſlatio:quorū maius eſt æs alienum:quam ſumma:qui cum ſoluere nequeant bonis cedunt. OPVdor:ab exclamatiōe patos mouet. MOLle.laſciuæ puellæ. FERæ:leonis:tu iqt leoni pellē detraxiſti:omphales uero te illa ſpoliauit. ATRA:tincta ſanguine lerneæ hydræ:q̄d uenenū fuit. HOC tm̄ audierā:trāſit ne q̄rimoniā p̄ſentis facti de decore iuſtā iudicet:q̄ cum omphale inqt turpiter geſta ſūt quia tm̄ audiui negari potuerunt:ſed de Iole diſſimulare nō licet. AD ſenſus uiſū indicat. Nā more regio incedentem Iolē uiderat:quod de amoris herculis cōiectura faciebat. ADVēa pellex:Iolē ſignificat:q̄ ex Oechalia Tyrinthū ducebat. FER urbē:Tyrinthum:ubi deyanira degebat. NEC uenit in cultis:coniecturā firmat a ſignis:paſſis crinibus reginæ ante triūphū incedebāt captiuæ. DAt uultū populo ſublime:id nō captiuitatis:ſed faſtus & imperii ſignū eſt. VIVo parente:ſcedit ut ſi uiuus pater Eurythus oechaliæ triumphū duceret. FORſitan expulſa:Hercules ꝑ uxore Iolē ducebat ideo inuidioſe deyanira diuortiū uidetur obiicere. OETholide:cōmentatio eſt a patria œtholia pelopōneſi pars dicta ab œtholo endymionis filio:eā tenuerunt reges nobiliſſimi: Agrius: Melas & œneus deyaniræ pater.

Se quoq; nympha tuis ornauit iardāis armis:
Et tulit e capto nota trophæa uiro.
I nunc:tolle animos: & fortia facta recenſe:
Quod tu non eſſes iure uir:illa fuit.
Qua tāto minor es:quāto te:maxime rerū:
Quam quos uiciſti:uincere maius erat.
Illi procedit rerum menſura tuarum:
Cede bonis:hæres laudis amica tuæ eſt.
O pudor:hirſuti coſtis exuta leonis
Aſpera texerunt uellera molle latus.
Falleris:& neſcis:non ſūt ſpolia iſta leonis:
Sed tua:tuq; feræ uictor es:illa tui.
Fœmina tela tulit lerneis atra uenenis:
Ferre grauem lana uix ſatis apta colum.
Inſtruxitq; manū claua domitrice ferarū:
Vidit & in ſpeculo coniugis arma ſui.
Hæc tm̄ audierā:licuit nō credere famæ:
En uenit ad ſenſus mollis ab aure dolor.
Ante meos oculos adducitur aduena pellex:
Nec mihi quæ patior diſſimulare licet.
Non ſinis auerti:mediam captiua per urbē:
Inuitis oculis aſpicienda uenit.
Non uenit incultis captarum more capillis:
Fortunam uultu faſſa tegente ſuam.
Ingreditur late lato ſpectabilis auro:
Qualiter i phrygia tu quoq; cultus eras.
Dat uultū populo ſublime ſub hercule uicto:
Oechaliam uiuo ſtare parente putes.
Forſitan expulſa oetholide deyanira:
Nomine depoſito pellicis uxor erit.

VBER. ¶ NYMpha dardanis.i. Omphale: DARdanis .i.phrygia nā mæones & lidi a dextra ſunt phrygiæ maioris:ut ſcribit Strabo:nec de Iole poſſumus intelligere. ORNauit.inſtruxit.armauit. NOTA. clara. E CApto uiro:ex te quem cepit & triūphauit. INVNC increpatio eſt ꝑ irriſionē. RECē. ſe:narra. QVOD.i.eſſe uir. TV non eſſes.i.eē nō deberes:quia melius eſſes fœmina q̄ uir. QVa tanto:dicit q̄d quanto difficilius fuit Herculi uincere ſe ipſum q̄ eos quos uicit:tanto eſt Omphale eo maior:quia uicit eū. PROcedit.i.euenit. HAEres tuæ laudis:qa tu ex ea decidis:& ipſa ei ſuccedit. OPVdor:amplificat hoc dedecus Herculis:q̄d paſſus ſit:amicam tegmine ſuo:& armis inſtrui. VELlera pellis. EXVta coſtis:diximus ſupra ex pelle leonis Nemeæi Herculem feciſſe ſibi tegmen corporis. TExerūt molle latus ideſt fœmineum. SPolia dicuntur:quæ hoſti eripiuntur in uictoria:dicit illa pellis qua illa induta eſt:non ſignificat quod tu uiceris leonem:ſed quod illa te uicerit:& ex te ſpolia abſtulerit. ILLA tui:ſcilicet uictrix. ATRA tincta LERnæis uenenis. Diximus ſupra in fabula Hydræ lerneæ. GRAuem.plenam. CLAua. Hercules enim claua ad domādas feras uſus dr̄ quā Vulcanus ſimul cū Thorace ob meritum uirtutis ei dediſſe dicitur. IN ſpeculo:quo mulieres præcipue utuntur:hæc autem ſumpſiſſe Omphalen ſcribit Ouidius libro ſecundo faſtorum. Illa capit clauamq; grauem:ſpoliumq; leonis Conditaq; in pharetra tela minora ſua. TANtum:ſolummodo. AVDieram:nō autem uideram. LICuit:potui. FAMæ:quæ de rebus ſupradictis ferebatur. EN:demōſtrantis ē. AD ſenſus:ad uiſum. AB aure.ideſt ab auditu. ADVena:peregrina:& nūc Iolen intelligit:nam ut ſupra uidimus:enumerauit mulieres quas Hercules amauit:uſq; ad Iolen:quæ fuit ultima. DISSimulare occultare & tacere. AVErti:amoueri a me. CAPtiua:ut ſupra diximus in argumento epiſtolæ. OCulis meis. FAſſa.ideſt confeſſa & teſtificata. FORtunam ſuam.ideſt aduerſam. TEGendo uultum.ſicut illæ:quæ ſunt in tam miſera fortuna facere ſolent. DAT:oſtendit: SVBlime:pro ſublimiter ideſt alte:nomen ꝓ aduerbio. VICto:a ſe:quem in amore ſubegit. PVTes:pro putet aliquis:ſecunda perſona pro tertia.ſicut apud Virg. Migrātes cernas. OEChaliam:patriam ſuam. STAre:eſſe in ſtatu ſuo. FORſitan:addit:& aliud quod ſit futurum turpius ipſi Herculi:quia fortaſſe expulſa ipſa Deyanira accipiet Iolen uxorē:ordo eſt. Iole forſitan erit uxor depoſito nomine pellicis ideſt Iole:quæ erat pellex:erit uxor tua:depoſito nomine pellicis: EXPulſa Deyanira:ſcilicet me. AETolide.i.de ætolia:nam Deyanira ex Aetolia.



¶ FAMOſus hymen:hymenæum infamem dicit:quoniam adulteros iungeret. TVRPia:adulteria:& inceſta. MENS fugit admonitu:ꝑ patos mouetur ex imagine. ADMOnitu:rerum tuarum recordatione. SINE crimine:quoniam me geſſi pro coniuge:non pellice:ut Omphale & iole. PVGnæ bis tibi cauſa fui: primum cum acheloo:deinde cum neſſo Centauro pro Deyanira Hercules pugnauit. CORnua flens legit tepidis achelous in undis:achelous Aetholiæ rex fuit uetuſtiſſimus nomen dedit fluuio:qui inter ætholiam & acarnaniam fluit:cum antea thoas appellaretur:prius poſt diluuium e terra emerſit:ideo pro aqua acheloum uſurpauit:in geor. Virgilius. Poculaq; in uentis acheloia miſcuit uuis cum Hercule pro deyaniræ coniugio pugnauit:primum ſub forma ſerpentis:deinde ut taurus:cui cornu Hercules perfregit:q̄ exceperunt nymphæ & rebus omnibus repletum Cornucopiæ eſt appellatum Hercules cū illud excepiſſet pro maritali dono:Oeneo obtulit:ut Sophoclis tragœdia legitur:uerum id fictum Strabo teſtatur:quoniam Hercules effluentem in campos ætholos achelōum in alueū duxit. TRunca:quibus erant cornua abſciſa. SEMIuir occubuit:neſſum centaurum intelligit quem hercules trucidauit:cum in traiiciendo eueno flumine Deyaniræ uī inferre uoluerit. LERnifero ueneno:ſagittis hidræ lerneæ ſanguine infectis ſaucius Neſſus occubuit. SANguis eq̄nus:neſſus ſemiequus erat: quoniam centaurus:cuius ſanguis erat uenenum.
SED quid & hæc refero:aperit factum:unde exprobratio hæc exorta fit:ſed ita aperte:ut facti pœnitentia duci uideatur & pro culpæ ultione de ſuo interitu deliberat. VENit fama:renunciatur. TABe:ueneno. TVNicæ meæ:diximus per Licam puerum tunicam miſiſſe Deyaniram infectā neſſeo ſanguine. IMPia:quæ uirum interimere potuiſti OETha:in Oetha monte Herculem ad deos migraſſe diximus:qui ætna pro incendio legunt obſcura nimis diligentia uſi ſeipſos deceperunt.

Eurytidos ioles atque inſani alcidæ:
Turpia famoſus corpora iunget hymen.
Mēs fugit admōitu:friguſq; ꝑambulat artus:
Et iacet in gremio languida facta manus.
Me quoq; cū multis:ſed me ſine crimine amaſti:
Ne pigeat:pugnæ bis tibi cā fui.
Cornua flēs legit rapidis achelous in undis:
Truncaq; limoſa tempora merſit aqua.
Semiuir occubuit ui lerniferoq; ueneno
Neſſus:& infecit ſanguis equinus aquas.
Sed quid ego hæc refero:ſcribēti nūcia uenit
Fama:uirum tunicæ tabe perire meæ.
Hei mihi q̄d feci:quo me furor egit amantē:
Impia quid dubitas deyanira mori.
An tuus in media coniunx lacerabitur oetha:
Tu ſceleris tanti cauſa ſuperſtes eris.

VBER. ¶ EVRytidos ioles.ordo eſt. HYMen famoſus.iunget turpia corpora ioles.Eurytidos atque Alcidæ inſani. HYMen famoſus:ideſt matrimonium infame:quod erit ſi me legitima uxore expulſa:concubinam duxeris:nam famoſus ſemper in malam partem accipitur.cauendum ne legatur formoſus:ſed famoſus:Hymen autem cum ſit deus nuptiarum:ſæpe pro ipſis nuptiis ponitur. IVNget corpora turpia: ideſt turpiter iunget. INSAni:ideſt magni. Habet autem hic uerſus ſpondeum in quinto loco:neque uocalis ſequente uocali abiicitur. MENS fugit:magis ex conſuetudine loquendi hoc dicit:quam quod mens poſſit fugere:uidetur enim ex aliquo timore:animus & mens a nobis fugere:ergo. FVGit:ideſt horret. ADMOnitu:ideſt recordatione huius facti.ne me relicta aliam accipias. FRIGuſque perambulat. Virgilius. Geliduſque per ima cucurrit Oſſa tremor. LANGuida:pigra ad ſcribendum. ME QVoque:nunc iolem. SINE crimine:quia amaſti me:ut coniugem non ut adulteram aut concubinam. CAVſa pugnæ:Quia bis pro me pugnaſti. Semel aduerſus Acheloum:& iterum aduerſus Neſſum. Achelous fluuius ex pindo Theſſaliæ monte ortus ætholiam ab Acarnania diuidit. Vnde interdum Aetholiæ ſiue Calidonis interdum Acarnanum fluuium a poetis dicitur:ut eſt uidere apud Ouidium libro octauo & nono metamorphoſeos:ubi narrat quod nunc hic dicetur:quod mutatus in uarias formas pugnauit cum Hercule propter Deyaniram. Primum enim in propria forma luctando ſuperatus:uertit ſe in ſerpentem:& poſtremo in Taurum:cui Hercules cornu auulſit:Quod Naiades nymphæ diuerſis floribus & pomis refertum copiæ dicauerunt ille præ pudore omnibus modis uictus:& cornu mutilatus intra ſuum flumen ſe occuluit. LEGIT:collegit quaſi fracta. TEMpora:caput:nam tempus partem capitis ſignificat. TRVNca:mutilata. LIMOſa:plena limo. SEMIVir:Centaurus:qui ex poſteriore parte erat equus:ex priore erat uir. LERNiferoq; ueneno:Nam ut ſupra diximus interfecta hydra lernæa eius ſanguine ſagittas ſuas tinxit:ut mortiferum haberent ictum. INFEcit:tinxit. SED Quid ego:fingit poeta inter ſcribendum nuncium allatum fuiſſe Deianyræ de calamitate Herculis. QVID:ideſt ad quid:quaſi dicat fruſtra:quia non poteris iam eſſe meus:quia audio te iam iam moriturum. TABe:ueneno. HEI mihi:conqueritur quod fuit cauſa huius tanti mali Herculi:de quo tamen ſe excuſat:quod amore compulſa ſit. QVO:ideſt ad quid. IMPia:inſtigat ſe ipſam ad mortem. IN Media oetha:nam ut ſupra diximus in oeta monte Theſſaliæ conſtructa fuit pyra:in qua Hercules combuſtus eſt. CAVſa tanti ſceleris: ideſt mortis mariti tui. ERIS ſuperſtes:ideſt uiues poſt eum:quaſi dicat abſit.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ANTO. ℂ QVId h.i.fa. terẽtiana locutio qd dignũ laude feci. MORs mea pi.erit. meo exitu fidem faciam me herculi nupſiſſe. COgnoſces: ſcies me nõ degñare a nr̃is maiorib⁹. IMPia qd du. uerſus hic ſæpe apponiť qď fieri ſolet: aut ĩ impcatiõib⁹: aut ĩ excãtatione amatoria: q̃le ẽ apud Theocritũ: & ex latinis. Vir. catullus que hoc dictiõis genere uſus ẽ: q̃ intercalare: hoc ẽ q̃ ſæpius inter alios cõſereret appellarunt. DEVota: ad exitũ dãnata: qd ſit deuouere in eũ faſtorũ locũ expoſuimus diligẽtius: q ẽ. Huic tibi deuoto carmine dexter ades. SEDet: depſſa ẽ ad extremã calamitatẽ: licet ampliſſimo faſtigio collocata uidereť. DESertũ: oĩbus liberis orbatũ. EXVlat tydeus. hic interẽpto Menalippo frẽ in uenatiõe argos ad Adraſtũ fugit ut diximus. ALTer: meleagrũ ſignat: quẽ Althea mr̃ cũ fatali ſtipite inuſſit. EXEgit fer. ſua p pcor. ma. althea cum pœnitẽtia duceret: qď ſua culpa meleager cecidiſſet: ſe ipſam trucidauit: ut Diodo. ſcribit. PECtus auidũ: nimio amore inſanũ. HABet ui. amo. Neſſus monuit Deyanirã: cũ uellet ſibi herculẽ cõciliare: ut tunicã infectã ſuo ſanguine mitteret quĩ amoris uim hẽret: factũ igiť excuſat ab hoſtis calliditate & pueliari ſimplicitate: quã ſua morte tẽperare deliberat. ILLita neſſeo. fateť crimẽ: qď in fanda morte penſandũ eſſe conſtituit. IAMq̃ uale: laqueo parato ad interitum iam iam peritura ſalutat ſuos. GERmana gorge: gorge œnei filia ex althea & Deyaniræ ſoror. FRAter adempte: nõ de Meleagro: qui iam perierat: ſed de Tydeo intelligit. SED o poſſis: uiro ſalutẽ optat: quẽ in oetha iam ueneno furere nunciatũ erat. ET PVer hylle: is erat ex Deyanira Herculi filius.

Et quid adhuc habeo facti cur herculis uxor
 Credar: coniugii mors mea pignus erit.
Tu quoq; cognoſces in me meleagre ſororẽ.
 Impia quid dubitas deyanira mori.
Heu deuota domus: ſolio ſedet acrior alto;
 Oenea deſertum nuda ſenecta premit.
Exulat ignotis tydeus germanus in oris:
 Alter fatali uiuus in igne fu t.
Exegit ferrum ſua per præcordia mater:
 Impia quid dubitas deyanira mori.
Deprecor hoc unum p iura ſacerrima lecti:
 Ne uidear thalamis inſidiata meis.
Neſſus: ut ẽ auidũ pcuſſus arundine pectus:
 Hic dixit uires ſanguis amoris habet.
Illita neſſeo miſſi tibi texta ueneno:
 Impia quid dubitas deyanira mori.
Iamq; uale ſeniorq; pater: germanaq; gorge:
 Et patria: & patriæ frater adempte meæ.
Et tu lux oculis hodierna nouiſſima noſtris:
 Virq;: ſed o poſſis: & puer hylle uale.

VBER. ℂ ET qd ad. alia cã q̃re debeat mori. dicit. n. qď cũ nullũ hẽbat certũ ſignũ q̃re ſit uxor herculis: ſi pp eũ mortua fuerit: credeť eẽ ei⁹ uxor. ET qd heo. q. d. nihil. ADHuc: hucuſq̃. PIGnus: pbatio: cõfirmatio. TV quoq̃: dicit ſe ẽt debere hoc facere: ut uideať eẽ ſoror Meleagri: qa ſicut ille pp amorẽ atalantæ mortu⁹ ẽ: ita ĩpa pp amorẽ herculis uult mori. IN Me. i. ĩ morte mea. SORorẽ: qa cognoſces qď te imitata ſũ. IMPia: uerſus ĩtercalaris dr̃: qa ſæpius ĩterponiť: ſicut apud Virg. Incipe menalios mecũ mea tibi uerſus: & itẽ. Ducite ab urbe domũ mea carmina ducite Daphnin. HEV de. do. moritura Deyanira deflet infelicitatẽ ſuæ domus: ut oñdat ſe nõ debere dubitare qn moriať. DEVota: execratiõibus infelix: nã ut ſupra dixim⁹ ſup illũ locũ. Deuouit nati ſpẽq; caputq; parẽs. Althea uitã & fortunas Meleagri filii execrata ẽ. ACRior. i. acerbior & infelicior. ALTO ſolio. i. quãto maior fuit: tanto eſt infelicior. DESertum: a filiis derelictum. NVDa: orbata. TYDeus ger. frater meus. ORIS: regionibus. EXVlat: abeſt a patria: nã cũ Menalippũ fratrẽ inaduertenter occidiſſet a patria ſpõte abiit: & uenit argos ad Adraſtum regem: qui ei filiam ſuã Argiã uxorẽ tradidit: & Deiphilen Polynici: cũ ambo caſu quodã in eius regiã ueniſſent: & uidiſſet eos eẽ: quos oraculi rñſum ſignificauerat: acceperat enim ex oraculo: ut eas daret Leoni & Apro. Tydeus aũt aprũ ferebat ĩſignẽ: Polynices uero leonẽ: itaq; ſcd̃m rñſum oraculi eos ſibi generos delegit: narrat igiť nũc Deyanira tydei exiliũ. ALter. ſ. Meleager. IN igne fatali: pp lignũ ſiue torre: quẽ parcæ in natiuitate Meleagri Altheæ matri ſeruãdum dederãt: in quo uita Meleagri cõſiſtebat: dicta ẽ hæc fabula ſupra ĩ epiſtola Bryſeidis ĩ eo loco frib⁹ orba Deuouit nati ſpẽq; caputq; parẽs. EXEgit: trãſmiſit. FERrũ: enſem: qa ſe ĩterfecit gladio. Diodo. tamen ſcri. eã laqueo uitã finiuiſſe. DEPrecor: adiurat Herculẽ: ne credat eã hoc doloſe aut ĩſidioſe feciſſe. SAcerrima: ualde ſacra. TVis thalamis: qa haberes aliã mulierẽ. NESſus: narrat q̃uo fuerit decepta. VT. i. poſtq̃. AVIdum: amans. HIC ſanguis. ſ. meus. TEXta. i. indumenta: a texẽdo dicta. ſubſtãtiuũ ẽ. ILLita: infecta: tincta. VENEno neſſeo. i. ſanguine neſſi qui erat mixtus ueneno lernæo: ut ſupra dictum eſt. VALe: deſerentis eſt. GORge: erat ſoror Deyaniræ. ET Patria. ſ. Calidon. FRAter: Tydeu. ADEmpte: ablate. MEAE patriæ: qui es exul: nã de Meleagro iam mortuo ſtultũ eſt intelligere. PVEr. i. fili. HYLle: hyllus enim filius fuit Herculis & Deyaniræ. NOVIſſima: ultima quia nunquam ſum uiſura aliã lucẽ. SED ut poſſis. i. utinam poſſis ſcilicet ualere. PVEr hylle: ideſt fili Hylle. nam puer & ſeruũ ſignificat: & eũ qui ẽ in ætate puerili: & filiũ. ut hic. Exitus rei fuit quod prius q̃ Hercules mortuus eſſet. Deyanira: ut in argumẽto diximus. audita calamitate Herculis de qua dictũ ẽ: laqueo uitã finiuit: ut ſcribit Diodorus. Hyllus uero iolẽ iuſſu pr̃is Herculis poſt eius mortem uxorem duxit: & ex ea prolem ſuſcepit: ſcribiť hæc fabula plene ab Ouidio libro nono meta. & etiam deificatio Herculis. & multa quæ ad hũc locũ pertinent: quæ breuitatis gratia nõ uiſa ſũt narrãda.



In decimam epiſtolam argumentum.



ANTO. MItius inueni quã te genus oẽ ferarum. Gloſtenes & ſcriptorẽs naxii duos fuiſſe Minoes ſcribũt: & totidem ariadnas priorem baccho in naxo inſula nupſiſſe. Alteram uero a Theſeo deſtitutam cum Corynam nutricem ſequeretur in naxum nauigaſſe. Alii unicã ariadnã e creta raptã fuiſſe ſcribunt: & in naxo theſeo relictam laqueo uitam finiuiſſe. Alii onaro bacchi ſacerdoti deſertam a nautis nupſiſſe: Ion chius ex Theſeo Ariadnam peperiſſe œnopionem & Staphillum tradit. Peon Amatuſius in ſua hiſtoria affirmat Theſeum cum Ariadne in Cyprum inſulam eſſe ui tempeſtatis delatum illamque cum ſalo tabeſceret incolis commendaſſe: poſt paulo cum rediret extinctam reperiſſe erexiſſeque illi duas ſtatuas: argenteam alteram: alteram auream ſacrificarique inſtituiſſe quarto calendas ſeptembris. Ouidius uero cum Diodoro conuenit qui ſcribit Theſeum cum Ariadna e creta ſoluentẽ in naxon eſſe delatum ſomnoque admonitum a Baccho: ut Ariadnam relinqueret dei timore perculſum puellam cum altiſſimo ſomno premeretur reliquiſſe: quam primum igitur expergefacta eſt: cum Theſeum diſceſſiſſe intelligeret hanc ad illum epiſtolam dediſſe commentus eſt. Diodorus illud adiicit deductam a Baccho Ariadnam in montem qui Drios nuncupatur nunquam cõparuiſſe.

ARIADNE THESEo.

MItius inueni: quã te genus oẽ ferarum:
 Credita nõ ulli: quã tibi peius eram.
Quæ legis: ex illo theſeu tibi littore mitto:
 Vnde tuam ſine me uela tulere ratem.
In quo me ſomnuſq; meus male pdidit: & tu
 Per facinus ſomnis inſidiate meis.
Tp̃s erat uitrea quo primum terra pruina
 Spargitur; & tectæ fronde queruntť aues.

MITIVS inueni quam te genus omne ferarum: in tota epiſtola perfidiæ eſt: & ſæuitiæ expoſtulatio: quas a comparatione in principio ſtatuit: Clementius inquit ſe mecum habuiſſent feræ & fidius cuſtodiſſent: q̃ Theſeus. CREdita: ſuæ fidei commiſſa tranſlatio eſt a depoſito. PEIVS: maiori perfidia. EXILlo littore: patos a loco quem ſignat ne forte ſalutem alio tranſlatam inueniſſe Theſeus exiſtimaret: ſum inquit in ea ſolitudine: in qua me reliquiſti. PER facinus: purgat quod obiici potuiſſet: non mea culpa: ſed tua pefidia relicta ſum. TEMpus erat: inuidiam auget a tempore & circunſtantiis: nam tempus locum & facti conditionem circunſcribit. QVO primum terra pruina: matutinum crepuſculum ſignificat: quando terra leui rõre immadeſcit.

Ariadne ſalutem dicit Theſeo.

VBER. MITIVS inueni. Ne & chartas fruſtra impleam: & auditori ſim faſtidio non enarrabo iterum fabulam minotauri unde pendet argumentum huius epiſtolæ: quoniam ſatis dictum eſt in ſecunda epiſtola Phyllidis ad Demophoonta ſuper eum locum. & Tauri mixtaq; forma uiri: & item in argumento epiſtolæ Phædræ ad Hippolitum: itaq; qui uelit plene uidere: illuc recurrat: quod autem ad hunc locum attinet: hoc eſt in ſumma: Cum ob leges a Minoe deuictis Athenienſibus impoſitas Theſeus in Cretam nauigaſſet: Ariadne Minois filia eius ſpecie ac decore capta conſilium operamq; dedit Minotauri occidendi: & Labyrinthi egreſſum edocuit. Deinde cum Ariadne noctu clam recedens in inſulam appulit aliquando Diam: nunc uero Naxon uocitatã: ubi dicitur reliquiſſe Ariadnem: & ſine ea in patriam nauigaſſe: Quare fingit poeta eam derelictam ſcribere hanc epiſtolam ad Theſeum: & eum increpare de duritia & immanitate animi & ingratitudine beneficiorum: quæ ei commemorat: & poſt commemoratas etiam infelicitates ſuas rogat eum: ut nauem flectat; & redeat ad eam recipiendam. MITIus: ideſt minus crudele: nam nulla fera mitis eſt. CREdita: ideſt commiſſa. tradita. VLLi: alicui ſiue homini ſiue feræ. VNDe: ideſt ex quo ſcilicet littore. TVLere: pro abſtulere. SOMnus: ideſt ſopor. ET tu: ſcilicet prodidiſti. TEMpus erat: dicit fuiſſe autumnale tempus. VITrea: ſplendida ut uitrum. SPARgitur. impletur. PRVinis: Iuuenalis. Iam læti ferro cedente. PRVinis: autumno.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Incertũ uígilans a ſomno languída: mouí
Theſea prenſuras ſemiſepulta manus.
Nullus erat: referoq; manus: íterũq; retento:
Perq; thorũ moueo bracchía: nullus erat.
Excuſſere metus ſomnum: conterríta ſurgo:
Membraq; ſunt uíduo præcípítata thoro.
Protínus adductís ſonuerũt pectora palmís:
Vtq; erat e ſomno turbída rapta coma ẽ.
Luna fuít: ſpecto: ſi quíd níſi líttora cernam:
Quod uídeant oculí: níl níſi líttus habent.
Nũc huc: nũc ílluc: & utroq; ſiñ ordíe curro.
Alta puellares tardat harena pedes.
Interea toto clamantí líttore theſeu:
Reddebãt nomen concaua ſaxa tuum.
Et quotíẽs ego te: totíens locus ípſe uocabat:
Ille locus míſeræ ferre uolebat opem.
Mons fuít: apparent frutíces ín uertíce rarí:
Híc ſcopulus raucís pẽdet adhæſus aqs.
Aſcendo: uíres anímus dabat: atq; íta late
Aequora proſpectu metíor alta meo.
Inde ego: nam uẽtís quoq; ſũ crudelíbus uſa:
Vídí præcípítí carbaſa tenſa noto.
Aut uídí: aut certe cum me uídíſſe putarem:
Frígídíor glacíe: ſemíanímíſq; fuí.
Nec languere díu patítur dolor: excítor íllo:
Excítor: & ſumma theſea uoce uoco.
Quo fugís exclão: ſcelerate reuertere theſeu:
Flecte ratem numerum nõ habet ílla ſuũ.

ANTO. ℭ INCertum: quæ non omnino eram expergefacta: ſed adhuc in ſomno langueſcebam. METus excuſſere ſomnum: timiditas ſomnum excludit: ideo qui altiſſime dormiunt ſi moleſta obiiciantur ſomnia: unde timere cogantur a ſomno excutiuntur. LVNa fuit: nondum omnino illuxerat dies. SPecto. ſi quid niſi littora cernam: mouet miſericordiam a cura. CONcaua ſaxa: naturale eſt ut ecco in locis concauis reſpondeat. Nam ut ſcribit Ply. uoces reciprocæ ex percuſſo aere in montibus ſinuoſis & conuallibus qm̃ non eſt uagandi liberrimus campus ſed obiectu reflectitur. LOCus ipſe ſonabat: ecco mihi reſpondebat. ILLe locus ecce quanta ſæuitia arguit theſeum ut immoto theſeo ad miſericordiam inanimata concitet. MOns fuit: drion uidetur ſignificare: in quem a baccho delatã ariadnam diximus ubi nunquam deinceps cõparuit. RARi: quo minus uiſu impedirer. PENdet ſcopulus: mari imminens abluitur. INDE: ex monte quem aſcenderam. VENtis crudelibus: tres deos ſibi aduerſatos eſſe narrat: uentos: ſomnũ: & fidem. PRAecipiti: ut me fugeres toto uelo uẽtos excepiſti: perniciſſime nauigans. AVT uidi: a dubitatione mouet miſericordiam fieri inquit poteſt: ut tuam nauim non uiderim ſed uoluntas me impulerit: ut te uidiſſe exiſtimarim. QVO fugis: cum ſtomacho legendum uerbum: hoc inuidioſe poſuit. SVVm numerum· deeſt enim ariadna.

VBER. ℭ INCertum: ſubaudi eſt: uel pro incerte poſuit. LANguida: cadentia: & debilia. PREſſuras: tracturas. SEMiſopita: ideſt ſemidormiens. puto tamen eſſe legẽdum ſemiſepulta: ut uerſus ſtet: quod idem erit in ſenſu quod ſemiſopita: ut Virgilius in ſexto æneí. tandem cuſtode ſepulto: ubi Seruius exponit: ideſt dormiente: cum autem ſopor corripiat primã: ut apud Vir. Alituum pecudumq; genus ſopor altus hẽbat. Sopire & ſopitus primam ꝓducit. Oui. li. vii. met. Soluerat alta qes nullo cũ murmure Serpens Sopitis ſimilis nullo cũ murmure ſerpit idem lib. ſupradicto peruigilem ſuper eſt herbis ſopire draconem. Aduertendum eſt igitur ſemiſopita male legi cum ſemiſepulta: ut diximus legẽdum ſit: quod idem ſignificat quod ſemiſopita. ut ex textu Virgiliano patet. NVLlus: pro non ponit. qa de theſeo ſolo intelligit. uel nullus: nec theſeus: nec alius. REFero: iterum fero. RETẽpto: ideſt ſæpius tẽpto. EXCuſſere: expulere. & uiolẽter remouere. PRAecipitata. i. celeriter demiſſa. VIDuo: derelicto a te marito meo. SONuerunt: propter ꝑcuſſionẽ. ADDuctis: retractis. VT. i. ſicut. ERat turbida: ideſt turbata & incompta. A SOmno: ideſt propter ſomnum quia dormiendo turbãtur capilli ab ordine. & cultu ſuo. RVPta eſt. i. dilacerata. LVNa: ideſt ſplendor lunæ. NISi. i. præter. VTRoq; in utranq; partem. ſ. huc & illuc. SINe ordine. ideſt ſine ratione. TARdat: impedit. PVEllares: ideſt meos: quæ ſum puella: quia difficilis eſt curſus per harenam. REDdebãt: nomen. ſcilicet per ecco. ideſt per reſonationem: nam ichoo græce reſono ſignificat. unde Echo dicitur uox: quæ ex concauis & deſertis locis ex clamore redditur: quæ aliquando ſecundum fabulas nympha fuit in ſolam uocem reſpondentem a Iunone mutata: ut ſcribit Ouidius libro tertio metamorphoſeos. CLAmanti: ſcilicet mihi: ideſt uocanti alta uoce. TOTiens. locus ipſe. uo. quia Echo reddit eadem uerba. Ouidius in fabula Narciſſi: & Echoos & totidem quot dixit uerba recepit. FERre opem: quia quod tu nolebas facere ipſe faciebat ut mihi reſponderet. MONs: fuit: deſcribit locum ex quo dicit ſe proſpexiſſe nauem Theſei & eam uidiſſe. FRVtices: arbuſculæ. ADEſus: corroſus. & cauatus. VIRes animus dabat: qa occurrebat poſſe obiici qũo poteras aſcendere dicit: animus dabat uires: qa nemo eſt tã imbecillis & timidus: quẽ aĩus & mira cupiditas aliqđ faciẽdi: nõ faciat & fortẽ & audacẽ. METior: cõtẽplor. MEO proſpectu· meis oculis: proſpicere autem eſt procul. i. lõge aſpicere. INDe: ex eo monte. NAM uentis &c. parentheſis. QVoq; etiam ſicut te. fuerunt. n. crudeles: quia te cito auferebãt. PRAecipiti: feſtino. aut certe cũ putarem me uidiſſe: quia ſæpe ex affectu animi putamus nos uidere ea quæ non uidemus. FRIgidior glacie hyperbole eſt. i. ſuperlatio. i. oratio ſupra uerum. SEMIanimus. i. ſemimortua. LANguere. i. ita eſſe ſtupidã. ILLo. ſ. dolore. EXCitor: conduplicatio eſt. SVMma: maxima. REVertere. redi. ĩperatiui ẽ modi. NVMerum ſuum. i. omnes: qui in ea eſſe debent.



Hæc ego: qđ uocí deerat: plãgore replebã:
Verbera cum uerbís míxta fuere meís.
Sí non audíres: ut ſaltem cernere poſſes:
Iactatæ late ſígna dedere manus.
Candídaq; ímpoſuí longæ uelamína uírgæ:
Scílícet oblítos admonítura meí.
Iamq; oculís ereptus eras: tunc deníq; fleuí:
Torpuerant molles ante dolore genæ.
Quíd potí⁹ facerẽt: quã me mea lũína flerẽt
Poſtquã deſierant uela uídere tua.
Aut ego díffuſís erraui ſola capíllís:
Qualís ab ogygío concíta baccha deo.
Aut mare proſpícíens ín ſaxo frígída ſedí:
Quãq; lapís ſedes: tam lapís ípſa fuí.
Sæpe thorũ repeto: q nos acceperat ambos:
Sed non acceptos exhíbíturus erat.
Et tua quæ poſſum: pro te ueſtígía tango:
Strataq;: quæ membrís íntepuere tuís.
Incũbo lachrymíſq; thoro manãte ꝓfuſís:
Preſſímus exclamo: te duo: redde duos.
Vením⁹ huc ambo: cur nõ díſcedím⁹ ambo:
Perfíde pars noſtrí lectule maíor ubí eſt.
Quíd facíã: quo ſola ferar: uacat íſula cultu:
Non homínum uídeo: nõ ego facta boũ.
Oẽ latus terræ cígít mare: nauíta nuſquã eſt:
Nulla per ambíguas puppís ítura uías.

ANTO. ℭ PLAngore replebam: cum a clamore diſcedebam: me ut in ſummo dolore ſit uerberabã. MIXta: interdum & clamores cum uerberibus confundebam. IACtate manus: ne obliuionem forte in cauſa eſſe diceres ſigna tibi dedi manibus late iactatis. CANdida uelamina: ecce aliud ſignum quo relictæ theſeus admoneretur. ſubſtuliſti inquit longo trunco album uelum. IAMq; oculis ereptus eras: firmat non putaſſe: ſed omnino Theſeum abeuntẽ uidiſſe. TVM deniq; fleui: ereptus meis oculis erupi in lachrymas: antea enim præ ſtupore & cura flere non potui. ME: calamitatem & fortunam meam. AVT ego diffuſis: patos a corporis habitu augetur enim cõmiſeratio ſi cũ ſolicitudines noſtras expoſuerimus corporis habitum: q fortunã ꝑſentem deceat ſubiectamus. QVALis ab ogygio: comparatione demõſtrat qualis fuerit ariadna. CONcita baccha: bacchi ſacerdos numinis furore concita ſparſis crinibus: ſine ordine fertur qualiter in metamorphoſi Agauẽ deſcribit. OGYgio deo: bacchum ſignificat: cuius noĩe thebas claras eſſe. Ply. ſcri. ubi ogyges regnauit: a quo thebani ogygii dicti ſunt. LAPis ſedes: non minus erã ego quæ ſedebam lapis quam ſaxum: quod mihi ſedem ꝑbuerat. SAEpe thorum repeto: perſiſtit adhuc in ea curarum expoſitione. TVA ueſtigia: quæ ſigna thoro reliquiſti. STRataq;: ſtrata ut Vlpianus & labeo definiũt q̃ ſternunſ oĩa ueſtimenta dicimus: ut ueſtes ſtragulas & per iſtromata. PREſſimus exclamo te duo: patos ab allocutiõe ad rẽ animatam. VACat inſula cultu: licet hiſtoriam uertere ut moueat orator: tradit Cice. ideo ut a ſolitudine miſericordiam cõcitet cultoribus naxon uacare dicit: cũ ea tempeſtate eſſet cultiſſima. Multo ante butes boreæ filius cum eam inſulam tenuit: cum lycurgi fratris inſidias fugeret inſulamq; cum antea ſtrongyle uocaretur diam appellarunt: poſt paulo cum thraces illam deſeruiſſent: cares ex lamia profecti duce naxo inſulam occuparunt: & a duce naxon appellarunt. NOn ego facta boum: hoc oĩo hiſtoria nõ caret: nã licet inſula uictibus feraciſſima ſit Diodorus tamen ſcribit ſiccitate a thracibus fuiſſe deſertam.

VBER. ℭ HAEC ego: ſcilicet dicebam. PLANgore: percuſſione. VErbera cum uerbis: quia & clamabam & feriebam pectus meum. SI non audi: dicit ſe etiam feciſſe ſigna motu manuum: ut ſaltem uideretur a Theſeo. IACtatæ: motæ. Iuuenalis. A facie iactare manus. VELAmina candida: lineum pannum. LOngæ uirgæ. i. perticæ. SCIlicet: certe quaſi dicat hac ſola cauſa. ADMonitura: reductura in memoriam. OBLitos: te & ſocios. EREptus oculis. i. non amplius uidebaris a me. TVNc deniq; fle. quia antea clamaueram & me percuſſeram tantum: nec potueram præ dolore lachrymari. TORpuerãt: factæ erant ſtupidæ. GENæ: oculi. DOLore: propter dolorem. QVID facerent: quaſi dicat nihil. NISi flerent: me ideſt miſeriam meam. aliqui legunt te ideſt diſceſſum tuum: ſed melius me. DESierant: ceſſauerãt. AVT ego: dicit quid egerit poſteaquam non amplius uidit nauem Theſei. ERRaui: huc illuc iui. DIFfuſis ſparſis. QVAlis: facit comparationem. dicit enim ſe ſic præcipitem cucurriſſe ſicut currunt ſacerdotes bacchi cum dei ſui numine ſtimulantur. BAccha: mulier Baccho ſacrificans. CONcita: commota. A DEO Ogygio: ideſt a Baccho Thebano. Ogygius rex fuit Thebanorum. Bacchus autem ex Semele filia Cadmi q Thebas condidit: natus eſt: ut ſcribit Ouidius in metamorphoſi. Bacchæ autem ſolent præcipites huc illuc currere. Phædra ſupra. Nunc feror ut bacchi furiis eleides actæ. IN SAxo: in monte ſaxeo. TAM lapis fui ideſt ita fui frigida & ſtupida ut eſt lapis: ſicut lapis fuit ſedes mea. REPeto thorum reuertor ad lectum. EXHibiturus: redditurus. PRO te: loco tui. STRata: culcitram lecti a ſternendo dicta. Ouidius in primo de amoribus. Eſſe quid hoc dicam. quod tam mihi dura uidentur Strata. INTepuere: incaluere: quia illic cubuiſti. INCumbo: ſcilicet ſtratis: ideſt impono os meum ſuper lectum. PROfuſis: largiter effuſis. MAnante: fluente: & madido. DVO ego: & Theſeus. MAIor pars noſtri: Theſeus: quia maritus maior eſt uxore. LECtule: contumeliæ & indignationis cauſa diminutiuo uſa eſt. QVO ferar: ideſt quo ire debeo. VACat: caret. CVLtu: uel cultura terræ: uel certe habitatione. FACta hominum: ut ſunt ædificia. FActa boum: ut pote terras cultas. CINgit: circundat. OMNe latus: ideſt omnem partem. NAVita: ideſt nauta. eſt autem Epecteſis: ideſt extenſio dictionis. AMBiguas: dubias: quales ſunt uiæ maris.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ANTO. ¶ FINge da.co.mi.figmẽto utiť:qđ genus allocutiõis hermogenes plaſaia hoc eſt figmẽtũ appellat:eſto inquit ut ſint mihi parata nauigia ad nauigãdũ. TERra pa.in pr̃iam reditus nõ dať. TEMperet ut uen.licet æolus ſecũdos emittat uẽtos. NOn ego te cre.hac elocutiõe ad patriã qua ſe frui non licere dicit patos excitat. CENtũ p ur.cẽtũ urbib' hĩtatã cretẽ Home.ſcri.PVEro cognita ter.io.arati carmẽ eſt q germanicus cæſar latinum fecit eo indicať iuppiter in creta nutritus: cũ de cynoſura & helice loqtur quæ iouis nutrices feruntť. Creſia uos tellus aluit moderator olympi. DONauit cœ.meritũ cuſtodia fecit. Quod fidei comites prima ĩcunabula magni. FOVerũt:iouis attonitæ cũ furta parẽtis. Aera pulſantes mẽdaci cymbala dextra. Vagitus pueri pr̃ias ne tangeret aures. Dicta exercerẽt dñæ famuli corybãtes. IVSto pẽte:minos cretẽſibus leges dedit:ut ſcri.Diodo. TEcto recuruo:labyrinthũ intelligit quẽ ariadnes bñficio reſoluiſſe Theſeũ diximus. DEDi fila p du.nõ mõ fila:ut dedalus mõſtrarat ad reſoluẽdũ labyrinthũ:ſed coronã quã a Baccho accepiſſe,ſcribit Hyg. cuius fulgore loci tenebras ſuperaret. PER ego ipſa picula iuro:iuſiiurandũ repetit ut pfidiæ honeſtior uideať expoſtulatio:eſt inquit fides iureiurando firmata. NON ſum tua:qñ deſtituta ſum. SI Modo uiuit fœ.negat ſe uiuere poſſe in ea ſolitudine: de cõiugio ſpopõderat theſeus:ut ipa pulcherrime apud Catullũ his uerbis q̃riť. At nõ hæc quõdã nobis pmiſſa dediſti. VOCe mi.neq hoc miſere ſperare uidebas. SED cõ.leta.ſed optatos hymeneos. Quæ cõtra næreidi ſerpũt irrita uenti. Me quoq mactaſſes a leti gñe mouet patos. FRAtrẽ:minotaurũ intelligit quẽ Theſeus iteremit. SOLuta nõ decepta. NAM ego nõ tã.cõmiſeratio ẽ quæ excitať recordatione eorũ q nobis rõne pñtis caſus grauiora poſſunt accidere. QVAe ſum paſ.mortẽ indicat:de q̃ forte deliberarat. MORſq mi.pœ. moleſtius ẽ mihi uiuere diutius quã ſi cõfeſtim interirẽ. Nã poſtq̃ deſtituta ẽ a Theſeo ſe uixiſſe negat cõfecta dolore horis ſingulis interibat. IAM iam uẽ:exponit quid uidẽdi morã moleſtam faceret:timeo inquit lupos ne me laniẽt. FVLuos leo.in naxo immo in europa non ſunt leones ut Ariſtoteli placet:niſi ad Acheloum amnem:in aphryca tamẽ ſunt ferociſſimi & Syria:quos tamen ferocia affirmant ſuperari ab his:q in europa gignunť. TYgres hẽt:in naxo nõ pueniũt tygres:qs idi & Hyrcani mittũt octauius mãſuefactã populo Romano oñdit.

Finge dari comiteſq; mihi: uentoſq;: ratẽq;:
  Quid ſeq̃r: acceſſus terra paterna negat.
Vt rate felici pacata per æquora labar:
  Temperet ut uentos æolus: exul ero.
Non ego te cretæ centũ digeſta per urbes:
  Aſpiciam: puero cognita terra ioui.
Nam pater: & tellus iuſto regnata parente:
  Prodita ſunt facto nomina cara meo.
Cũ tibi: ne uictus tecto morerere recuruo:
  Quæ regerent paſſus pro duce fila dedi.
Tũ mihi dicebas: per ego ipſa picula iuro:
  Te fore: dũ noſtrũ uiuet uterq; meam.
Viuimus: & nõ ſum theſeu tua: ſi mõ uiuit:
  Fœmina periuri fraude ſepulta uiri.
Me quoq;: qua frẽm mactaſſes iprobe claua:
  Eſſet: quã dederas: morte ſoluta fides.
Nũc ego nõ tãtũ quæ ſum paſſura recordor:
  Sed quæcunq; poteſt ulla relicta pati.
Occurrunt animo pereundi mille figuræ:
  Morſq; min⁹ pœnæ quã mora mortis hẽt:
Iam iam uẽturos aut hac aut ſuſpicor illac:
  Qui lanient auido uiſcera dente lupos.
Forſitan & fuluos tellus alit iſta leones.
  Quis ſcit an hæc ſæuas iſula tygres hẽt:

VBER. ¶ FINge:ideſt pone.i.ponatur:quod ego inuenirem comites:& naues:quo tamen ire deberem. QVID ideſt quem locum. ACCeſſus.i.aditus. VT.i.quãuis. LABar:ideſt nauigem:& celeriter eam. Virgi.in.iii. ænei. Et tñ hãc pelago præterlabere neceſſe eſt. TEMperet uentos.i.licet det mihi uẽtos ſecundos. EXVLero.i.nõ hẽbo tñ quo eã. NON ego:dicit nõ licere ſibi adire Cretã in qua regnabat pr̃ ſuus:quia eũ pdiderat:& ut ſupra diximus:clã eo diſceſſerat. DIGeſta:diuiſa. PER centũ urbes:hẽbat enim olim Creta centũ urbes. COGnita ioui puero:quia iuppiter illic nutritus eſt.dixim' ſupra in epiſtola Phædræ. Eſt mihi dotalis tellus iouis inſula cretæ. REGnata:participiũ ſine uerbi origine. NOMina ca.ſ.pr̃ & pr̃ia. PROdita: decepta:offenſa. CVM tibi:dicit ſe pdidiſſe patrẽ & pr̃iam ut pdeſſet Theſeo. CVM:ſubaudi tũc.ſ.ſũt pdita. CVM dedi fila:quæ regerẽt paſſus. PRO duce.i.loco alicuius:qui te duceret. NE tu uictus.ſ.a Minotauro. MORerere:perires. TECto re.periphraſis labyrinthi.ſic ſupra.Phædra curua meæ fugit tecta ſororis ope. IVRo:uerba quibus utebatur Theſeus ad Ariadnem. FORe:ideſt futuram. DVM:ideſt dõec. SI Modo uiuis:ad ſe ipſam conuertit ſermonem Ariadne corrigens quod dixerat uiuimus:uult enim hoc dicere uiuimus ambo.ſi modo o miſera fœmina Ariadne potes tu dici uiuere:quæ es ſepulta fraude Theſei SEPulta:ideſt quaſi mortua.non quod eſſet ſepulta. MACtaſſes:deeſt utinam. QVA fratrẽ:ſcilicet mactaſti:hoc eſt Minotaurum. SOLuta:liberata:quia fides & obligatio coniugii ſoluitur ipſa morte. QVæ ſum paſſura.i.quæ ſunt mihi accaſura. VLLa relicta:ſicut ego. OCCurrunt:offerunt. SED mille fi.mille formæ. MORſq mi.i.minus graue & pœnoſum eſt mori:q̃ expectare & tardare ipſam mortẽ. MORa.i. dilatio. IAM iã:mox:ſubito. AVT hac aut il.i.ex oĩ parte inſulæ. VIScera:mea. AVIdo:famelico. ISTa p hæc. FVLuos:a colore:nã ut Ag.ſcri.fulu' ex uiridi & ruffo cõſtat.dať aũt hoc epithetõ fuluus & auro & leonib'. QVIs ſcit.i.qs põt ſcire.cũ nẽo hic hĩtet. SAEuas tygrides.i.feras & nimium crudeles:abũdãt aũt apud hyrcanos & indos nimis tremendæ uelocitatis de cuius natura ſcribit Plynius lib.viii.



ANTO. ¶ MAGnas phocas:monſtra marina ſunt phocæ quos uitulos marinos dicimus altiſſimo ſomno pmuntur:ut ſcribit Ply.eius pellã fulmine afflari negãt. TANtũ ne religer:ſeruilẽ conditionẽ detractat:cui oẽ genus mortis præponit. CVI pater eſt minos:commemoratione priſtinæ fortunæ propoſitum tuetur. SImulacra deorum:aſtra deos appellat:ut ſtoicis placuit quæ ferarum imaginibus cœlo deformata uiſunť: ut apud germanicum cæſarẽ:licet intueri.hoc non caret hiſtoria:nam ariadna cũ corona in cœlo tranſlata dicitur coronaq tñ conſpici. VIVeret an.is fuit unus ex minois liberis quem ægeus theſei pater interemit: cũ dubitaret ne athenienſe imperium cũ filiis pallãtis:quorum amicitia fruebatur ſibi adimeret unde coacti ſunt athenienſes:ut minoi pœnas pẽderent annis ſingulis mittere pueros ſeptem & totidẽ uirgines ut minotauro deuorandi traderentur: cum ſors theſeo contigit beneficio ariadnes minotaurum:reſoluto labyrintho trucidauit:ut inquit athenienſes non interemiſſent Androgeum:q̃m tu ad perimẽdum minotaurum non nauigaſſes:nec ego deſerta quærerer. Hæc exoptatio ad mouendum cõmiſerationem maxime accõmodata eſt: qualis illa eſt uirgilianæ didos. FOElix o nimium: fœlix ſi littora tm̃. Nunq̃ dardaniæ tetigiſſent noſtra carinæ. Funeribus tuis corporibus tuorũ & puerorũ & uirginum qui tradebantur minotauro deuorandi. Ariſtoteles tamẽ negat mactatos eſſe ſed ſeruorum loco habitos deinde miſſos cretenſibus delphos:cũ ſibi ipſis uictũ miniſtrare nõ poſſent in italiã migraſſe:tenuiſſeq iapigiam.deinde in thraciã deuertẽtes Both eos eſſe appellatos. TERra cœcropi:acticã ĩtelligit quã cœcrops tenuit. ARdua par.ui.dextera minotaurum circũſcribit: NON equidẽ miror:commemoratis beneficiis adſtruit ut duritiem crudelitatẽq in theſeo expoſtulet. Si ſtat uictoria:ſi uiciſti. CREtæam humum: ſi cretenſes uiderunt ſtratum tua duritie minotaurum.

Et freta dicuntur magnas expellere phocas:
  Quis uetat & gladios per latus ire meum.
Tantum ne religer dura captiua catena:
  Ne ue traham ſerua grãdia penſa manu.
Cui pater eſt minos: cui mater filia phœbi:
  Quodq; magis memini q̃ tibi pacta fui:
Si mare ſi terras porrectaq; littora uidi:
  Multa mihi terræ multa minantur aquæ.
Cœlum reſtabat: timeo ſimulacra deorum.
  Deſtituor rapidis præda cibuſq; feris.
Siue colunt habitantq; uiri: diffidimus illis:
  Externos didici læſa timere uiros.
Viueret androgeus utinã: nec fata tuliſſes:
  Impia funeribus cœcropi terra tuis.
Nec tua mactaſſet nodoſo ſtipite theſeu:
  Ardua parte uirum: dextera parte bouẽ:
Nec tibi quæ reditus mõſtrarẽt fila dediſſem:
  Fila per adductas ſæpe recepta manus.
Non equidem miror: ſi ſtat uictoria tecum:
  Strataq; cretæam bellua ſtrauit humum:

VBER. ¶ EXPellere.i.eiicere in ſiccũ. PHocas.i.uitulos marinos.ita.n.dicunť a nobis.q licet inter aquatilia noienť:tñ & pilo ueſtiunť:& aĩal pariunt: & in ra noctu dormiunt. Virg.iiii.geor. Sternũt ſe ſomno diuerſo i littore phocæ.nullũ aũt aĩal teſte Ply.grauiore ſomno pmiť.inde Iuue.dixit eripiũt ſõnũ druſo uituliſq marinis. QVIS uetet.q.d.nullus:põt.n.uenire aliqs q me gladio tranfodiat. TANtũ.q.d.ſupradicta nõ multũ curo. TANtũ:ſolũmõ.ſ.timeo. NE religer.i.abducar ligata.tanq̃ captiua. NE Traham:ex colo deducam. PENſa:lanas ad pẽſum datas. MANu ſerua.i.ſeruili. CVI.i.ego cui. MINos:hẽt Emphaſin.q.d.filius iouis & europæ rex Cretæ. MATer:paſiphae filia Phœbi dcm̃ eſt ſupra in epiſtola Phædræ. QVodq ma.i.qđ plus ẽ. QVAe fui pa.ti.q fui ſponſa tua.pluris.n.hoc facio q̃ patris & matris genus. SI Mare:dicit ſe undiq uidere ſibi parata pericula. PORrecta:extenta longa. MVLta.ſ.mala & pericula. COElum reſtabat.ſ.unde nõ eẽnt mihi pericula. SIMulacra:figuras:in q̃s dei dicunť ſe mutare. PRAeda:rapina. CIBus:eſca.i.deſtituor rapienda aut deuorãda a feris. SIVe co.i.ſi ẽt hĩtant. DIFfidimus.i.nõ fidimus. EXTernos.i.hoſpites. LAEſa.ſ.a te:qa nũc timeo ne oẽs noceãt mihi:ſicut tu nocuiſti. VIVeret androgeos:muliebre ẽ:ut ſæpius diximus:longe repetere cãs ſuorũ malorũ.ſic in prima epiſtola penelope. O utinã tunc cũ lacedæmona claſſe petebat &c.dicit igiť quod poſſet optare.qđ Androgeos frater ſuus nunq̃ fuiſſet interfectus inuidia Athenienſiũ:quia Athenieſes non coacti fuiſſent uicti a Minoe mittere ſeptem corpora filiorum & ſeptem filiarũ quotannis ad Minotaurum ut ſupradictum:& ſic Theſeus nunquã ueniſſet in Cretã:& per conſequens ipſa nunquam fuiſſet ab eo decepta. ANDrogeos nominatiuus eſt atticus cuius ultima longa ẽ:quia eſt omega.fuit autem filius Minois & phaſiphaes:qui cum eſſet fortiſſimus Athleta ab Athẽienſibus p inuidiã interẽptus ẽ:ob quã cãm Minois cõtra eos bella mouit & uictis eas leges impoſuit quas ſupra diximus. O TErra cœcropi.i.Athenienſis.eſt autem uocatiuus a forma patronymica Cecropis.Cecropidos.fuit autem Cecrops rex Atheniẽſium:qui primus apud eos maris & fœminæ legitimam coniunctionem inuenit:ex quo finxerunt eum fuiſſe geminæ naturæ:ab eo Athenienſes Cecropidæ dicuntur. IVISſes:ſoluiſſes purgaſſes. IMPia fata.i.crudelem mortem Androgei. FVNeribus tuis.i.mortibus tuorum. STIpite:trunco. ARDua:ex quantitate ſyllabarũ diſtniguendi ſunt caſus:ut nõ dicamus ardua parte:ſed dextera tua ardua.i.in altum ſublata ad inferẽdum maiorẽ ictũ. NEC mactaſſet uirũ parte.ſ.una. ET Bouem parte.ſ.altera.& ita eſt periphraſis Minotauri. MONſtrarent reditus.i.regreſſus ad locum per quem introieras in labyrinthum. SAEpe recepta.i.ſæpe reuoluta. ADductas:flexas.& retractas. NON equidem:obiicit ei nimiam duritiam. STAt.i.eſt. STRata:interfecta. BELlua:Minotaurus. STRauit:ideſt.texit uel percuſſit.aliqui legunt tinxit.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ANTO. ℂ NON poterant figi: non inquam ſuperaſti tua uirtute: ſed quia tãta durities uulnerari nõ põt. ERAs tutus: ſine armis pugnare potuiſſes: cũ ſis ferreus. HAbes the. hypbole poetica eſt: theſeũ. n. uſurpat ꝑ materia quæ omnem ſuperet duritiem. CRVdeles ſomni: dolor cogit: ut in deos etiam excandeſcat. INErtẽ: ſecuram adeo ut nihil ſentirem. AT. ſaltem hoc loco ſignificat: ſaltem inquit me & una nocte hoc eſt morte preſſiſſetis. OFFicioſa: nimium parata & curioſa ad meam miſeriam. DEXtera crudelis: ex ſæuitia ad perfidiam trãſit: nõ minus inqt ꝑfidũ quam difficilẽ fuiſſe adſtruit. INAne: nullius efficaciæ. IVRarũt: conſpirationẽ fecerũt. DIIS imputat factũ: ut & ipſe omnino culpa uacet: & Theſeo nõ ſit liberꝝ ab incepto curſu reuocari. Si inquit ita ſomnus fides & uenti ſtatuerũt: theſeuſq; eſt duriſſimus nullo pacto reuocari poterit. Sed mihi moriẽdũ ẽ. ERGo ego nec lachry. adſtruit in morte incõmoditates: ut non mõdũ uixit: ſed poſt fata incommoda patiaꝛ. LAChrymas matris: flẽtẽ matrẽ ut decet in liberoꝝ funere. IBIT in auras pere. nõ tñ hoc dicit qđ in patria moreretꝛ. Sed cũ ſepulchro eẽt caritura eius ſpiritum errare circũ cocyti littora dubitabat. INHumata: ſine honore ſepulturæ. POSitos: extinctæ Ariadnes. HAEc ſunt officiis: ꝑteritã ingratitudinẽ obiectat. REDdis: inquit talia ꝑmia ꝑ dulci uita: ut ipſa apud Catullũ queritur. IBIS cæcropios portus: inuidioſe hoc dictũ ẽ intrabis pyræum athenaꝝ portũ. CELſus: honore: a triũphãtibus tranſlatio: qui inter cæteros eminebãt ſequente pompa. SAXea tecta: labyrinthi circũſcriptio eſt: erãt labyrinthi faſtigia ſaxis intexta: ut Ply. tradit. ME Quoq; narrato: nõ prætereas dũ tua recenſes me deſtituiſſe. NON ſurripienda: nõ debeo taceri ĩ tuoꝝ geſtoꝝ cõmẽoratione.

Non poterant figi præcordia ferrea cornu:
  Vt te non tegeres pectore tutus eras.
Illic tu ſilices: illic adamanta tuliſti:
  Illic: qui ſilices theſea uincat: habes.
Crudeles ſomni quid me tenuiſtis inertem:
  At ſemel æterna nocte premenda fui.
Vos quoq; crudeles uenti nimiumq; parati:
  Flaminaq; in lachrymas officioſa meas.
Dextera crudelis: quæ me: fratremq; necauit:
  Et data poſcenti nomen inane fides.
In me iurarunt ſomnus: uentuſq; fideſq;:
  Prodita ſum cauſis una puella tribus.
Ergo ego nec lachrias matris moritura uidebo:
  Nec mea q digitis lumina cõdat erit.
Spiritus infelix peregrinas ibit in auras:
  Nec poſitos artus unget amica manus:
Oſſa ſupſtabunt uolucres ĩ humata marinæ:
  Hæc ſunt officiis digna ſepulchra meis.
Ibis cœcropios portus: patriaq; receptus:
  Cum ſteteris turbæ celſus honore tuæ.
Et bene narraris lætum tauriq; uiriq;:
  Sectaque per dubias ſaxea tecta uias.
Me quoq; narrato ſolam tellure relictam.
  Non ego ſum titulis ſurripienda tuis.

VBER. ℂ NON poterãt: ecce cã: quare habuit uictoriam. PRAecordia: dicunꝛ quæ ſunt circa cor: ponũtur tñ pro omnibus inteſtinis. FERrea: dura. CORnu. ſ. minotauri. aliqui uolũt intelligere de tauro creteo quẽ Theſeus uicit: ſed nõ in creta: ſed apud Marathonem eum interfecit. FIGi: uulnerari. VT. i. quãuis. TEGeres: defenderes: ut Virg.: nec Apollinis infula texit. PECtore. i. duritia pectoris. TVtus: munitus. ILLic: in pectore tuo. SILices: lapides duriſſimos. ADAmãta: alibi diximus lapidem nimiæ duriciæ. HABes theſea: qui uincat. i. habes feritatẽ tibi ingenitã: quæ ẽ durior ſilicibus. CRVdeles: cõqueritur de ſomno a quo ſit tardata diſcedente Theſeo: apoſtrophat ad ſomnos. INErtem: ſopitã non ſentientẽ. AT ſemel: dicit quod ille ſomnus debuiſſet eẽ æternus ita qđ nunq̃ eẽt excitata: quia nũc nõ eẽt in tantis doloribus. SEMel uno tpe. AETerna nocte. i. morte. Virg. in æternam clauduntur lumina noctẽ. NIMium pati: qui tã cito Theſeũ abſtuliſtis. FLAmina: auræ: flatꝰ. OFFicioſa: prõpta. IN Meas lachry. i. ad faciẽdũ me flere. DEXtera. ſ. Theſei. FRAtrẽ: minotauꝝ. ET me: quia fuit ẽt cã meæ mortis. FIdes. ſ. fuit crudelis. NOMen inane. i. ſine effectu: ſic in primo de arte: nomẽ amicitiæ: nomẽ inane fides: nã cum dicaꝛ a fio ut uoluit Ci. nõ tñ fit qđ promiſiſti: & ita ẽ nomẽ ina. DATa. ſ. a te. POScenti: mihi poſtulanti. VNA. i. ſola. TRIbus cauſis. ſ. ſomno uentis & fide. ERGo: particula eſt non illatiua hoc loco: ſed indignatiua ingemeſcit. n. quod ſit moritura in illa inſula: ubi nullum ſentiat officium ſuorum. NEC uidebo lachry. matris. i. nõ uidebo matrẽ meã: quæ me morientẽ defleat. QVI condat. i. qui claudat: nam mortuis ſolebant propinquiores claudere oculos: ut ſupra in prima epiſtola. Ille meos oculos comprimat ille tuos. SPIritus. i. anima. PERegrinas: ignotas. POSitos artus. i. membra mortua. Virgi. Sic o. Sic poſitũ affati diſcedite corpus. IVNget: melius legitur unget. nam cadauera prius lauabantur: deinde ungebantur. Ennius Tarquinii corpus bona fœmina lauit & unxit. VOLu. mari. quæ ſunt uicinæ huic inſulæ. OSSa inhumata. i. ſtabunt ſuper oſſa mea carentia humatione & ſepultura. HAEc ſunt ſepulchra digna meis officiis: ideſt hæc ſunt officia talia: qualia merentur mea erga te beneficia: hironice dixit. IBIS: ut eum magis moueat: dicit: ut Theſeus meminerit cũ redierit Athenas: & narrabit res ſuas geſtas inter eas cõmemorare quẽadmodum decepit Ariadnem a quo tot tantaq; acceperat beneficia. CECropios: athenienſes. dictum eſt ſupra. PORtus: deeſt in prima urbe Athenarum. CELſus: altus. TVRbæ: populi. ET bene narraris: deeſt cum. & legendum eſt narraris: non autem narrabis. LOEtum: mortem. TAVriq; uiriq;. i. Minotauri. SAXea tecta. i. labyrinthum: TELlure: hac inſula. NON ego: deridet ipſum. & hironice loquitur. SVRripienda: remouenda. TVIs titulis: tuis laudibus.



ANTO. ℂ NEC pater eſt ægeus: ex æthra pythei filia & Aegeo natus ẽ Theſeus: ut Plutarchus ſcribit & nos retulimꝰ. AVCTores ſaxa fretũq; tui: aperta obligatio eſt qua Catullus apertiori utitur. Quæ nam te genuit ſola ſub rupe leena. Quod mare cõceptũ ſpumãtibꝰ expuit undis. Quæ ſyrtis quæ ſcylla rapax: q̃ uaſta carybdis. DII Facerẽt: ut me ſumma de puppe uideres: affectione utitur: mõſtrat. n. qualis ſit & qđ actum ſit ĩ miſerabili fortuna. NON oculis: quia abſens es. SED animo meditare: qualis eẽ poſſim. HAErentẽ ſcopulo: ſola ĩ eminenti ſaxo cõſederat calamitatẽ ſuã deplorãs: unde nauigantẽ conſpexerat theſeũ. GRAues: madidas lachrymaꝝ abundantia. CORpus horret: horrore torpeſcit. LABat littera: qa tremunt articuli horrore cõpreſſi: epiſtola rudibus notis eſt ſcripta. NON te ꝑ meritũ: ſolita dep̃catiõe epiſtolã claudit. ADOro te: nõ ꝑ meritũ: quia ingratitudine theſeũ ĩſimulat: nõ erat beneficiis dep̃candus. QVOniã male ceſſit: mihi fuit inutile: nã cũ g̃ras repẽdi expectarem in ſolitudine feris deuorãda relicta ſum. FACto meo: meis beneficiis q̃ in te contuli. SED nec pœna qdẽ: ſi nõ erã digna gratiis ꝑ collato beneficio: nõ eſt cur pœna ſim afficienda. NON ego cauſa ſalutis: exprobrat beneficia: Si negas me te eripuiſſe e medio leti turbine tamen ad necẽ tu me cogere ñ debebas. HAS tibi plangendo. Trãſlatio ẽ a uictis in prælio: qui cũ ſuccũberent manus tendere cõſueuerunt. LASSas plangẽdo pectora: q̃ iã langueſcũt dum me percutiũt. QVI Superant: cæteros laniatu aſſiduo decerpſi. TVA facta: ad ſæuitiã & perfidiã hoc refert. SI Prius: quã freta relegas naxõ uerſus. OSSA leges: in ſepulchro compones a feraꝝ dentibus decerpta: Ex peoniſii hyſtoria ſumptũ: q ſcribit: ut diximus ariadnã in cypro reliquiſſe nauigatione defeſſam: & cum rediret extinctã reperiſſe reliquiſſeq; pecuniã ad ſepulchri & funeris pompã.

Nec pater ẽ ægeus; nec tu pitheidos æthræ:
  Filius: auctores ſaxa fretumq; tui.
Dii facerent; ut me ſumma de puppe uideres
  Mouiſſet uultus mœſta figura tuos.
Nũc quoq; ñ oculis; ſed q̃ potes aſpice mẽte;
  Hærẽtem ſcopulo: quẽ uaga pulſat aqua.
Aſpice demiſſos lugentis more capillos;
  Et tũicas lachrymis ſicut ab imbre graues.
Corpus ut impulſæ ſegetes aqlõibus horrẽt;
  Litteraq; articulo preſſa tremente labat.
Non te ꝑ meritũ; qm̃ male ceſſit; adoro;
  Debita ſit facto gratia nulla meo.
Sed nec pœna quidẽ: ſi non ego cauſa ſalutis;
  Non tamen eſt cur tu ſis mihi cauſa necis.
Has tibi: plangẽdo lugubria pectora: laſſas
  Infœlix tendo trans freta longa manus.
Hos tibi q ſuperant oſtẽdo mœſta capillos:
  Per lachrymas oro: quas tua facta mouẽt
Flecte ratẽ theſeu; uerſoq; relabere uento;
  Si prius occidero; tu tamen oſſa leges.

VBER. ℂ NEC pater: ex nimia ira dicit eum non eſſe humano ſanguine genitum: ſed ex ſaxis. PATER ſcilicet tibi. ETHræ pyttheidos ideſt filiæ pytthei: ut ſupra diximus. AVCtores tui ideſt parentes: & ex quibus es genitus ſic Dido ad Aeneã apud Virg. li. iiii. æneidos. Non tibi diua parens: generis nec Dardanus auctor ꝑfide: ſed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus: hyrcanæq; admorunt ubera tygres. DII Facerent: nititur mouere eum ad commiſerationem ſui. VIDeres pro uidiſſes. MOEſta figu. ideſt aſpectus meus triſtis & lachrymoſus. MOViſſet ad miſericordiam & lachrymas deduxiſſet. NON oculis quia ex remotione locorum non potes oculis corporis me uidere. SED Mente ſed cogitatione. HAErentem ideſt finge uidere me ſtantem in ſcopulo ab aqua pulſato. DEMiſſos per humeros ſparſos. MORE lugentis ideſt more eius: quæ mortem alicuius mœret. TVNicas ſcilicet meas. GRAVes lachrymis ideſt madefactas. SICVT ab imbre ideſt ſicut ab aqua. CORpus dicit ſe præ dolore & timore tremere. SICVT ſegetes tremunt per uentos. HORRet tremit. IMPVlſæ motæ. AQVilonibus ideſt uentis: poſuit autem aquilones pro omnibus uentis: & hæc comparatio eſt etiam in primo li. de arte amandi de ipſa Ariadne. Horruit: ut ſteriles agitat quas uentus ariſtæ: Vt leuis in madida canna palude tremit. LITTera preſſa ideſt ſignata & ſcripta. ARTiculo ideſt digito. LABAT uacillat ideſt non habet rectum ordinem. NON adoro ideſt non oro nec adiuro. PER Meritum ideſt per beneficium quod tibi preſtiti. QVOniam male ceſſit ideſt male ſucceſſit mihi: quia male locaui ipſum. NVLLA gratia ideſt nulla retributio. SIT facto meo ideſt beneficio quod tibi feci. SED Nec pœna ſcilicet ſit meo facto ideſt ſi non uis reddere gratiam facto meo: non debes etiam reddere pœnam & malum. SI Non ideſt ſi non fui tibi cauſa ſalutis: ſicut fortaſſe tu exiſtimas. NON tamen eſt cur tu ſis mihi cauſa necis ideſt cur tu debeas eſſe cauſa meæ mortis. HAS dycticos ideſt demonſtratiue. PLAngendo ideſt percutiendo: tantum enim percuſſi pectora mea: quod ipſe manus ſunt laſſæ. TENdo porrigo. QVI Superant ideſt qui ſuperſunt & reſtãt nam reliquos præ dolore laceraui: & auulſi. TVA Facta ſcilicet crudelia: quia me deſeruiſti ſolam. FLEcte ordo pendet ab eo loco non te per meritum: huc uſq;. FLEcte ratem uerte nauem ad me recipiendam. RELAbere retro nauiga. VERſo mutato. SI Occidero prius ideſt ſi mortua fuero anteq̃ redeas ad me abducendum ex his locis. TV Feres oſſa ideſt efferes: & ſepelies. Concluſit autem epiſtolam per cõmiſerationem. Exitus rei fuit: quod Theſeus nunq̃ reuerſus eſt ad eam: ſed illa ĩuenta a Baccho in ea inſula facta eſt uxor eius: & trãſlata ĩ cœlum cum corona ſua: & facta eſt ſignum quod hodiequoq; dicitur Corona: ut ſupra alio loco diximus: eius autem tranſmutationem deſcribit optime ipſe ouid. li. i. de arte amandi & li. iii. faſtorum: & li. viii. metamorphoſeos.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ANTO.

ĩn.xi.epiſtolá Argumentum:

Ynas ex Méalippe æolũ genuit: q theſſaliæ parté téuit quá a ſe æolida nũcupauit filiá Arné habuit ex qua Neptun⁹ geminos Boetum & Aeolum ſuſcepit. Boetus ĩ aui materni regnũ ſucceſſit. Aeolus uero cũ ad ĩſulas thyrreni maris appelleret: quas lyparus Auſonis fili⁹ tenebat: accepta cõiuge huius filia ĩ regnũ ſucceſſit ĩſulaſq; de ſe æolias nũcupauit Deide ex Cleopatra: quæ erat ex genere leſtrygonũ: ſepté filios & totidem puellas ſubſtulit: licet Homerus duodeci tm̃ cõmemoret. Hi ſunt q nominãt mares Aſtiochus: Xuthus: Androcle⁹: Pheréon: Iocaſtes: Agatyrſus & Machare⁹ puellæ uero Iphe: Aeola: Peryboea: Dia: Aſtoicatia Hepheſtia: & Canace: oẽs ſi Diodo. credim⁹ ob gloriá & uirtuté ĩ maxĩo honore ſunt habiti p̃ter Canacé. Quæ cũ ex fratre Machareo filiũ pepiſſet cõperto facinore ſeipam iuſſu p̃ris trucidauit. Machareus ĩ téplũ Apollinis delphici cõfugit: qué uolũt cũ Oreſte ĩ necé Neoptolomi cõſpiraſſe. Moritura igit̃ Canace p epiſtolá Machareũ p̃cat̃ ut expoſiti infantis oſſa legat: & una cũ ſuis urna cõponat.



CANACE MACHAREO.

Si qua tam̃ cæcis errabũt ſcripta lituris:
Oblitus a dominæ cæde libellus erit.
Dextra tenet calamum: ſtrictũ tenet altera ferrum:
Et iacet in gremio charta ſoluta meo.
Hæc eſt æolidos fratri ſcribentis imago:
Sic uideor duro poſſe placere patri.

Si qua tñ cæcis errabũt ſcripta lituris: ĩperfectũ dicédi genus: ut queré té p̃pinqua nece ichoare decet relinquit̃. n. aĩo cõiiciédũ magiſq̃ uerbis explicari poſſit: ſunt. n. uocabula q̃ cũ pricipiis cõueniũt: ut q̃q̃: licet: & ſi: & cætera id gẽus Alia ſibi ſubiici deſiderãt. Alia quæ tm̃ ſubiicimus: ut ẽt uero: tñ. Sed q elegãtius locuti ſunt⁴ cũ aut idignationé: aut doloré exprimere uoluerũt: ut irã æſt⁹ aut q̃relas ſignificãtius oñderẽt q̃bus honeſte ichoare nõ cõuenit ab his ſumpſere pricipia: ut uirgiliana iuno: ad ueneré cũ idignatiõe loquit̃. Egregiá uero laudé: & ad æneá Dido diſſimulare ẽt ſpaſti p̃fide tãtũ poſſe nephas. Et ĩ triſtibus ouidius Ergo erat ĩ fatis ſcythiá quoq; uiſere nr̃is: Canace quoq; cũ ſcriberet cũ ante oculos gladiũ a patre miſſũ: ut illo ſe p̃imeret haberet ut decebat pricipio abrupto uſa é. SI Qua tñ inq̃t cæcis errabũt ſcripta lituris: ĩ hoc principio tacet̃ q̃d p̃cedere debuit. i. decreui ãte necé ad te ſcribere: tñ lr̃ãr̃ notæ quoquo mõ oblr̃atæ fuerit ſcias id cadẽtis canaces ſanguine obtigiſſe. LIBellũ: libellũ p̃ epiſtola uſurpat. DEXtra tenet calamũ: ab corporis habitu patos cõcitat. Ferrũ enſem ſignificat ab Aeolo miſſũ. AEOlidos: de ſe loq̃t̃: p̃inde atq; de alio narraret: is eẽ inq̃t habitus canaces æoli filiæ: forma hæc nominũ ut phillis: æneis: thebais: æolis & æolidos. DVRo patri: Aeolũ patrem in odium trahit dum illius crudelitatem exponit.

VBER.

Si qua tñ. Ex q̃ uxore Aeolus rex uẽtorũ ſuſcepit Canacé & Machareũ mihi ĩcertũ é: ſed tñ & Seruio teſte: & oui. ĩ hac ep̃lá ſcribẽte patet eos Aeoli filios fuiſſe: q cũ turpiter ſe amarẽt: & cõſãguinitatis p̃textu tegẽtes culpá cõcubuiſſẽt: Canace ex eo cõcubitu cõcepit & pepit filiũ qué cũ clá e regia p nutricé emitteret: ut aleret̃: ĩfelix ĩfans ſe ſuo uagitu p̃didit auo: q tãto offẽſus ſcelere: iuſſit infanté in nocuũ expõi cãib⁹. gladiũ uero p ſatellité miſit: quo illa p̃ meritis uteret̃: quo ſe ĩterfeciſſe credit̃. Machare⁹ poenæ & iræ patris metu territus ex p̃ria aufugit credit̃ q; fact⁹ ſacerdos delphici Apollinis: q poſtea uerbis oraculi Oreſté ĩ cædé pyrthi ob raptá Hermioné hortatus dicit̃ iterea dep̃héſo ſcelere Canaces: priuſq̃ moreret̃: fingit poeta eá ſcripſiſſe hác epiſtolá ad Machareũ: q̃ ei narrat caſũ ſuũ: & irá p̃ris: & poſtréo rogat: ut colligat oſſa ſua & ĩfantis: & una urna ea recõdat. SI Qua tñ ſũt q exiſtimãt hic aliq̃d deeſſe: q a tñ nõ uideat̃ cõuenire pricipio & ĩ q̃buſdá codicib⁹ ĩueni hos duos uerſus Aeolis Aeolidæ quá nõ habet ip̃a ſaluté Mittit & armata uerba notata manu In duob⁹ tñ codicib⁹ meis uetuſtiſſimis hi uerſus nõ legũt̃: q̃d aũt ãte tñ uideat̃ aliq̃d eẽ p̃ponẽdũ: plærũq; magis fit ĩ ſenſu q̃ ĩ uerbis: ná ĩtelligit̃ mitto tibi hác epiſtolá: tñ. SI Qua ſcripta. i. ſi aliquæ p̃tes meæ epiſtolæ. ER Rabũt. i. uacillabũt: & nõ hẽbũt rectũ ordiné. LITuris ſignis lr̃ãr̃ a liñédo: uel maculis. CAEcis obſcuris: q̃ ñ bñ poſſint legi. LIBellus ep̃lá uel charta. OBLitus foedatus. A CAEde p̃pcædé. DOminæ. i. mei Canaces. DExtra deſcribit caſũ ſuũ. FErrũ enſé Metonõia. STrictũ nudũ. IAcet ſedet: poſita é. SOluta apta. HAEc é imago hæc é forã: ĩ q̃ tu potes cõſiderar̃ me eẽ: AEo. mei canaces q̃ ſum filia Aeoli. SIC. hac forã. ſ. enſe p̃ato ad necé meá. DVro. crudeli adducit eũ ĩ odiũ cõmem orãs eius ſæuitiá



ANTO.

OPVS exigeretur: mandata efficerem: hoc eſt meipſam perimeré. OCVlis auctoris: æolũ ſignificat qui necis cãm p̃buerat. VT Ferus eſt: particula ut interdũ t̃pus ſignificat: ut Virgilianũ illud. Turnus: ut infractos aduerſo marte latinos in aſſina. plau. pro quantum uſurpauit: cũ argirippus dicit: ut ur̃æ fortunæ mei procedunt libane longe qui hodie nunquá ad ueſperũ uiuá: hoc loco cũ ſimilitudine exprimat: ita carminis licentia p̃teriit ouidius: ut illud in oratore Ciceronis eſt: cum dicit. ut quiſq; optime græce ſciret ita eſſe neq̃ſſimus. Hi locus: nos admonet in hac iunctura duarũ particularũ ita & ut nõ ſemper gradus reſpondere debere ut quibuſdá placuit. Ná ouidius ſiccis nõ ſiccioribus genis dixit: ut eſt inquit crudeliſſimus ita meá cædem nõ lachrymabundus inſpiceret. SCILicet eſt aliquid Scilicet: ſi cum acerbitate aliqua quadam efferatur q̃d dicimus negat: ut eſt apud Virgiliũ. ſ. is ſuperis labor eſt: & in andria Terétii: id curat populus. ſ. q̃d ita dictum eſt: ut nec dii: nec populus curarent: hoc loco affirmat ut ſi profecto multum é. INGenio uiolentiæ: ſunt. n. uenti iexorabiles & immites: ideo poetæ ſurda freta ſolent appellare q̃m orantium p̃ces nõ audiant uentorũ rabie impulſa: & Ariadnæ dixit Vos quoq; crudeles uenti. POPuli ſui: uentos ſignificat: quorũ nup in æolo Home. aſſignat: q̃d ideo putaſſe ueteres exiſtimo: q̃m uti uelis nautas edocuerit ſcierit æolus exalationem quæ ex antris æoliis emergebat: q uenti eẽnt ſpiraturi. Scythonio é Tracia ad ſeptẽtrioné expoſita unde aſpirat aquilo: quá diximus uetuſtiſſimo uocabulo Scythoné appellatá. ouidius quattuor illos uentos ponit: quos obſeruauit antiquitas & Home. in odiſſea cõmemorat: cũ multos alios obſeruauerit poſteritas: ut apud Pliniũ & Victruuium licet legere. TVmidæ nõ imperat iræ. Suá uiolẽtia moderari neſcit licet cohibeat uentorũ rabié. Vitiis ſuis: patri uitio dat crudelitaté: Superat inquit uentos aſperitate & ſæuitia q̃bus ĩperat. QVID iuuat admotá. patos a genere nihil p̃deſt me ducere genus a Saturno. Ná ut diximus Neptunus auctor eſt generis æoli cuius frater eſt iuppiter. ADMotá: iunctá proauorũ nomina: hi ſunt cælus: Saturnus Neptunus. FVNebria: ad meũ funebre exitiũ miſſa miſerat. n. æolus enſem p p̃coné ut ſe ipſá trucidaret. NON mea tela: foeminea tela ſunt colus: & cum ſtaminibus & lana calathus. O utiná patos a facti penitentia. COMiſit in unũ: uno lectulo coniunxit. Hora ſerior: meo leto: ante id téporis uellé cecidiſſe q̃m patris uiolentiá nõ experirer nec noſtri generis decus extinguere. Plus me frater quá frater amaſti: dolet q; Machareus nõ fratré: ſed amicũ ſe cum ſorore geſſerit: quod fuit pluſq̃ fratrem deceat.

Ipſe necis cuperé noſtræ ſpectator adeſſet:
Auctoriſq; oculis exigeretur opus.
Vt ferus eſt: multoq; ſuis truculentior eurus
Spectaſſet ſiccis uulnera noſtra genis
Scilicet eſt aliquid cum ſæuis uiuere uentis.
Ingenio populi conuenit ille ſui.
Ille noto: zephyroq;: & ſytonio aquiloni:
Imperat: & pennis eure proterue tuis.
Imperat heu uentis: tumidæ nõ imperat iræ:
Poſſidet & uitiis regna minora ſuis.
Quid iuuat admotá p̃auorũ nomina cælo:
Inter cognatos poſſe referre iouem.
Nõ minus infeſtum funebria munera ferrũ:
Foeminea teneo nõ mea tela manu.
O utiná machareu: quæ nos cõmiſit ĩ unum:
Veniſſet leto ſerior hora meo.

VBER.

IPSE. ſ. pater. SPEctator qui uideret. OPVS ideſt cædem meam. EXIGeretur p̃ficeretur. OCVlis. i. ĩ conſpectu. AVCtoris. ſ. patris qui eſt auctor: & cã: ut me interficiá. TRVculentior ſæuior. SVIS qui ſunt ſub imperio ſuo. SPEctaret ſiccis. i. uideret cædé meá ſine ulla effuſione lachrymarũ. SCIlicet. arguit a cõſuetudine. i. conuerſatione. dicit q̃d quia uerſatur. & uiuit cũ uentis: qui ſunt ſæui ipſe quoq; é ſæuus: & cõuenit naturæ uentorum. CONuenit facit. INGEnio naturæ. SVI populi. i. uentorum. ILLE noto. enumerat quattuor uentos. NOTo. notus ſine aſpiratione uentus meridionalis hũidus & pluuius: qui a noſtris auſter dicitur. Zephyrus autem occidentalis eſt: q latine fauonius dicitur. AQuiloni. i. boreæ: qui ab aquis diſcutiendis dicitur Aquilo latine. SITonio. threicio. flat. n. ex thracia. SIThon autem ut in ſecunda epiſtola diximus mons eſt Thraciæ. EVRus eſt uentus orientalis. de his omnibus uentis cardinalibus Ouidi. li. i. met. Eurus ad auroram nabatheaq; regna receſſit. Perſidaq;: & radiis iuga ſubdita matutinis Veſper: & occiduo quæ littora ſole tepeſcunt Proxima ſunt Zephyro: ſcythiam: ſeptemq; triones Horrifer inuaſit boreas contraria tellus nubibus aſſiduis: pluuioq; madeſcit ab auſtro. PENnis: quia uenti dicuntur habere alas: unde ipſe li. vi. met. de Borea abducente orythiam. dicit pauidam caligine tectus orythian amans fuluis complectitur alis. TVMidæ quæ tumidum facit. MINora ſuis uitiis. quia poteſt reprimere uentos: qui ſunt ſub regno ſuo: uitia autem ſua. i. iram non poteſt coercere. QVID iuuat admotam ſic legendũ eſt non autem ad mortem. eſt autem ordo & ſenſus. QVID iuuat. i. quid prodeſt. ME admotam noĩa proauorum. figurate. i. habentem noĩa proauorum admota ſicut oculos ſuffuſa nitentes. admota. i. appropinquata. POSſe referre. i. enumerare. IOVEm inter cognatos. i. poſſe dicere quod iupiter ſit de gẽte mea Aeolus aũt nõ hippotæ filius fuit: ut quidá male exiſtimant: ſed nepos: natus eſt. n. ex Segeſta filia Hippotæ troiani & Ioue. hæc eadé Segeſta a Crimiſo fluuio Siciliæ cõpreſſa genuit Aceſten: q poſtea in Sicilia regnauit. NON minus. i. nihilominus. ſ. licet ſim de gente Iouis. MVNera fu. i. apta funeri ideſt morti. eſt autem appoſitio figura p̃pter duo ſubſtantiua appoſita ſine copula: uidelicet ferrum & munera. Foeminea ideſt imbelli. NON mea tela. ideſt nõ mihi apta: aut conuenientia. O utiná optat ſe fuiſſe mortuam antequam coniuncta fuiſſet fratri ordo. O MAchareu hora quæ cõmiſit ideſt coniunxit. IN Vnum ideſt ſimul. VENiſſet ſerior ideſt tardior. MEo leto ideſt mea morte ideſt utinam prius eſſem mortua.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ANTO. ¶NON Debet quod ſoror eſſe nō decet ſororem ſe amicam cum fratre gerere. INCalui: amore incenſa fui. QVAlem: ut multi recenſere conſueuerunt ſenſi cupidinis uiolentiam. NEScio quē ſenſi: erat.n.omnis amor Canacæ ignotus. FVGerat ore color: ordiť quicquid poſt amorem & in amore geſtum eſt: & primum a ſignis quantum ipſa amarit indicat. Obduxerat: inuaſerat. Quid eet: qbus curis conficētaref. ET illud eram: amabam ideo curis angebar. ANImo: oculi qui ob ætatem rerum habent experiētiam. Deiecit ocellos.i.maximū erubeſcētie ſignū: qđ i ænea nō fore Dido uirgiliana qriť cū ait. NVMgenitu doluit nīo. num lumina flexit. HAEC ſigna: macies: uigiliæ: erubeſcētia. IN Tacita: cū me amare nō negarē ſed tacerē: uideť.n.fateri q rogatus tacet. IAMq; tūeſcebāt: hōeſte ꝑterit ut cū fratre iūcta ſit. VITiati: uitiatas dicius uirgīes cū pudicitiā poſuerūt ut terētia nū illud i andria: Glicerīū uiciat Pāphilus. ONVS furtiuū: fœtus furti cōceptus. QVas mihi non herbas partū ex utero excutere conati ſūt herbaꝝ ſuccis: ex qs maxīe ualere ſiſimbriū ſcribit pli. ſi cibo aut ſucco ſumať. Suppoſuit utero appoſuit ad excutiēdū fœtū. POEnitus: ex ītimo utero ē. ADmotiſ artib⁹ medicāinibus adhibitis excuti nō potuit. TECtus clauſus utero. AB Hoſte: nutricē ſignificat: q illū perimere conata eſt. IAM nouies erat orta ſoror pulcherrima phœbi: erat decimo menſe partus maturus: hyppon methapontinus a ſeptimo ad decimū menſem naſci poſſe partum exiſtimauit maturūq; eſſe diocles. Stratones pedocles & epignes ſeptimo naſci poſſe affirmant octauo omnino negant. Diocles tamen cariſtius & Ariſt. ſtragerita nono & decimo menſe partum matuꝝ eē tantūmodo putauerunt: epigenes bizantinus nono menſe omnino negat id effici poſſe. Hypocrates decimo: ſolus Ariſt. & undecimū mēſem parientibus aſſignauit. QVæ cauſa ignorabam propinquo partu cur dolerem.

VBER. ¶CVR unq̄: dolet de hoc amore illicito. QVam frater quia amor fratris erga ſororem debet eē moderatus: nec debet eē ad concubitum. ET Cur fui quod ſoror nō debet eē cur obiecuta ſum tibi in coitu: quod ſoror facere nō debet. IPSA quoq; dicit ſe etiam fuiſſe amore compulſam ſicut & fratrē. INCalui incenſa ſum amore. DEVM cupidinē. TEPente calente. NEScio quem deum.q.d. antea mihi incognitum. FVGerat deſcribit ſigna amantis: COLor rubor. FVGerat ore ideſt ex facie. nam amās efficiť pallidus. Ouid. i prīo de arte. Palleat oīs amās: color hic ē apt⁹ amāti. MAcies macilētia. ADDuxerat attenuauerat. Ouid. i loco ſupraſcripto. Arguat & macies uultū. COacta cōpulſa qa nō hēbāt appetitū: q ex ægritudīe amoris ſolet diſcedere. SOMni dormitiōes. NEC faciles.i.difficiles. ouid. loco ſupradicto Attenuāt iuuenū uigilatæ corpa noctes Curaq;: & īmēſo q fit amore dolor. ANnua lōgiſſima.i.una nox uidebať mihi unus ānus. LAEſa nullo dolore: q nō ſentiebā dolorē aliquē. DABā gemitū emittebā: ſuſpiria. REddere cām cur facerē: qa neſciebā amorē eē: q me faceret ſuſpirare. QVID q res. AT Erā illud.i. illa res.ſ.amās. PRIma āte alios. ANimo anili: quaſi cauto & pito taliū reꝝ. MALū amorē meū. AEoli uocatiuus ē pronimici fœmnini. AMas es correpta amore. ERVbui uerecūdiā uultus rubore oſtēdi. DEiecit demiſit: nā uerecūdia facit oculos deiectos. ouid. de Caliſtone uix oculos attollit humo. HAEC ſatis.i. licet tacerē: hæc erāt ſatis. SIGna fatētis.i.cōfitētis me amare. IN Tacitā.i.i me nihil ei reſpōdēte. TVmeſcebāt creſcebāt. VITiati grauidi. ONVs furtiuū.i.puer quē ferebā ī utero. FVRtiuū occultū uel furto.i. a ſtupro cōceptū. MEMbra.ſ.mea. QVas herbas nō attulit.q.d. oēs ē.n. legēdū iterrogatiue. SVPpoſuit p īferiores ēt ptes īmiſit. VT onus excu. nīis uiſcerib⁹.i.eiiceref e uētre: & ut facerē abortiuū ſunt.n. q̄dā herbæ & q̄dā medicamia: q hēnt uī faciēdi abortiuū. HOc te cæla. parēthefis ē.i. hoc ſolū tibi occultauimus: qđ uoluerī āte emitteř ptū dicius āt cœlo te hāc rē: & đ ac re. NIMiū uiuax.i. nimiū gēit⁹ ad uiuēdū. REſtitit artibus admotis.i.uicit appoſitas artes. TEct⁹ ī uētre meo tut⁹. AB hoſte.i. ab illa anu q illis medicāinib⁹ qrebat eū iterficere. SOR or phœbi.i.luna erat orta nouies.i.iā erat nonus mēſis. DENa.i.decīa. LVCiferos ferentes lucē ē āt hoc loco adiectiuū.i.iā aderat decīus mēſis: quo ut plurimū dīr mulieres pere. Virg. Matri lōga decē tulerit faſtidia mēſes. NEScia ignara. QVæ cā facerent dolores: quia neſciebā eos fieri ex fœtu q iam erat maturus in uentre. RVDis inexperta. MILes tranſlatiue dixit. NOVA quia nūquam ante peperā

Cur unquā plus me frater: quā frater amaſti?
Et tibi non debet quod ſoror eſſe fui.
Ipſa quoq; icalui: qualēq; audire ſolebam:
Neſcio quem ſenſi corde tepente deum.
Fugerat ore color: macies obduxerat artus:
Sumebant minimos ora coacta cibos.
Nec ſomni faciles: & nox erat annua nobis:
Et gemitum nullo læſa dolore dabam.
Nec cur hoc facerē: poterā mihi reddere cām
Nec noram quid amās eſſet: at illud erā.
Prima malum nutrix animo præſenſit anili:
Prima mihi nutrix æoli dixit amas.
Erubui: gremioq; pudor deiecit ocellos:
Hæc ſatis in tacita ſigna fatentis erant.
Iamq; tūeſcebant uitiati pondera uentris:
Aegraq; furtiuum mēbra grauabat onus.
Quas mihi nō herbas: q̄ n̄ medicamia nutrix
Attulit: audaci ſuppoſuitq; manu.
Vt penitus noſtris: hoc te celauimus unum
Viſceribus creſcens excuteretur onus.
Ah nimium uiuax admotis reſtitit infans
Artibus: & tectus tutus ab hoſte fuit.
Iā nouies erat orta ſoror pulcherrima phœbi:
Denaq; luciferos luna mouebat equos.
Neſcia quæ faceret ſubitos mihi cā dolores:
Et rudis ad partus: & noua miles eram.



¶NEC Tenui uocem: more patientium clamaui. GEMitus: præ dolore gemebā. GEMitus: murmura. ANTO. Verba elapſa: quæ præ dolore exciderāt uoces. REPrendo: reſumo & reprimo ne audirentur: importune repēdo alii legerūt. COGor: quoniam ita imperabat nutrix. LVCina iuno quæ pientibus præeſt. GRaue crimen: qm̄ mecum infans extinguebatur. Preſſa refouiſti pectora: machareus parturienti canace adſtitit: quæ cum primo partu maxime laboraſſet excitata macharei adhortationib⁹ dolores cum partu poſuit. ET Mihi me alloquutus es: cōmiſerationē excitat hæc ſermocinatio. DVOS & te & partum. QVID tibi grataris: hac ſciſcitatione tranſit: ut qđ mali æoli crudelitate poſt partum contigerit exponat. QVID tibi grataris: non eſſe gratulandum arguit ab æoli impietate: & facinoris dedecore & periculo. SVBripiēda: furtim abiiciēda. SEDula: uafra & ad occultādum crimen diligens nutrix. FIctaq; ſacra facit: ſimulat ſacrificare: hoſtiamq; ſimulabat eſſe puerum frondibus & uuis inuolutum. DAt populus ſacris: quiſque uiam præbebat aniculæ iterq; ī tēplum ſacrificatura pergere ſimulabat. LIMen æolis regiæ hoſtium. PATrias: patris æoli. SVO īdicio: eius uagitu. INSana: furibūda. VT mare a ſimili patos mouet. Fraxina: fraxini arboris quæ in macedonia dicitur bumelia: græce uero medias.

VBER ¶NEC tenui uocem ideſt non potui comprimere uocem: quin clamarē. QVID ait ordo. ANus ait quid prodis: quid indicas. TVA crimina tuum ſcelus. ET Ipſa cōſcia ideſt quæ ſciebat crimen meū PRæſſit clauſit. CLAmantis ſcilicet mei. QVId faciam pro facerem. EDEre emittere. GEMitus clamores ideſt ex una parte dolor partus cogebat me clamař ex altera prohibebat timor patris & nutrix: quæ increpabat me. ET Pudor ex tanto ſcelere. ELApſa iam ore emiſſa. REpræhendo ideſt iterum præhendo. COMbibere exiccare & intra me tenere legēdū eſt combibere: nō autem cohibere: quia ratio metri nō patitur. ANTe oculos qua ſī.d. certa & parata. LVCina dea partus: de qua diximus in epiſtola Hypſiphyles ad Iaſonem. OPEm quia ſolet auxiliari parientibus. MORS erat graue crimen: quia non potuiſſem mori ſine infamia: in tali caſu: quo fuiſſet cognitum ſcelus meum. SVperincumbens ſcilicet tu. SCIſſa tunica ideſt ueſte & coma ideſt capillis propter dolorem quem de me capiebas. REFouiſti recalefeciſti. NOStra pectora preſſa tuis ideſt impoſuiſti pectus tuum ſuper meum tuis ſcilicet pectoribus. ET Mihi dicit uerba quib⁹ Machareus uſus eſt ad Canacen. DISti ꝓ dixiſti: ſynocopa eſt. DVOS ſcilicet te & filium. CORpore uni⁹.i.corpore tuo. DET uires faciat te nō deficere. FRAtri nā ecce quæ ſpes ſit. FRAtri ſ.mihi poteſt ēt legi fratris: ut dicamus. ES Futura nupta.i.uxor & ita nupta erit nomē: ſi uero legiť fratri eſt pticipiū. ILLius dupliciter pōt hic textus ordinari.ſ.cū ꝓcedenti ſic es futura nupta fratris illius de quo &c. uel melius ut legať fratri & poſtea ordineť ſic. TV Eris &.i.ēt VXOR illius.ſ.mei. DE Quo.i.ꝓp quē. TV Es mater.i. filiū pepiſti his uerbis dictis ītelligim⁹ eū ſtatim diſceſſiſſe. MORtua.ſ.ut uidebar mihi. REVixi reſpiraui. AD Tua uerba.i.ꝓp uerba: quæ mihi dixiſti. CRimen onuſq;.i. crioſum onus. POSitū pro depoſitū.i.pepi. QVID tibi dicit ſe fruſtra pepiſſe: qa & ſibi & filio nup nato ſit moriendū. GRAtaris gratularis & gaudes: qa dixi me pepiſſe. AEOlus pater meus. SVRRipienda remouēda. OCVlis pr̄is ne ab eo uideanť.i. auferēdus ē puer ita natus: ne pr̄ eū uideat. FROndibus dicit quō nutrix eū occultauit: ſimulās ſe facturā rē diuinā. FROndibus foliis ramis. ALBentis oliuæ: hæc.n. arbor erat ī tutela Palladis: & dicata paci apta ſacrificiis: quæ anus uolebat ſimulare. VELat tegit. VITtis faſciis: tāq̄ rē ſacrā. SAEdula ſtudioſa. FICta ſimulata. VERba ꝓcantia.i. dicit hymnos & ſupplicatiōes. DAT uiā.i. cedit: qa credebat eā facere uera ſacra. ERAt ꝓpe limē.i. iuxta ianuā: ut egredereť cū īfante. VAGitus ꝓprie dr̄ uox & clamor infantū Virg. li. vi. Hinc exaudiri uoces uagitus & igens. Infantūq; anīæ flētes ī limīe primo. PATrias.i. paternas. PROdiť detegiť cognoſciť. SVO īdicio ꝓpria uoce. REuelat detegit remotis frōdib⁹. MENtita ficta. REgia.i.aula. SOnat reſōat. INSana magna. VT mař facit cōpationē đ ſuo tremorē cū audiret pr̄em itaclamātē. STrigiť leuiter ꝑcutiť. TEnui leui. FRaxia ꝓ fraxiea. NOto.i.uēto. TEpido qa uēit a meridie ē tepid⁹

Nec tenui uocem: quid ait tua crimina ꝓdis:
Oraque clamantis conſcia preſſit anus.
Quid faciā īfelix: gemitus dolor edere cogit:
Sed timor & nutrix: & pudor ipſe uetant.
Cōtinuo gemitus elapſaque uerba reprēdo:
Et cogor lachrymas cōbibere ipſa meas.
Mors erat āte oculos: & opē lucina negabat:
Et graue: ſi morerer: mors quoq; crim̄ erat
Quom ſuper icūbes ſciſſa tunicaq; comaq;:
Preſſa refouiſti pectora noſtra tuis.
Et mihi uiue ſoror: ſoror o chariſſima dixti.
Viue: nec unius corpore perde duos.
Spes bona det uires: fratri nā nupta futura es
Illius: de quo mater: & uxor eris.
Mortua: crede mihi: tam̄ ad tua uerba reuixi:
Et poſitum eſt uteri crimen onuſq; mei.
Quid tibi grataris: media ſedet æolus aula:
Crimina ſunt oculis ſurripienda patris.
Frondibus infantem ramiſq; albentis oliuæ:
Et leuibus uittis ſedula celat anus.
Fictaq; ſacra facit: dicitq; precantia uerba:
Dat populus ſacris: dat pater ipſe uiam:
Iam ꝓpe limē erat: patrias uagitus ad aures:
Venit: & indicio proditur ille ſuo.
Eripit infantem: mentitaq; ſacra reuelat:
Aeolus: inſana regia uoce ſonat.
Vt mare fit tremulū: tenui quō ſtrigiť aura:
Vt quatitur tepido fraxina uirga noto.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ANTO. ¶PALlentia:quæ timore patris facta erāt pallida. IRRuit:i me ĩpetũ fecit. IAMq; dari paruũ canibus pa tos ab ætate Auibus:uulturibus:qui cadauera ſecuntur:iuſſit inquit æolus exponi pueꝝ. SENſiſſe: ſuã calamitatem. TVNC.cum mea pignora lupis edenda tradi conſpicerem. INImicus:ſatellitem ſeu præconẽ æoli intelligit. Viſcera:fœtum ſignificat. SATelles:ſatellitem:qui fontibus capiendis præeſt:appellamus eundem apparitorem dicimus. SONos indignos:mandata quæ patrem nõ decet. AEOlus hunc enſem: æoli mandata:ſunt quæ & ſatelles canace renunciat. EX Merito ex cõmiſio. QVID iſte uelit:ſuperbius eſt quam ſi re apparuiſſet:uolebat enim ut ille ſibi mortem conſciſceret. CONdam:adigam in mea præcordia. HIS mea muneribus:iuidioſe hoc pronunciatum eſt:ut æoli impietatẽ erga filiam arguat ut dicat filiam non eſſe his muneribus nec ea dote donandam. FACes:quæ in nuptiis accẽdebantur DECeptæ:quoniam me uxorem macarei ſorte exiſt.maſti:Nam cæteræ ſorores nupſerunt fratribus. TVRbato.celeri:miſericordiam mouet iis imprecationibus:

Sic mea uibrari pallẽtia mẽbra uideres:
  Quaſſus ab ĩpoſito corpore lectus erat.
Irruit: & noſtrũ uulgat clamore pudorem:
  Et uix a miſero continet ore manus.
Ipſa nihil præter lachrymas pudibũda ꝓfudi:
  Torpuerat gelido lingua retenta metu.
Iamq; dari paruũ canibuſq; auibuſq; nepotẽ
  Iuſſerat:in ſolis deſtituique locis.
Vagitus dedit ille miſer:ſenſiſſe putares:
  Quaque ſuũ poterat uoce rogabat auũ.
Quid mihi tũc animi credis germane fuiſſe:
  Nam potes ex animo colligere ipſe tuo.
Cum mea me corã ſiluas inimicus in altas
  Viſcera montanis ferret edenda lupis.
Exierat thalamo:tunc demũ pectora planxi:
  Contigit inque meas unguibus ire genas.
Interea patrius uultu mœrente ſatelles:
  Venit:& indignos edidit ore ſonos.
Aeolus hũc enſem mittit tibi:tradidit enſem:
  Et iubet ex merito ſcire quid iſte uelit.
Scimus:& utemur uiolento fortiter enſe:
  Pectoribus condam dona paterna meis.
His mea mũeribus genitor cõnubia donas:
  Hac tua dote pater filia diues erit.
Tolle ꝓcul decepte faces hymenææ maritas:
  Et fuge turbato tecta nefanda pede.

VBER. ¶ SIC Adaptatio ſimilitudinis. VIDeres pro uideret aliqs. VIBrari moueri tremere. QVaſſus ab.i.ſenſus eſt lectus ſuper quo erã:quatiebatur a meo corpore tremẽte. QVAſſus concuſſus. IRRuit.i.cum impetu intrat cubiculum meum Virg. Irruimus dẽſis & circũfundimur armis. VVLgat manifeſtat. PVDorem.i.dedecus & infamiã.ita.n. ſignificat hoc loco VIX cõtinet manus ab ore miſero.i.uix continet ſe quin unguibus dilaceret mihi uultum & eruat oculos. IPSa.i.ego. PROfudi emiſi. PRæter lachry. quia nõ potui aliqd dicere: ſed ſolũmodo fleui. PVDibunda.i.plena pudoris & uerecundiæ. TORpuerat ſtupuerat ita qđ nõ poterat loqui. GELido frigido ab effectu. IAMq; ui. poſtq̃ Canace expoſuit dolorem:quem ex difficultate & ꝑiculo ꝑiendi accepit deinde ex infante cognito & deprehenſo a patre. Nunc dicit multo maiorem dolorem: quo perculſam ſe dicit cum audiuit patrem ſuum iuſſiſſe illum ĩfantulum inocentẽ exponi dilacerandum canibus & feris. PARuum nepotem.ſ.ſuum.nam natus ex filio uel filia dicitur nepos aui ſui. CANibuſq; auibuſq;:utraq; copula q; apponenda eſt:ut uerſus ſtet:qñ etiam ſenſus exigit. DEStitui derelinqui ſine aliquo cuſtode. SOLis deſertis inhabitatis. DEDit cũ auus iuſſit. PVTares ſenſiſſe uidebatur ſenſiſſe illud crudele iuſſũ ita in tempore uagiuit. VOCe qua poterat.i.illo uagitu:quia uoce expreſſa:& uerbis formatis nondum poterat ꝓ ætatem. QVID animi.i.quem uel qualem animum. NAM potes.i.potes ſcire quẽ animum hũerim:ſi feceris cõiecturã de tuo ad meũ. COLLigere cõiicere cognoſcere. INIMicus ſatelles uel famulus patris nociturus mihi. VIScera filiũ meũ:ſunt.n. filii uiſcera parentũ. MONtanis.q incolunt mõtes. CORã me.i.me uidente. EXIerat.ſ.pater meus nam ſuperius dixit.Irruit:& noſtrũ uulgat clamore pudorẽ. TVM demũ tunc tandẽ.ſ.eo egreſſo. PLAnxi percuſſi. NAM contigit ire in meas ge.ung.i.tunc demũ licuit mihi imittere ungues i genas meas dilacerãdas. SATelles miles miniſter. PATrius paternus. VVLtu mærente.i.triſti:ex quo poterã cognoſcere eũ afferre triſtia mãdata. INDignos crudeles. SONos uoces uerba. AEOlus uerba Satellitis ad Canacẽ. TRAdidit iterpoſito eſt ſunt.n.uerba canaces:dicit.n.dictis illis uerbis tradidit enſem. ET lubet adhuc ſunt uerba Satellitis poſt traditũ enſem. QVID uelit quare mittat tibi. EX Merito.ſ.tuo.i.ex eo qđ feciſti:uult ĩtelligas ad qd eum tibi miſerit. SCimus uerba Canaces.dicit.n.ſcio:qd uelit hic enſis & eo utar ꝓ merito meo. FORtiter intrepide:qa nõ dubitabo me ĩterficere. CONdã imittã:& abdã. DONa pa.enſem: quẽ pater mihi miſit. HIS mea apoſtrophã facit ad patrem. DONas mea connu.his mu.i.hæc munera facis meis cõnubiis:dicimus.n. dono tibi hanc rem:ut Dido ad Aeneam. Quod tibi donaui perfide littus emi: & dono te hac re:ut hic & Virg.i.v.æñ.Sergeſtũ Aeneas ꝓmiſſo munere donat:multa ſunt alia exempla. ERIT diues hac dote:qa nulla re unq̃ egebit:quia hoc enſe ſe ĩterficiet. TOLle ꝓcul dicit ad cõnubia ſua nõ adhibẽdum eẽ hymenæũ:qa ſunt ĩfelicia. FACes maritas.i.thedas cõnubiales maritas adiectiuũ eſt. PEDE turbato.i.celeri cõſequens pro antecedenti:nã ex turbatione & metu fit aliquis celer. Virg.de Caco turbato pedibus timor addidit alas. TECta nefanda:i qbus nefandũ facinus admiſſum eſt inter fratrem & ſororem.



¶QVas fertis erinnydes:nõ maritales accendant faces:ſed furiales:nõ adſit noſtro connubio hymeneus ſed erinnydes:Allecto ſcilicet & megera. NVBite:fratrum coniugio utamini fœlicius quã canace. QVid puer admiſit patos eſt a pueri ſimplicitate:quem iniuſte necari æolus iuſſerat. SI Potuit:permiſſione hac i ſontem eẽ puerum oſtendit infans enim nihil committere potuit:nec pro parentum commiſſis erat plectẽdus. NATe dolor matris:auget hæc amplificatio commiſerationem. PARum fauſti:qui nõ bene ſucceſſit NON mihi te licuit:patos quoq; excitatum:ſi quod æquum eſt fieri nobis negatum dicimus. IVSTis non ad lachrymas referas ſed exequias. TONſas: laniatas:quæ cum funeribus ſepelliuntur. AVIDæ feræ:lupos & uultures ſignificat. CVM uulnere: ſauciata enſe miſſo cadam. TV tamen o fruſtra: concludit deprecationibus epiſtolam. FRVſtra ſperate:uana ſpes fuit de noſtro coniugio. SPARſa:feris laniata. QVælibet arcta:quãtum uis breuis ſit nos duos capiat. VIVE memor noſtri:non mei in uita obliuiſcaris. LAChrymas in funere funde:cures noſtrum funus:maximo putabant extinctis eẽ ſolatio:ſi honore ſepulturæ & funebri põpa non carerent. REFormida:ex puellaꝝ ſententia locus eſt:quæ mortuoꝝ cadauera exhorreſcunt PERFer: effice canace mandata: ut ego parentis iuſſa forti animo exequar. ANTO.

Ferte faces in me quas fertis erinnyes atræ:
  Vt meus ex iſto luceat igne rogus.
Nubite fœlices parca meliore ſorores:
  Admiſſi memores ſed tamen eſte mei.
Quid puer admiſit tã paucis editus horis:
  Quo læſit facto uix bene natus auum.
Si potuit meruiſſe necẽ:meruiſſe putetur:
  Ah miſer admiſſo plectitur ille meo.
Nate dolor matris rapidarũ præda ferarum:
  Hei mihi natali dilacerate tuo.
Nate parũ fauſti miſerabile pignus amoris:
  Hæc tibi prima dies:hæc tibi ſumma fuit.
Nõ mihi te licuit lachrymis ꝑfundere iuſtis:
  In tua nõ tonſas ferre ſepulchra comas.
Nõ ſuper incubui:nõ oſcula frigida carpſi:
  Diripiunt auidæ uiſcera noſtra feræ.
Ipſa quoq; ĩfantis cũ uulnere ꝓſequar ũbras:
  Nec mater fuero dicta:nec orba diu
Tu tamen o fruſtra miſeræ ſperate ſorori:
  Sparſa precor nati collige membra tui.
Et refer ad matrem:ſocioq; ĩpone ſepulchro:
  Vrnaq; nos habeat quãlibet arcta duos.
Viue memor noſtri:lachriaſq; ĩ funere fũde
  Neue reformida corpus amantis amans.
Te rogo proiectæ nimiũ mandata ſororis:
  Perfer:mandatis perfruar ipſa patris.

¶FERte faces.dicit nõ hymeneũ adhibendũ ſuo connubio:ſed Erinyn:ferentẽ faces infelices: ut ſupra Hypſiphyle Iaſoni:At mihi nec Iuno nec Hymen:ſed triſtis Erinys Pertulit infauſtas ſanguinolenta faces dicit ergo. O ERinyes.i.o furiæ:ſic aũt legendũ eſt:nam declinat Erinys Erinyos. Atræ: ĩfernæ. FACes quas fertis.i.funebres:& ñ nuptiales.rõ aũt metri nullo pacto patitur:ut legatur Eumenides:ſed Erinyes recte legitur. VT Meus rogus.ſ.i quo ſum cremenda:cum ero mortua. LVCeat ĩcendat. Ex Iſto igne.ſ.quẽ uos furiæ affertis:eſt aũt rogus proprie lignoꝝ cõgeries & pyra ad cõburenda cadauera cum ardere cœpit. Virg.Ter. circum accenſos ſubiectis ignibus atris decurrere rogos. NVBite ĩtelligimus eã habuiſſe alias ſorores:licet de eis apud poetas nõ fiat mẽtio. MELiore parca.i.meliore ſorte:& fortuna quã ego. ADMiſſi.i.delicti mei. ADMiſit.i.peccauit. AEDitus ĩ lucẽ datus & emiſſus. VIX bene natus.i.qui uix uidit lucẽ. QVO facto læſit auũ.i.qd fecit ꝓp qđ læſerit Aeolum auũ ſuũ:ut eũ nũc iubeat mori. SI Potuit quia nõ potuit. AH dolentis. PLEctitur punitur. MEO admiſſo.i.ꝓp peccatũ meũ. NATe:uertit ſermonẽ ad filiũ:cuius miſerrimã ſortẽ dolet:qđ eodẽ die natus:& mortuus ſit. PREda rapina cibus. TVO natali:die quo natus dr̃ ãt & hic natalis ſubſtãtiue & hoc Natale ĩ neutro gener̃:& tũc facit ablatiuũ Natali ut hic: dr̃ ãt adiectiue hic & hæc natalis & hoc & addit dies uel lux.uel tp̃s:dr̃ ẽt locus Natalis ĩ quo aliqs natus eſt ut Ouid.ĩ triſtibus Neſcio qua Natale ſolũ dulcedine cũctos detinet. PIGnus cõfirmatio.nã filii dicunt pignora coniugii. PARum fauſti.i.paꝝ felicis & fortunati. HAEC qua pater meus iuſſit te exponi feris. Summa ultima. NEC mihi conquerit qđ nõ potuerit p̃ſtare officiũ qđ ſolet ĩ funere filii. IVStis debitis ꝓp affectum naturæ unde ipſe ouid.alibi. Quis mr̃em niſi mẽtis inops ĩ funere nati Flere uetet. PER fũdere irrigare. NON tonſas.i.longas. NON ſuper ĩcubui.nã parentes ex affectu naturali ſolẽt ĩcumbere cadaueribus filioꝝ:& ſic eos mortuos oſculari. Virg.li.xi.de Euandro pheretro pallãte repoſto ꝓcubuit ſup:atq; hæret lachrymãſq; gemẽſq;. DIRipiũt auferũt dilacerãt. Ipſa quoq; dicit ſe ſecuturã filiũ ſuũ qa gladio a patre miſſo ſe iterficiet:ut ſupra dixit. VMBras ĩfantis.i.aĩam filii mei. CVM uulnere qđ mihi faciã. NEC fuero dicta diu mater:qa priuabor filio:ſine quo nõ poſſũ dici mr̃ nec dicar orba diu q̃ licet careã filio:& ꝓp hoc ſim orba:tñ cito moriar:& ſic nõ dicar orba. TV tñ nũc rogat fr̃em Machareũ:ut colligat oſſa mr̃is & filii & reponat ĩ eadẽ urna. FRVſtra ſpate:qa cũ ſperarẽ te futuꝝ maritũ meũ:nõ potui id cõſequi. SORori ꝓ a ſorore. SPArſa diſpſa:& dilacerata. REFer reporta. AD Matrẽ ad me ex qua pauloañ exierãt. SOCio coniũcto & cõi. QVãlibet arta.i.q̃uis:ſtricta & meli᷑ q̃ q̃libet urna.i.uas ĩ quo repõebãt cĩeres cadaueꝝ. Iuuena:& ĩ urna ꝑpetuũ uer. FVnde lachry.ĩ funer̃.i.ꝓſeq̄re mortẽ meã lachrymis. REformida uerer̃ time. PERfer.effice. MAndata hæc.ſ.q̃ tibi cõmiſi. PRoiectæ ĩfelicis & abiectæ. IPSa ego PErfruar mãdatis pr̃is.i.faciã qđ pr̃ mihi mãdauit:qa ſupra dixit Aeol᷑ hũc enſẽ mittit tibi:tradidit enſẽ. Et iubet ex mĩrito ſcire qd iſte uelit

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ANTO. In.iz.epiſtolam Argumentũ.

SOl ex una nereidũ oetam & Perſen genuit. Perſes ĩ taurica regnauit. oeta in Colchide: & ex Ecate Perſæ filia filios ſuſcepit. Cyrcẽ Medeam: Calcyopẽ: & abſyrthũ quem pacuuius ægyleũ appellat. Medea cum paternæ crudelitati obſiſteret: iuſſa ĩ cuſtodiam dari fugit ad ſolis templum qđ ad hoſtiũ phaſidis in littore ſitum erat. Ea tẽpeſtate Iaſon æſonis filius cũ argonautis ut uellus aureum raperet in ea loca appulerat: ad templum profectus puellæ in harena ſpacianti nauigationis cauſam expoſuit. Medea hoſpitis pulchritudinẽ admirata amore capitur: patris ſæuitiam exponit: rei perficiendæ auxiliũ promittit ſi Iaſon de cõnubio paciſceret: data de cõnubio ſponſione medeæ opere uellus rapuit: fugiunt: puellãq; abducunt: theſſaliæq; rebus compoſitis: Iaſon corynthum ad Creõtem regem ſeceſſit: apud quem decem annos cõmoratus: eius filiã Glaucen: quam alii Creuſam appellant: uxorem cupit: Medeæ diuortiũ ſuadet: abnuẽtem ex urbe protulit. Creuſamq; ducit uxorẽ. Furibunda igitur medea ad Iaſonem ſcribit: ingratitudinẽ in eo expoſtulat: præſentemq; mina tur ultionẽ. nam impetrato unius diei reditu creontis regiam incẽdit in qua cum filia rex aſſumptus eſt Dyndimũ: & Alcimenum & Theſſandrũ quos ex Iaſone ſuſceperat trucidauit: Theſſalus fuga ſalutẽ ſibi pepe rit. Iaſon dolore percitus ſeipſum cõfecit: Ex hoc tragœdiam fecit Ennius: quam medeam ĩſcripſit: illum ſecutus ouidius medeam & ipſe edidit: de qua Fabius meminit: unde magnã huius epiſtolæ partẽ tráſlatã eẽ nõ ambigimus.



MEDEA IASONI.

VT tibi colchorũ memini regina uacaui;
Ars me cum peteres ut tibi ferret opẽ

VT TIBi colchoꝝ memini regina uacaui: exprobrat beneficiũ in principio ingratitudinẽ ex poſtulatura. AT particula hæc interdum ſaltem ſignificat: ut uirgilianum illud. Si te nulla mouet tantæ pietatis imago. At ramũ hunc: aperit ramum q ueſte latebat. Agnoſcas interdum in principio uſurpaſ: & ut uehemẽtius moueamus intelligenda relinquimus quæ dici debuiſſent: quod Virgilius in æneade facere uidetur cum ait. At regina graui iam dudum ſaucia cura: id interprætari oportet: quieuit: æneas: At dido maximis curis angebatur: cui hic locus ſimilis eſt: tu inquit medea cum in theſſaliam rediſſes: eſſeſq; in omnium fauore me domo pepuliſti. At ego ut recte memoria colligo: & ſi fui regis filia: te foui in colchide: meo quoq; beneficio petitũ uellus tecũ detuliſti. REGia: Regis colchoꝝ filia: ſunt colchi ſcythiæ populi: ut Strabo teſtatur. VACaui. officiũ pſtiti. ARS mea .magicã ĩtelligit: qua cũ ualuiſſet Medea: illius ope uellus ſubripuiſſe: & Orpheus & Balbus ſcribũt. CVM peteres: ſũmis pcib⁹ a Medea opẽ ĩpetraſſe Iaſonẽ Flacchus Vale. ſcribit.

VBER.

VT tibi colchoꝝ. Aurei uelleris fabulã pleniſſime dixius ĩ epiſtola Hypſiphyles: quæ incipit. Littora Theſſaliæ: itaq; illuc recurratur. Quãtum aũt ptinet ad hunc locum: recitetur ex Diodoro. Iaſona Corynthi tradũt cũ annis decẽ cũ Medea uixiſſet: genuiſſe ex ea filios duos quo tpe aũt Medeã magno ĩ honore nõ ſolũ pp ſpẽm qua eminebat: ſed ẽt pp prudẽtiã cæteraſq; uirtutes qbus ornata erat a uiro habitã fuiſſe: paulatim deinde ætate decorẽ formæ auferente Iaſon Glaucæ quã poeta appellat Creuſam Creõtis filiæ amore captus uirginẽ uxorẽ a pr̃e petiuit Annuẽte Creõte: certũq; nuptiaꝝ ſtatuẽte diẽ Iaſon Medeæ ſpõtaneũ diuortiũ pſuadere conat⁹ ẽ. Ait. n. ſe cupere illã uxorẽ ducere: nõ ĩ ei⁹ cõtẽptũ: ſed ut filios ſuos ĩ domũ regiã ea cognatiõe ĩtroduceret. Medea hæc uerba ægre ferẽte deoſq; iuriſiurãdi pſtiti teſtes appellãte Iaſon beneficii ĩmemor & ĩgratus Creõtis filia uxore accepta Medeã abs ſe expulit qd poſtea fecerit dicem⁹ ĩ fine epiſtolæ. Irata igiſ Medea hãc epiſtolã ad Iaſõa ſcripſit ĩ qua primũ cõmemorat Iaſoni ſua erga eũ bñficia: & pmiſſa: & iuſiurãdũ Iaſonis. Deĩde adiurat ipm Iaſona ut ſi min⁹ ſui cã: ſaltẽ cã filioꝝ cõmuniũ uelit eã recipe: & loco ſolito cõiugii eã habere qđ ſi nõ fecerit: minaſ ei ſe ſumpturã uindictã de tãta iniuria. VT. i. ſicut. REGina. i. ego filia regis Aeetæ ut Virg. Magnũ regiæ ſed. n. miſeratus amorẽ Dædalus &c. illic reginã ĩtelligit Ariadnẽ filiã regis Minois. COlchoꝝ colchi populi ſunt in ponto qbus iperauit Aeeta regio Colchis appellaſ. VACaui pſtiti operam inſeruiui tibi. ARS mea. ſ. magica: & incãtatoria. nã Strabo li. primo dicit Medeã ueneficã fuiſſe memoriæ proditum eſſe.



ANTO.

¶ TVNC quæ diſpenſant. patos a tẽpore. DISpenſant: in ptãtem habent: tractum ab his qui æra penſantes diſtribuebãt antequam eſſent impreſſi nummi uſus. FATa mortalia: uitam & mortem. FVSos meos: ſinus allegoriæ eſt. nam remoto uerborum ambitu mortem ſignificat: uoluiſſem inquit parcas me morti tradidiſſe: cũ Iaſon Phaſin fluuium intrauit Mori bene. ſine uitæ labe & moleſtia extingui: honeſta morte nihil eſſe pſtantius Herodotus iunonis iudicio demonſtrat. AB illo: ex quo Iaſon colchos adiit. POEna fuit: ad fugã hoc refert: & ad fratris necem: quem in fruſta diſſecuit apud thomos. LACertis iuuenilibus: argonautarum uiribus quos quattuor & quadraginta fuiſſe ex Orpheo colligimus: licet Gaius Balbus unum addat: Alii quinquaginta: Alii ſexaginta fuiſſe ſcribunt. PELias arbor: argonauim ſignificat: quæ in pelio theſſaliæ monte fabricata eſt ex pinu ſeu ex quercu: uel ut corne. Alexander maluit ex eo ne arbore: quæ nulla uiolentia materiæ: aut temporis putreſcat. PHRyxeam ouem: uellus arietis: quẽ marti Phryxus ſacrificauit: pellem marti e fago appendit MAGnetida: pegaſæ oppidum magneſiæ ubi fabricata ẽ argonauis. PHAſiacã: phaſidis fluminis quẽ intrare oportuit argonautas nauigantes ad Eeam urbem œtæ regiam. ET decor: ea ſunt quæ maxime in amorem alliciunt. SI Species: ſi eloquẽtia: ſi facilitas affuerit: gratiam linguæ leporem dicimus elocutiouis. NOVa puppis: nam autea ĩ colchos nauigauerat nemo: prim⁹ Iaſon naui lõga illuc nauigaſſe traditur. AVDaces quoniam primi auſi ſunt cianeas ſuperare: quæ erant inſtabiles inſulæ: & ſe in mari credere: ſi poetis credimus. Nam eritram antea nauigaſſe legimus. ANHelatos: tauri quos Iaſonem domare oportebat: ignem e naribus efflaſſe traduntur. NON præmeditatus: a me nõ edoctus. IMMemor: aperte ingratitudinem obiicit. Nam is ingratus eſt: qui beneficia obliuiſcitur. SEMina ieciſſet: dentes ſerpentis. quem Cadmus ĩteremit: phixuſq; detulit & ad œtam ſemiaſſet: unde nati eſſent armati homines: qui in actorem ſeminis: arma contuliſſent. SVO cultu: ab his qui ex dentibus eſſent nati. QVAm multa mala: ea dicit: q̃ Iaſonis cauſa & amoris inſania fecit. Nam patrem prodidit: fratrem filioſq; trucidauit: creontem & filiam cum regia incẽdio abſumpſit: pelian filiabus occidendum præbuit. HAC fruar: ſi aliam ultionem in te moliri non potero: ſaltem beneficia exprobrabo.

Tũc quæ diſp enſant mortalia fila ſorores:
Debuerant fuſos euoluiſſe ſuos.
Tũc potui medea mori bene: qcqd ab illo:
Produxi uitæ tempore pœna fuit.
Hei mihi cur unquã iuuenilib⁹ acta lacertis:
Phrixeam petit pelias arbor ouem.
Cur unchã colchi magneſida uidim⁹ argõ:
Turbaque faſiacam graia bibiſtis aquã:
Cur mihi plus æquo flaui placuere capilli:
Et decor: & linguæ gratia ficta tuæ:
At ſemel ĩ noſtras qm̃ noua pupis harenas:
Venerat: audaces attuleratque uiros.
Iſſet anhelatos nõ præmeditatus ĩ ignes:
Immemor æſonides: oraq; adunca boũ.
Semina ieciſſet: totidẽ ſumpſiſſet & hoſtes:
Vt caderet cultu cultor ab ipſe ſuo.
Quantũ perfidiæ tecũ ſcelerate periſſet:
Dẽpta forẽt capiti: quã mala multa meo.
Eſt aliq̃ ĩgrato meritũ ex pbrare uoluptas:
Hac fruar: hæc de te gaudia ſola feram.

VBER.

¶ SORores. i. tres parcæ. DISpenſant. diſponunt: ſed qa dicũſ nere fata. hoĩum: ideo dixit diſpenſant: unde & penſa dicta ſunt a pendendo. FILa. alluſit ad officiũ earũ. Iuuenalis de parcis. & ſtaminis albi lanificæ EVOluiſſe diuiſis ſyllabis ut ſupra diximus legendũ ẽ. i. euacuaſſe. FVSos ſuos. i. debuerãt finiuiſſe uitam meã. BENe. i. honeſte. QVIcquid. ſenſus eſt. omĩs uita quæ fuit mihi poſt illud tẽpus: fuit pœna: qa ſemper uixi in magnis curis & doloribus. HEI mihi. longe repetit cauſam ſuorũ malorũ: quod quidẽ ẽ muliebre: ut ĩ prĩa epiſtola plene diximus ſup eũ locũ. O utinã tũc cũ lacedæmõa claſſe petebat: & aliis multis epiſtolis. conqueritur ergo quod Iaſon cũ argonautis unq̃ uenerit in Colchos: & qđ eius amore capta fuerit. ACTa. ĩpulſa. IVVenilibus. fortibus. nam iuuenes robuſtiores. PELias. Theſſalica. a pelio mõte Theſſaliæ ubi inciſæ arbores: ex quibus Argonauis fabricata ẽ. OVEm phryxeã. quã phryxus marti conſecrauit: ut ſupra dictũ ẽ ĩ epiſtola Hypſiphyles. ARBor. nauis. MAGneſida. theſſalica Magneſia. n. regio ẽ ãnexa Theſſaliæ. ut pli. ſcribit: magnetes ei⁹ populi dicũſ eqtãdi piti de qbus lu. li. vi. & magnetes eqs minyæ. gens cognita frænis. COLchi. ſ. nos. ARGo. nomen eſt nauis Iaſonis: ut alibi diximus. TVRba graia. i. uos argonautæ: qui eſtis graii. AQVã phaſiacã. nã phaſis fluuius ẽ Colchorũ. PLVs æquo. i. plus iuſto: ut pp pulchritudinẽ tuã pderẽ pr̃em. DECor: pulchritudo tua. GRAtia ficta. i. facundia ſimulata. AT ſemel. ut magis augeat bñficiũ ſuũ erga Iaſonẽ: dicit qđ debuiſſet pati eũ ire in magna & aperta pericula. NOua pu. nam quidam uolunt eam fuiſſe primam nauem. AVDAces. temerarios. qui non conſiderauerant magnitudinem periculi. ISSet. i. ire debuiſſet. ESOnides. Iaſon. NON præmeditatus. inconſiderans ANHælatos. efflatos: & expiratos e naribus taurorum. & in. ORA. in facies. ADVNca. curua. IEciſſet. iacere debuiſſet: & ſpargere. SAEmina. dentes ſerpentis. TOTidem. quot erant ſæmina hoc eſt dentes. CADEret. periret. A SVo cultu. i. a ſemine: quod ipſe ſeminaſſet & coluiſſet tanq̃ agricola. QVAntum. q. d. multum quia non decepiſſes poſtea me. DEMpta. amota. CAPIti. uitæ meæ: quæ non eſſet in diſcrimine ſicut nunc eſt. EST aliqua. ſententia eſt color rhetoricus. EXProbrare. obiicere. quaſi cum probro. i. contumelia opponere & referre. HAC. ſ. uoluptate exprobrandi beneficium.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

ANTO. ¶ IVSSus: inexpertam argonautarum transmissionem in colchos enarrat ut suæ exprobationi uim addat beneficiorum quæ in illos contulerit commemoratione. INExpertam: cuius nulla antea erat experientia: quoniam non erat nauigatum. Regna beata: ditia: ueteres beatos diuites appellare consueuere: ideo Iuuenalis tradit: uetulæ uesica beatæ: & propertius in elegiis hac significatione sæpius usus est. HOC illic medea fui: imagine utitur: confert enim secum Creusam creōtis: ut se officiumq́ suum commendet. HOC: ad hospitalitatem referas: hospitio inquit te suscepi in colchide: ut corynthi a creusa susceptus es: PATer: creon. ILLi: creusæ. EPhyrem bimarem: eumelus scribit ab ephyre oceani filia corynthum appellatā fuisse ephyren: deinde corynthum a corynthio Iouis filio: posita est inter ægeum & ionium mare: utrūq́ a mari distās .lx. stadiis ut auctor est Plinius: āgustiæ isthmos pelloponnesiacus nuncupatur. QVA plaga læua: colchi sunt ad sinistram partem maris pontici. IVVenes pelasgos: græcos argonautas. THoros pictos premitis: mensis accubuistis: quibus utebantur pictis. TVNc ego te uidi: Diodorus aliter hanc historiam texit: Iasonem inquit primum i templo solis a medea uisum. & illic de matrimonio pepigisse. VT uidi ut perii: emistichum est: quo frequētius usus est theocritus: & ex latinis Virgilii. & Ouidius. tempus enim auget patos postquā te uidi. quā primum amore incensa sum. NEC notis ignibus non consueto amore: non antea amarat medea. TAEda pinea: fax ex pinu diis incendebatur. ET formosus eras amorem tutatur a fato: & forma. SENsisti: meum amorem. EMInet: ostenditur: se demonstrat: & si inquit amorem occultamus: ipse tamen se indicat. DVRa colla boum: œta præposuit Iasoni perficienda certamina: si uellus aureum cuperet in græciam abigere: ut tauros edomaret: dentes serpentis sereret: draconem peruigilem componeret. Diodorus tamen hos tauros sæuissimos homīes fuisse ex thaurica accitos tradit. IN Solito uomere: nūquam enim ararant: quoniam marti erant sacri. AERe pedes: non ungula: sed ære constabāt pedes: nares quoq́ ære & fauilla oblitæ non cōsumerētur.

Iussus inexpertā colchos aduertere puppim:
Intrasti patriæ regna beata meæ.
Hoc illic medea fui: noua nupta quod hic ē:
Quā pater est illi: tā mihi diues erat.
Hic ephyrē bimarē: scythiā tenus ille niuosā
Omne tenet ponti qua plaga læua iacet.
Excipit hospitio iuuenes œta pelasgos:
Et premitis pictos corpora graia thoros.
Tunc ego te uidi: tūc cœpi scire quis esses:
Illa fuit mentis prima ruina meæ.
Et uidi: & perii: nec notis ignibus arsi:
Ardet ut ad magnos pinea tæda deos.
Et formosus eras: & me mea fata trahebant:
Abstulerant oculi lumina nostra tui.
Perfide sensisti qs enim bene celat amorē:
Eminet indicio prodita flamma suo.
Dixerat interea tibi rex: ut dura ferorum
Insolito premeres uomere colla boum.
Martis erant tauri plusquā per cornua sæui:
Quorū terribilis spiritus ignis erat.
Aere pedes solidi: prætētaq́ naribus æra:
Nigra per afflatus hæc quoq́ facta suos.

VBER. ¶ IVSsus repetit longe beneficia sua: a primo aduentu Iasonis in Colchos. Iussus a Pelia patruo tuo. INExpertam. insuetam nauigōni. ADVertere. i. appellere. BEAta ditia: & ita & latenter tangit historiam: nam ut Strabo scribit Regionis eius opes: ex auri & argenti & ferri metallis iustam quandam in ea loca expeditionis occasionem suballegant. ILLic. in Colchis. NOua nupta. creusa: quam nunc accepisti. PATer scilicet eius Creon. TAM diues erat. MIHi. scilicet Aeeta pater meus. HIC Ephyren. Ephyre olim dicebatur: quæ postea Corynthus a Corynthio filio Orestis instaurata nomen accepit: ære clara. inde Virg. Ephyreiaq́ æra: cauendum autem ne legatur Zephireu. BIMarem dixit: qa est inter duo maria inde Oratius Bimarisq́ corynthi mœnia. HIC. s. Creon pater uxoris. ILLe. s. pr̄ meus. TENus scythiā i. usq́ ad scythiam. OMNe pōti: i. omnē partem pōti. QVA. s. parte. PLAga regio. LEVa. sinistra. IACet. posita est. PELasgos. i. uos argonautas græcos. PRemitis pi. toros. i. discubitis ī toris ornatis pictis tapetibus. PRIma ruina. primū nocumētum. Virg. li. iiii. æne. Illa dies nocuit &c. ET uidi & perii. i. uno eodēq́ tēpore te uidi: & amore tui capta sum. IGNibus. i. amoribus. NEC notis idest maximis non usitatis. ARDet: cōparatio. idest sicut theda accēsa ad sacrificia deorū crematur. ET formo. enumerat in Iasone multa quæ eam trahebant ad amorem. & ī primis formositatem. ET me mea fata. hoc dicit ex pte sua: qđ & mala fata sua trahebāt eā. ABStulerāt. i. furati fuerāt. multū. n. ualēt nutus oculorum ad prouocādū amorē. SENsisti. aduertisti. cognouisti. i. qđ ego erā capta. QVIs. n. q. d. nullus. EMinet. i. appet. SVO indicio: ut alibi Quoq́ magis tegit: tāto magis æstuat ignis. nā flāma suo idicio se detegit: & ita amor q flāmæ copat. DIXerat. ostēsura Medea quā magna multaq́ fuerit sua erga Iasonē bñficia: cōmemorat singula pericula: quæ Iasō fuerat subiturus: a quibus cū eū liberauerit: arguit eū īgratissimū eē si eā deseruerit. REX Aeetes pr̄ meus. INSolito. insueto: erāt. n. idomiti tauri. MARtis Marti cōsecrati. ut ī epistola Hysiphyles Isse sacros Martis sub iuga pāda boues. PLusq́ p cornua. i. q ēt igne quē nari bus euōcebāt erāt sæui: ñ solū p cornua sic alii tauri. SPIritus. i. flatus. ERat ignis terri. nā p flatu emittebāt ignē terribilē. AEre pedes. distiguēdū ē ut sint duæ dictōes. PEdes. s. erāt. SOlidi. i. duri & fortes. AEre: pæs quo erāt mūiti. PRætēta. opposita. NAribus ori. HAEc. s. æra. FActa nigra. i. fumosa & calligiosa. p suos. AFflatus: qa flatus igneus solet facere nigra quæ tangit.



ANTO. ¶ SEMina serpentis cadmei dentes: Vnde armati mortales nati seipsos confecerunt. DEVota: fatalia: & ad suam necem acta. LVMina custodis succumbere nescia somno: is erat draco peruigil qui uellus aureū custodiebat. ALiqua arte: carmine. aut magico poculo. REGnū dotale: corynthum significat: quam Pro dote iason erat accepturus. ACTa est per lachrymas: tota nocte q̄ lōga fuit lachrymasse Balbus scribit fassa cū sorore calcyope calamitatem suam. ANTe oculos: ecce timoris & lachrymarum causam commemoratione periculorum imminentium dolebat. SEGetes: armati homines: qui ex satis dentibus fato debebāt exoriri. SORor: calcyopen intelligit: quæ ex phrixo quattuor filios peperat. ARGum cythorum: Melam & Erorem. Orpheus scribit calcyopen nunciasse argonautis per argum filium medeam iasonem amare: illamq́ ad nauem duxisse: cū quo appollonius congruit: balbus conciliationē hāc uenerī tribuit a pallade & iunōe impulsam. Aduersa i ora: accubuerat more dolētium qui in faciem iacere consueuerant. PETit altera: calcyope: quoniam phrixo nupserat pro argonautis rogabat. ALTera: medeæ salus ex argonautarum salute pendebat. DAmus: opem ferimus. EST nemus: locum scribit in quo templū dianæ fuisse scribit Orpheus ante martis ædem: alterum fuit in taurice. quod Ecate constituit: de quo intelligere Appollonium existimo. VIX illuc: id subdit ut quod atrum dixerat interpretaretur. DEA aurea: simulachrum dianæ illic ex auro factum uisebatur.

Semina præterea populos genitura iuberis:
Spargere: deuota lata per arua manu.
Qui peterent natis secū tua corpora telis:
Illa erat agricolæ messis iniqua suo.
Lumia custodis succūbere nescia somno:
Vltimus est aliqua decipere arte labor.
Dixerat oetes: mœsti consurgitis omnes:
Mensaq́ purpureos deserit alta thoros.
Quā tibi nūc lōge regnū dotale creusæ:
Et socer: & magni nata creontis erat.
Tristis abis: oculis abeūtem persequor udis:
Et dixit tenui murmure lingua uale.
Vt positum tetigi thalamo male saucia lectū
Acta est p lachrymas nox mihi quāta fuit.
Ante oculos taurīq́ meos segetesq́ nefandæ:
Ante meos oculos peruigil anguis erat.
Hic amor: hic tior ē: ipsū tior auget amorē:
Mane erat: & thalamo cara recepta soror.
Disiectāq́ comas aduersaq́ in ora iacentem:
Inuenit: & lachrymis omnia plena meis.
Orat opē minyis: petit altera: & altera hēbit:
Aesonio iuueni quod rogat illa damus.
Est nemus & piceis: & frōdibus ilicis atrū:
Vix illuc radiis solis adire licet.
Sunt in eo & fuerant certæ delubra dianæ:
Aurea barbarica stat dea facta manu.

VBER. ¶ SEMina. dentes. serpentis. POPulos. i. hoīes. DEuota māu. i. quæ se huic fato deuoueret: & dedicaret: sicut dicimus decios deuotos. QVI. i. homies nati ex dentibus serpentis. PETerēt. ferirēt. inuaderent. TELis natis secū. ut supra. Hypsiphile. Et subito natos arma tulisse uiros. ILLa messis. trāslatio est. INIqua ingrata & iniusta. SVO agricolæ: cui ppter laborē deberet fructū nō damnū reddere. VLTimus: uel maximus: uel certe extremus: nam non huius peruigilis draconis dētes: sed alius erat seminaturus. NEScia suc. somno. i. q a somno nō poterāt uinci. Aeetes. noīatiuus ē græcus: nam latine dicitur Aeeta. DIXerat supradicta esse tibi facienda. Omnes. s. uos argonautæ. COnsurgitis ex toro ubi discūbebatis: ut supra. Et premitis pictos corpora graia toros. MENsa deserit toros: qa remota est. ut postq̄ exempta fames epulis: mensæq́ remotæ. QVAm tibi hoc dicit. tunc non cogitabas de uxore q̄ daret tibi magnā dotē. sed de salute. DOtale. qđ dicis esse datum tibi in dotem. QVAm. i. quantum. ERAT longe. i. remotū ab aīo & cogitatione tua. SOCer: Creon. ET nata Creontis. i. Creusa. quā erat longe. TRIstis mœstus. PROsequor oculis. prospicio. VDIs. i. lachrymātibus. LINgua. i. mea. MALe saucia. i. amore pcussa. Virg. iiii. æn. At regina graui iam dudum saucia cura. MALe. in perniciem meam. VT postquā. ACTa. i. preterita. QVAnta fuit. i. tanta q̄ta fuit. i. tota. ANTe oculos. s. meos: quia te amabam: tantum tibi timebam. qđ tota nocte uidebar uidere pericula tua. HINc. ab una parte. TIMor. s. patris. IPSum ti. i. quāto magis timebam: tanto magis amabam. MANe erat. i. factum erat mane. SORor. s. mea Calcyope. DISiectam comas. i. me habentē comas incomptas: & sparsas. IACent. in ora aduersa. i. cubantem in faciem: qđ faciunt qui non possunt dormire. Iuuenal. Cubat in faciem mox deinde supinus. OMNia plena lachry. i. inuenit totū lectum humectatū meis lachrymis. ORAt. s. soror mea. MINyis argonautis: uobis thessalicis: nā ex orchomeno quod prius Minyeium uocabatur: colonos quosdam ad Iolcon deductos constat: ut Strabo scribit: unde argonautæ Minyæ dicti sunt: nā Iason ex Iolco fuit. ALTera petit. s. soror mea. ALtera habebat. sic. n. quidam codices hēnt. & tūc intelligimus altera hēbat. s. ego Medea: si habebit. intelligimus Creusam. i. altera petit: altera capiet fructū. ESOnio iu. i. Iasoni. QVOd petit. s. opem. EST nemus. describit locū in quo Iason locutus est cū Medea: & eam rogauit in auxilium suum. ATRum. obscurum. PICeis. picea spēs arboris. Virg. Procumbunt piceæ. interdum piceus adiectiuum est. pix uero dicitur ipse liquor: qui ex ipsa arbore manat. FROndibus ilicis. i. ilicibus frondosis. VIX illuc. dicit ex densitate uix posse illum locum illustrari a Sole. ILLuc. in illud nemus. DELubra. tēpla. CERte fuerant. quasi correctio: quia dixit sunt dicit nescio an nūc sint. certe fuerāt. DEA. i. simulachrum deæ Dianæ.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ANTO. ℭNESCio an exciderint mecum. LOCa: hæc dubitatio patos excitat ut ſcribit Fabius. ILLuc ad teplũ dianæ. IVS tibi & arbitrium cum petituri ſumus: id facilius impetrabimus: ſi iuſtum: ſi facilem prius oſtẽderimus: demum nos non fore ingratos ſi id conſequamur. IVS tibi & arbitrium: arguit a facili. GLOria maior: unde oritur gloria æquum eſt ut ſit iuſtius erit me ſeruare: quam perdere. PER mala noſtra pre cor: petitionem honeſtiorem faciunt preces. TRIplices uul. dianam ſignificat quæ tria habet ora unde in faſtis eſt. ORA uides ecates in tris uergentia partes. ARCana: miſtica & occulta. Nam ut Orpheus ſcribit. Ad aureũ uellus non erat acceſſus niſi prius dianæ ſacrificaret ſacra ſola medea nouerat: & puellæ colchicæ in magno ſilentio tenebant. ALIquos deos: ſcytæ ueſtã: tellurem: iouem: appollinem: & uenerem colunt. ueſtam thabum appellant: iouem papeum: tellurem apiam: appollinem ethoſirum: albani uero ſolem & lunam colunt. QVOd ſi forte uirum ſponſio hæc per taciturnitatem annunciandam eſſe: quam græci appellant. VIRum nõ dedignare pelaſgum. cum ſequi debuiſſet: te ſororem caperem. correptione elocutionem intercipit ut uehementius puellam excitaret. FAciles deos & meos. qui faciles ſunt: & mihi faueant. SPIritus ante meus: format ſponſionem iureiurando. moriar inquit prius quam tibi aliquam ad meũ coniugium præponam. PRæfecta: iuno pronuba ut diximus nouis nuptiis adhibetur. ET Quota pars: non modo hæc. ſed multo minora ſimplicẽ ad amandum puellam concitaſſent.

Neſcio: an exciderit mecũ loca: uenimꝰ illuc:
Auſus es infido ſic prior ore loqui.
Ius tibi & arbitriũ noſtræ fortuna ſalutis:
Tradidit: inq; tua ẽ uitaq; morſq; manu.
Perdere poſſe ſat ẽ: ſi quẽ iuuat ipſa poteſtas:
Sed tibi ſeruatus gloria maior ero.
Per mala nr̃a pcor: quoꝝ potes eẽ leuamen:
Per genus & numen cũcta uidẽtis aui.
Per triplices uultus: arcanaq; ſacra dianæ:
Et ſi forte aliquos gens habet iſta deos.
O uirgo miſerere mei: miſerere meorum:
Effice me meritis tẽpus in omne tuum.
Quod ſi forte uirum nõ dedignare pelaſgũ:
Sed mihi tam faciles unde deoſq; meos.
Spiritus ante meus tenues uaneſcat ĩ auras:
Quam thalamo niſi tu nupta ſit ulla meo.
Conſcia ſit iuno ſacris præfecta maritis:
Et dea: marmorea cuius in æde ſumus.
Hæc aĩum & quota ps poſſũt mouere puellæ
Simplicis: & dextræ dextera iuncta meæ.
Vidi ẽt lachrymas an & ẽ ps fraudis ĩ illis:
Sic cito ſum uerbis capta puella tuis.

VBER. ℭNESCio an exciderint. cauendum eſt ne legatur neſcis: quia neq; ratio metri: neq; ſenſus patitur. ſed. neſcio: & eſt ſenſus: neſcio an ita oblitus ſis locorum ſicut mei. neſcio an loca exciderit. ideſt ex memoria lapſa ſint. MEcum: ſicut ego excidi tibi. ORſus es. i. incepiſti: ab ordior. INFido ore. ĩfidis uerbis. IVS tibi. uerba: quibus Iaſon ad Medeam uſus ẽ. eã ſibi concilians. IVS. poteſtatem. arbitrium. anctoritatem. SALutis. uitæ. MANu. i. poteſtate. PERdere poſſe ſat eſt. ſententia rhetorica. ſenſus eſt: ſi quis delectatur poteſtate: ſatis ei debet eſſe quod poſſit nocere: non autem debet nocere. SI pia po. i. poſſe IVVat. delectat. QVEm. i. aliquem. EST ſat. ſufficit. POSſe perdere. poſſe interficere. Iuuenalis Et qui nolunt occidere quenquam: poſſe uolunt. ſed ſubaudi licet poſſis me perdere. SERuatus i. ego tuo auxilio liberatus. ERO maior gloria: quam ſi paſſus fueris me mori. PER mala. adiurat Iaſon multis precibus: ut ſui miſereatur: & ſibi opem præſtet. LEVamen. auxilium. PER genus. ſ. tuum. AVI. ſ. phœbi uel Solis nam Aeetes filius fuit Solis: qui uidet omnia. TRIplices uultus. Virg. in. iiii. Tria uirgini ora Dianæ: triplici autem uultu depingebatur: quia ipa eſt luna in cœlo. Diana in terris & filuis pſerpina apud inferos. ARChana myſtica quæ noctu celebrabantur. ET Si forte. i. per iſtos deos ueſtræ gentis: SI Forte aliquos habetis. MEOrum ſociorum qui mecum ſunt: EFFice me tuum. fac me tibi deditum & obligatum. MERitis beneficiis tuis. QVOd ſi forte. pollicetur etiam ei Iaſon ſe perpetuo habiturum eam legitimam uxorem. NON dedignare. non ſpernis & faſtidis. VIRum. maritum. SED mihi. ſunt qui corrumpant hunc uerſum non intelligentes. eſt aũt legendus ſic Sed mihi tam faciles unde. meoſq; deos. cauendum autem ne dicamus deoſq; meos: eſt autem ſenſus. SED unde deos tam faciles: ſubaudi. ſperem. uel habeam: & unde habeam deos tam meos. i. tam obſequentes mihi: ita. n. ſolemus loqui. ſpero te mihi facilem & meum. & eſt uerſus interpoſitus quaſi per parentheſin. SPIritus. i. uita. AN ſe uaneſcet. i. abibit. IN Auras. i. ante moriar. QVAm ulla ſit mea niſi tu. CONſcia. confirmat promiſſionem ſuam per iuramentum adducens Iunonem teſtem. SIT conſcia. i. teſtis. ſ. huius meæ pmiſſionis. PREfecta. i. prepoſita qa ipa præeſt nubentibus ſic ſupra phyllis. Iunonẽq; toris: quæ pſidet alma maritis. DEA. Diana. IN æde. in tẽplo. nam in ſingulari templum ſignificat. in plurali domũ. HAEc animũ dicit: ex minima pte pmiſſionum quas fecit Iaſon ſe potuiſſe moueri: & impelli ad id quod petebat. HAEc. ſ. quæ a te ſunt dicta. ET quota pars. i. minima pars. POSſunt mouiſſe. i. flexiſſe. codices tñ uetuſti habẽt mouere: quod quidẽ accipiẽdũ ẽ preteriti tpis ſic. hæc mouere. i. mouerunt aĩum pu. ſimpl. & quota ps. poſſũt. ſ. mouere. nã ſi ĩfinitiuꝰ ſit: primã corripit. SImplicis. credulæ: ut ſupra ſimplicitas digna fauore fuit. IVNcta. ſ. in pignus fidei. PARs fraudis in illis. i. an & ipſæ ſciũt fallere. ſic PHYllis ſupra. Credidimus lachrymis an & hæ ſimulare docentur: Hæ quoq; habẽt artes: quaq; iubẽtur eunt. CAPta. decepta. SIC. ſ. cũ iuraſſes per Iunonem & Dianã: & iunxiſſes dextrã dextræ meæ: & addidiſſes lachrymas.



ANTO. ℭIVNgis æripedes meis carminibus coacti tauri a te ad aratrum iungũtur. SCIndis aras. Solidam: durã: ut puta quæ diu mãſerat inarata. Iuſſo: ut oetas iuſſerat. VENenatis: qui uenenoſi ſerpentes fuerant. SEDi pallida: extimui anxia de ſalute tua. FACinus miſerabile. exclamatio eſt. PERuigil ecce draco: auget pericula ut ſua officia maiora uideãtur. SQVamis crepitantibus horrens ſibilat & torto pectore uerrit horrens. cuius in te ſquamæ crepitabant. DOTis opes: dos opulenta tibi nõ querebat: in odium creuſam ducit: cuius cauſa repulſam patiebatur. ISThmos: de hoc diximus non ſunt comparanda inquit cum meis officiis quæ te ex tanto diſcrimine liberarunt. FACta nocens. quam ſceleribus ĩſimulas iaſon medeæ facinora uituperabat. SVBduxi: clauſi. Somno medicato: quem meis carminibus induxi. VELlera tuta dedi: rapuiſſe medeã ex arbore uellus aureum & iaſoni dediſſe Orpheus ſcribit. Caius balbus id ab iaſone eſſe aſſerit. REGnum patriãq; reliqui argonautæ rapto uellere conteſtim dederunt uela uentis. Dubitabant enim ne ab Oeta interciperentur: ſecumq; medeã abegerunt. MVnus in exilio: exilium tuli pro munere. FACta eſt præda: corrupta a latrone. Orpheus in pheacia inſula primum Medeæ uirginitatem ab iaſone delibatam ſcribit cũ Eranon. Carãdeon: & Solimon œtæ legati apud alcynoum argonautas conuenirent peterẽtq;: ut Medeã redderent. Iaſon monitus ab Arete alcynoi uxore medeam deſpondit. AT Non te fugiens. Abſyrtum ſecum detuliſſe medeã ſcribunt. Alii uero inſequentem intercepiſſe: laniaſſeq;. DEficit: quoniam facinus hoc narrare non auſim.

Iũgis & æripedes iaduſto corpore tauros:
Et ſolidam iuſſo uomere ſcindis humum.
Arua uenenatis pro ſemine dẽtibus imples:
Naſcitur & gladios ſcutaque miles habẽs.
Ipſa ego quæ dederã medicamia pallida ſedi:
Cũ uidi ſubitos arma tenere uiros.
Donec terriginæ: facinus miſerabile fratres:
In ſe conſtrictas conſeruere manus.
Peruigil ecce draco ſq̃mis crepitãtibꝰ horrẽs
Sibilat: & torto pectore uerrit humum.
Dotis opes ubi erãt: ubi erat tua regia cõiũx:
Quiq; maris gemini diſtinet iſthmos aq̃s.
Illa ego: quæ tibi ſũ nũc deniq; barbara facta:
Nũc tibi ſum pauper: nũc tibi uiſa nocẽs:
Flãmea ſubduxi medicato lumina ſomno:
Et tibi quæ raperes uellera tuta dedi.
Proditus ẽ genitor: regnũ patriamq; reliqui:
Munus in exilio quodlibet eſſe tuli.
Virginitas facta eſt peregrini præda latrõis:
Optia cũ cara eſt matre relicta ſoror.
At te non fugiens ſine me germane reliqui:
Deficit hoc uno littera noſtra loco.
Quod facere auſa mea ẽ: ñ audet ſcribere dextra.
Sic ego: ſed tecũ dilacerãda fui.

VBER. ℭIVNgis: dicit quẽadmodũ iplorato auxilio: & impetrato: ipſe Iaſon icepit facere: quæ ſupra memorauit ei fuiſſe faciẽda: cum dixit. dixerat ĩterea tibi rex &c. iaduſto: uel ualde uſto: uel nõ uſto: qa licet ſemp efflarẽt ignẽ: nũq̃ tñ eo igne urebant. SOLidã. durã. PRO ſemine. i. loco ſemis ita. n. ſparſit Iaſon dẽtes ſerpẽtis: ſicut ſpargitur ſemen. GLAdios. i. enſes. IPSa ego habet emphaſin: uult aũt ĩtelligere q̃to magis tu: & reliqui debuiſtis timere. PALlida. timida. cõſequẽs p antecedenti. Lucanus ipſaq; ĩexptis quod primũ fecerat hærbis. ExPauit Medea nefas. SVBitos. i. ſubito natos. TERrigenæ. i. geniti ex terra. FACinus. i. factũ. CONſeruere. cõmouere. CONſtrictas. i. ſtrictis hoc ẽ nudis enſibꝰ armatas. ECCe. magnũ & ĩprouiſum aliquid ſignificat. CREpitãtibus. reſonãtibus. Horrens. aſper. ſũt. n. ſerpẽtes ſquamiferi. Virg. ter collo ſquãmea circũ terga dati. SIBilat pprie dixit de ſerpẽte Vir. Sibila lãbebãt lĩguis uibrãtibꝰ ora. TOrto. obliquo ſinuoſo. DOtis opes. Medea ita ãplificat bñficiũ ſuũ: ut doti id añponat. VBI erãt. q. d. nõ quærebas túc dotẽ: cũ ſolũ de ſalute tibi cogitandũ putares. REgia. i. regio ſanguĩe creta: ut nũc iactas eẽ iſtã tuã. ISthmos. ſubaudi ubi erat. i. corynthꝰ: quæ ẽ ĩ Iſtmo dixi. ĩ epi. Hermi. ſup eũ locũ. Qua duo porrectus lõge freta diſtinet Iſthmos: & in epiſtola phædræ ſup eum locum Aequora bina ſuis oppugnãt fluctibꝰ Iſthmos. DIſtinet. diuidit. GEMini. ut ſupra hic Ephyren bimarẽ. ILLa ego. dicit ſe fuiſſe: quæ ei tot & tanta picula ademerit. NVNc deniq;. nã túc nõ tibi uidebar barbara: nec ſpernenda. cũ a me opẽ expeteres. NVNc tibi ſũ pau. ſubaudi ego illa. QVæ nũc tibi. i. iudicio tuo. SVm uiſa. i. putata. NOCens. ſcelerata: uenefica: SVbduxi. i. remoui. FLAmea. ignea: hẽnt. n. ſerpẽtes oculos lucentes ĩ modũ ignis. Ouid. i. iii. met. de ſerpente quẽ Cadmus ĩterfecit. Igne micãt oculi. MEDicato. i. medicamine quodam uicto. QVæ raperes. i. quæ rapere poſſes. TVTa. i. tu tutus & ſine piculo ſalutis tuæ. PROditus. deceptus. MVNus: quodlibet ita quidam legunt. ut ſit ego tuli eſſe q̃dlibet munus ĩ exilio: placet tñ magis ut legatur quod licet: & tuuc erit ſenſus magis exprobrans ingratitudinem Iaſonis: ſic ego pro ſupradictis hũi hanc remuneratiõe: quod licet mihi eẽ ĩ exilio. TVLi. i. accepi. VIRginitas. mea. PRæda. rapina. LATronis. pdonis. ſ. tui Iaſonis: qa nõ ut maritus te geſſiſti: ſed ut pdo. SORor. ſ. mea Calcyope. CVM matre. ſ. Idyia. ita. n. teſte heſiodo uocata ẽ mr̃ Medeæ. licet q̃dã dicãt filiã fuiſſe Aeetæ & Hypſeæ: & Diodorus dicat fuiſſe filiã Aeetæ ex hecate. AT Non te. fratrem Abſyrthum a ſe interfectum dolet: dicit ergo. O GER. Abſyrte. EGO fu. de patria. NON reli. te ſine me. nam Medea eum ſecum duxit: & cum pater eam iſequeretur: dilacerato fratre: & mẽbris in uariis locis ſpſis ut alibi diximus. patrem remorata eſt. LITtera. epiſtola. VNO. i. ſolo. DEFicit. non hẽt animum: qa ex oibus quæ p te feci hoc unum eſt quod non audeo ſcribere. SIC. ſicut frater dilaceratus ẽ a me. SED tecũ: qa ẽt tu meruiſti.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ANTO. ¶ QVId enim poſt illa timerē arguit a maiori:ſi cauſa ſum inquit fratrem laniare multo audacius nauigabo. CREdulitatis:non crudelitatis legendum. Symplegades duo ſunt ſcopuli in boſphoro.qui crediti ſunt aliquando concurrere:omnes naues cōprimere conſueuerūt:adeo quod nec columbæ:ut ſcribit Homerus. licet ioui miniſtrent ambroſiam impune uolitarint. Argo tamē illas illeſa ſuperauit Iunōis bñficio quæ iaſoni fauebat. SCylla rapax:ſcylla & carybdis pericula maris ſunt inter italiam & ſiciliam. ſcyllam Home. in odiſſea deſcribit:fuiſſe olim traditur phorci filia ex creteide a Glauco amata.carybdis uero uetula rapaciſſima traditur:q cum boues herculi ſubripuiſſet: ab illo in mare ꝓiecta uoracitatē exercet. argonautæ:ut ſcribit Orpheus:in thyrrenum mare appellātes hæc monſtra ſuperarunt. QVæ uomit fluct⁹ totidem:carybdim intelligit:quæ quattuor & uiginti horis bis aquam ſorbet : & eiicit. AD æmonias urbes:iolchon intelligit urbem theſſaliæ ubi erat peliæ regia:patrē æſonē:matrē alcimeden & fratrem ꝓmachum trucidato peliæ iuſſu reperit.licet alii qbus adſtipulatur in metamorphoſi Ouidius. TRAdant uiuum patrem conueniſſe:in iuuentamque a Medea iaſone petente fuiſſe reſtitutū. AD Patrios deos:Argo Neptuno in iſthmo:ubi erat templū dicauit uellus aureum & iunoni.

Nec tamē extiui: quid.n.poſt illa timerem:
Credere me pelago fœmina iāq; nocens.
Nuñ ubi ē: ubi dii: meritas ſubeamus ī alto:
Tu fraudis pœnas: credulitatis ego.
Cōpreſſos utinā ſymplegades eliſiſſent:
Noſtraq; adhærerent oſſibus oſſa tuis.
Aut nos ſcylla rapax canibus miſiſſet edēdos:
Debuit ingratis ſcylla nocere uiris.
Quæq; uomit totidē fluct⁹: totidēq; ꝑſorbet
Nos quoq; trinacriæ ſuppoſuiſſet aquæ.
Soſpes ad æmōias: uictorq; reuerteris urbes:
Ponitur ad patrios aurea lana deos.

Hac duce ſygæo dubias a littore feci:
Longa, pheredea per freta puppe uias.
Illa dedit faciles auras: uentoſque ſecundos:
In mare nil mirum ius habet orta mari.
Perſtet: & ut pelagi: ſic pectoris adiuuet æſtꝰ
Deferat in portus & mea uota ſuos.
Attulimus flãmas: nõ hic inuenimus illas:
Hæ mihi tam longæ cauſa fuere uiæ.
Nã neq; triſtis hyẽs: neq; nos huc appulit error
Tænaris eſt claſſi terra petita meæ.
Nec me crede fretũ merces portante carina:
Findere: quas habeo dii tueantur opes.
Nec uenio graias ueluti ſpectator ad urbes:
Oppida ſunt regni diuitiora mei.
Te peto: quã pepigit lecto uenꝰ aurea noſtro
Te prius optaui: quam mihi nota fores.
Ante tuos an mo uidi: quã lumine uultus:
Prima fuit uultus nuncia fama tui.
Credis & hoc nobis: minor ẽ tua gloria uero
Famaque de forma pene maligna tua eſt.
Plus hic inuenio: quã quod promiſerat illa:
Et tua materia gloria uicta ſua eſt.
Ergo arſit merito: q nouerat omnia theſeus:
Et uiſa eſt tanto digna rapina uiro.

VBER. HAC duce dicit Paris ego ſuſcepi hanc nauiga/tionem a Troia i Græciã autore:& uenere ipſa du ce.i.regente me. DVBias ĩcertas : quales ſunt uiæ nauigationis. A Littore Sigeo.i.troiano. nã Sigeũ ꝓmontoriũ eſt Troiæ:ut dictum eſt ĩ prima epiſto la. PVPpe pherecleã neq; pharetrata neq; phare trea legẽdũ ẽ:ſed pherecleã.Fuit.n.Phereclus ut ſcri bit Homerus li.v. Iliados filius Harmonidæ fabri lignarii qui naues Alexãdro qui & Paris dicit fabri cauit:quæ fuerũt principiũ maloꝝ troianoꝝ:a phe reclo igitur poſſeſſiuũ fit pherecleus. PHEreclea puppe.i.fabricata a phereclo:& hic eſt uerus ſenſus & emẽdatus textus. ORTa mari dictũ ẽ ſupra ĩ epi ſtola Didonis ſup eum locũ : quia mater amoꝝ nu/da Citheriacis edita fertur aquis. PERſtet ideſt utinam perſeueret : ut Virg. Talia perſtabat memorans: fixuſq; manebat. AESTũ:ad utranq; retulit hic:& ad feruorem amoris:& ad motum maris:& eſt ſenſus : ut adiuuat nauigationem:ita adiuuet amorem meum:ordo eſt. PERſtet:& ita adiuuet æſtum pectoris:ut pe/lagi ſcilicet æſtum adiuuat. ET ideſt etiam. MEA uota ſicut & nauem attulimus: quia ex patria diſceſſimus huc propter amorem:non autem incepi ſolum te amare poſtq̃ huc ueni. HAE flamæ. HYEms tempeſtas ERRor quia ignorarem quo uenirem. TAEnaris terra ideſt laconica a Tænaro ꝓmontorio laconiæ. PE tita.i.uenit claſſis mea dedita opera in hanc terram pp te. NEC me occurrit obiectioni:quia poſſet dici qđ propter alias cãs ueniſſet : dicit ſe pp ſolã Helenã ueniſſe. NEC crede.i.nec crede me nauigare pp mercatu ram quia ſum diues ſine hoc exercitio. TVEantur ſeruent:quia ſatis ſunt mihi. SPEctator admirator : ut uideam pulchras urbes græciæ:hæc.n.ſolet eẽ multis cauſa nauigandi:ut in alienis terris uideant præclara oppida. OPpida urbes ut Virg. Aſcreũq; cano romana p oppida carmen. DIVitiora opulẽtiora.nã Aſia ditiſſima eſt Horatius & dites Aſiæ campos Virg. Troianas ut opes Cic.in orõne pro lege manilia de laudi bus Pompeii. Aſia uero tam optima eſt.& fertilis:ut ubertate agroꝝ:& uarietate fructuũ:& magnitudine pa ſtionis:& multitudie eaꝝ reꝝ quæ exportant facile omnibus terris antecellat. AVRea formoſa. PEpigit promiſit:ut in argumento primæ epiſtolæ:& huius diximus. ANIMo cogitatione deſyderio. QVAM lumine quã oculis corporis. FAMa fuit prima nũcia tui uultus.i.priꝰ audiui dici de pulchritudĩe tua. CRE dis & hoc extollit eius pulchritudinem:ut ita laudando eam alliciat ad amorem ſuum:nulla.n.ẽ mulier:quæ laudibus ſuæ formæ nõ delectetur ouid.in primo de arte. Nec faciem:nec te pigeat laudare capillos. Et tere tes digytos:exiguũq; pedẽ. Delectant etiam caſtas præconia formæ:&c. MINor eſt uero:quia minus dicit de te q̃ ſit. MALigna auara:& detractrix:quia minus dicit q̃ debet. GLoria laus cõmendatio. ESt uicta ſua materia ideſt a pulchritudine tua:quæ eſt materia ipſius gloriæ. RApina præda.dictum eſt ĩ epiſtola Her miones & Oenones de Helena rapta a Theſeo.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ANTO. ℭMORE tuæ gentis:laconis mixtis cum puellis pueris palæſtra exercebatur:ut Plut.autor eſt. NITida: uncta:ná athletæ inungebanť:hac obiectatione facti pudoré amouet:& conſtantiá ſuá cõmendat. ALIquid tuliſſem:nõ te intactá:ut theſeus remiſiſſem. ESSet libata:raptus uirginitatis flos. SALua uirginitate:oſcula itelligit:quæ etiá nõ rapta uirginitate ferri poſſunt. DA Modo te:eas in meá ſententiam. FLAmma rogi flámas:agnominatione uſus eſt ex uocabuli equiuocatione. PROpoſui regnis ego:electione ſuum amorem probat:cum potueri habere regna te malui. CONtempta eſt uirtus corporis aut animi uirtutem cõtempſi:ut te frui potuiſſem. DANte uirtutis optionem.Nec piget:electioné cõmendat. HAVd unq̃ ſtulte:nõ dánabor electione:quá autor laudabilem facit. DEPrecor:uerbo abuſus eſt:nam licet apud uetuſtiores deteſtetur:hoc loco tamen p̃ces auget: quá licentiá feciſſe uidetur Cicero í epiſtolis ad Létulum. NON ego coniugiũ:a genere & potentia ſe cõmendat. PLEiades ſi queris:pleiades numero ſeptem traduntˀ Athlátis &pleiões filiæ:ut Muſcus ſcribit a pleione matre nũcupatæ:ex his una electra ex ioue dardanũ genuit:ex dardano natus eſt herictonius:ex hoc Trous naſcitur : is ilum & ganymedem filios habuit. Ilus laomedonté:laomedõ uero antigoné:heſioné & lampum:clitioné:ioctaoné:bucolionem:titonũ & priamũ:ex priamo natus eſt paris. AVos medios:qui inter ioué &priamũ interceſſerunt. FINibus ímenſis:cũ Sceptinio cõgruere uidetur:q ſcribit nõ eé uериſimile priamũ ſolũ phrygiam poſſediſſe:ſed aſiæ totius:quæ eſt cis tauꝝ imperium tenuiſſe confirmat aſiam dictá ſcri.Her. ab aſio manei lydi filio:nõ aſia ꝓmethei filia:ut Var. exiſtimauit unde &Sardis filia fuit:quam aſiada uocarunt. TECta au. barbaroꝝ mos fuit tecta auro ornare:quod ſero ad romanos peruenit.

More tuæ gentis nitida dum nuda paleſtra:
Ludis:& es nudis fœmina mixta uiris.
Quod rapuit laudo; miror; qđ reddidit unq̃:
Tam bona cõſtãter præda tenenda fuit.
Ante receſſiſſet caput hoc ceruice cruenta:
Quá tu de thalamis abſtraherere meis.
Te ne manus unquá noſtræ dimittere uellét:
Te ne meo paterer uiuus abire ſinu.
Si reddéda fores: aliquid tamé ante tuliſſem:
Nec uenus ex toto noſtra fuiſſet iners.
Vel tua uirginitas eſſet libata: uel illud:
Quod poterat ſalua uirginitate rapi.
Da modo te paridi: quæ ſit conſtantia noſces
Flãma rogi flammas finiet una meas.
Præpoſui regnis ego te: quæ maxima quõdã
Pollicita eſt nobis nupta ſororq; iouis.
Dumq; tuo poſſem circũdare brachia collo:
Contempta eſt uirtus pallade dante mihi.
Cum uenus & iuno pallaſq; in uallibus idæ:
Corpora iudicio ſuppoſuere meo.
Nec piget: haud unq̃ ſtulte elegiſſe uidebor:
Permanet in uoto mens mea firma ſuo.
Spem modo ne noſtrã fieri patiare caducam
Deprecor; o tanto digna labore peti.
Nõ ego coniugiũ generoſæ degener opto:
Nec mea: crede mihi: turpiter uxor eris.
Pleiada: ſi quæras: i noſtra gente: iouemq;:
Inuenies; medios ut taceamus auos.
Sceptra parens aſiæ: qua nulla beatior ora:
Finibus immenſis uix obeunda tenet.
Innumeras urbes atq; aurea tecta uidebis:
Quæq; ſuos dicas templa decere deos.

VBER. ℭMORE conſuetudine. TVæ gentis.i.lacõicæ: ná lacedemonii p̃cipue paleſtra delectati ſunt:cui⁹ etiá inuétores creduntˀ : unde ꝓpertius. Multa tuæ ſparthe miramur dona paleſtræ. NITida ꝓpterea qđ corpora oleo ungebanť:paleſtra aũt latine luctá di certamen ſignificat. CONſtanter.fortiter aíoſe ANTe.i.potius. HOC.i. meũ. ABStraherere.i. eriperis.i.ãte paſſus eém mihi icidi caput:q̃ te reddidiſſem. NEan. VELLent di.q.d.nõ. VIVus dũ uiueré. FORes.i.fuiſſes pp neceſſitaté. TVLiſſem accepiſſem. ANTe,quá fuiſſes reddita. EX Toto penitus. LIBata deſumpta guſtata. VEL il lud.ſ.oſculũ da mõ:quia poſſet obiici : ita dicis : ſed fortaſſe ita nõ faceres:dicit fac periculũ & ꝓba:uidebis quæ conſtantia ſit in me. FLAma rogi.i.amor meus ſola morte finieť.Teren.in andria hãc mihi niſi mors adimet nemo. FLAma rogi.i.flãma in qua cõburetur cadauer meũ:cũ ero mortuus. FLAmas amoris QVæ maxima.ſ.regna. POLLicita eſt:ut plene demonſtrauimus in argumento priæ epiſtolæ. NVPta ſororq; Io.i.Iuno. VIRtus ſapia. CONtépta ſpreta. DANte dare uolente. ELEgiſſe ſtulte.ſ. qđ te potius quá regna uel uirtuté elegerim. INSuo uoto qđ primũ habuit:ut te hérem coniugé. CADVcam fluxam uanam. NON ego ícipit ſe laudare a nobilitate. NON degener:uel uilis genere:uel a maioꝝ uirtute remotus. GEneroſæ tui nobiliſſimæ. TVRpiter dedecoroſe:ſed cum magna laude tua. PLEiada ſuæ geanologiæ uetuſtaté repetit a Ioue & Electra.Ná iuppiter cõcubuit cũ Electra filia Atlátis:quæ fuit una ex ſeptem pleiadibus:quæ in cœlum in ſtellas tranſlatæ ſunt:& ex ea genuit Dardanũ:a quo Troiani originé: & nomen ducunt ouid.í faſtis.Dardanon Electra quis neſcit Atlantide natũ.Scilicet Electræ concubuiſſe Iouem. PLEiada.i.Electram:quæ ita dicta eſt:uel a pleione matre:uel a pleio græce nauigo:quia nauigátes ſolent pleiadas ipſas obſeruare. MEDios auos.i.qui ſunt inter iouem & nos intelligit Eryctonium. Torem. Ilum Aſſaracũ.Capim:& reliquos. ORA regio. BEAtior.ditior:ut diximus ſupra. OBEunda circũeunda FINibus ímenſis propter magnos fines & ambitus. INNVmeras íſinitas. QVæ dicas decere ſuos deos ideſt quæ ſint ornata:& talia quæ deceant quibus ſunt dicata.



ℭCANore lyræ:quoꝝ ſaxa íopus exilibant Phœbo ad cythará carmina modulante. ILLA tellus:phrygia eo adeo populoſa eſt:ut uix teneat:quos habet mortales:id monſtrat poſſe tutari helená contra græcoꝝ potentiam. SVNT inquit nobis opes:ſunt & uiri::quibus bellum confici poteſt ut Ci.ſcribit. Troades troianæ matronæ. ATRia:dicunť q̃ a terra ſurgerent:uel ab atriatibus etruriæ populis:unde conficiédi atrii ſumpta eſt ſimilitudo. ACHAia:pelopõneſſus eſt appellata ab acheo xuti filio:deinde ægialea a rege ægialio. NEC mihi fas fuerit:occupatione ſpartaná conténit pauperiem Tucydides Spartanos tradit græcorũ fuiſſe omniũ frugaliſſimos. SPArtæ urbs:laconiæ thaigeto monti ſubiecta.Recte in contéptum traducit locum:nam facilius eum optare coget : qué feracitate & opulentia præſtare mõſtrauit. NOStra de gente:phryges fuerunt in ueſtiendo molliſſimi:qđ aſcanio turnus apud Virgiliũ exprobat. TERamneo rure:exteũat & cultũ & patriá : laudatis phrygũ delitiis.Teramne uicus laconiæ:ubi nata eſt helena Herodo.Teramné ſcri.eé helenæ templum ſupra Apollinis fanũ. PHRyx erat:fœlicitaté patriæ cõmendat a genere. NECtare miſcet aquas ganymedem ſignificat:qui raptus í ida factus eſt iouis pincerna. CONiunx auroræ:is eſt Titonus longæuus ſenex qué auroræ coniugé fuiſſe conſtat:ex quibus memnõ natus eſt:qué achilles peremit:dum crematur in aué uerſus crediť :quæ cũ uolitare circa eius ſepulchrum ad Troiá ſolũ cõſpiciant : Memnoniæ ſunt nũcupatæ. MATer amoꝝ:ea é Venus:qua cũ ad Simoenta fluuium anchiſes concubuit:& ex his natus eſt Aeneas. NEC puto collatis:ſe ipſum cõmédat a forma:& ætate. Menelaũq; in contéptum ducit:obiiciens ſuoꝝ maioꝝ ſcelera. SOCeꝝ tibi clara fuganté lumina:cœnam thieſtæ obiicit:a qua ſuos radios auertiſſe ſolem poetæ ſcribunt Atreus & thieſtes pelopis filii alternis annis Mycenaꝝ ĩperium tenebát.Mercurius filii myrtili necé:quem in mare p̃cipitarat. Pelops maxime dolens diſſeſioné fecit thieſtes:ut Arietis Martii pellé aureá:quæ apđ atreũ ſeruabať haberet europen:quá alii meropé appellant uitiauit:unde nati ſunt Tãtalus Pliſtenes & Arpagines:quos ſimulata pace:ubi facinus cõperit Atreus frater:epulandos pueros appoſuit:a táto facinore ſol diciť radios auertiſſe. ADApe:ex cœna Thieſtæ:q̃ filios deuorabat.

Ilion aſpicies firmataque turribus altis:
Mœnia phœbeæ ſtructa canore lyræ.
Quid tibi de turba narré: numeroq; uiroꝝ:
Vix populum tellus ſuſtinet illa ſuum.
Occurrét denſo tibi troades agmie matres:
Nec capient phrygias atria noſtra nurus.
O quotiés dices: quã paup achaia noſtra eſt:
Vna domus quæuis urbis habebit opes.
Nec mihi fas fuerit: ſparten cõtẽnere ueſtrã:
In qua tu nata es: terra beata mihi eſt.
Parca ſed eſt ſparte: tu cultu diuite digna:
Ad talem formã non facit iſte locus.
Hãc facié largis ſine fine paratibus uti:
Delitiiſq; decet luxuriare nouis.
Cum uideas cultus noſtra de gente uiroꝝ:
Quales dardanias credis habere nurus.
Da modo te facilé; nec dedignare maritum:
Rureteramneo nata puella phrygem.
Phryx erat: & noſtro géitus đ ſanguie: q nũc
Cum diis potando nectare miſcet aquas.
Phryx erat auroræ coniunx: tñ abſtulit illum
Extremũ noctis quæ dea finit iter.
Phryx erat anchiſes; uolucꝝ cui mater amoꝝ
Gaudet in idæis concubuiſſe iugis;
Nec puto collatis forma menelaus & annis:
Iudice te nobis anteferendus erit.
Nõ dabimus certe ſocerũ tibi clara fugãtem:
Lumina; qui trepidos a dape uertat equos

VBER. ℭ ILion cõmemorat hoc opiddũ p̃cipue in quo ſedes regũ aſiaticoꝝ. STRVcta ædificata. CANore.i.ſono ablatiuus eſt caſus. LYRæ phœbeæ:quia ut alibi diximus Neptunus &phœb⁹ mœnia Ilii cõdiderunt:eſt aũt Ilium oppidũ ipſius Troiæ maximũ &celeberrimũ.ná Troia eſt regio. TRoades mulieres troianæ. OCCVrrent uenient obuiá. AGMine multitudíe. CAPiét cõtinebũt:qa erũt plures q̃ poſſint ſtare í nr̃a domo. ACHaia græcia. VNA do.i.quælibet ſola domus noſtræ regionis hébit opes unius ueſtræ urbis. NEC mihi ne uideatur ſpernere græciam:dicit ſe uenerari plurimũ lacedæmõa terram nataléipſi us Helenæ. SPArthen lacedæmõa. BEAta fœlix. MIHi iudicio meo. PARca nõ luxurioſa:neq; ſumptuoſa in ueſtibus. TV Digna cul.di.i.tu mereris ornatũ ſumptuoſum. NON facit nõ conuenit. PARatibus ornatibus cultibus.SINe fine íſinite.LVXuriare abundare affluere. CVm uideas ſumit argumentũ ornatus mulieꝝ ab ornatu uiroꝝ: qui ſolent eſſe minus delicioſi:cum ergo uideas uiros ita cultos. QVAlem.q.d.multo ſumptuoſioré:& ſplendidioré NVRus puellas. FACilem exorabilé nõ durá:ut faciles uenerare Napeas. RVRe Terapnæo Terapne Lacoiæ oppidũ eſt.Pomponius Mella í Lacoide Terapne.Lacedæmõ.Amichle. PHRix erat:laudat Phrygum nobilitatem. QVI nunc cum diis potando.Gãimedé ítelligit hic filius fuit Trois regis troiáoꝝ amatus a Ioue:q cum,in Ida uenaretur a Ioue in formá aquilæ tranſfigurato raptus eſt:& expulſa Hebe quæ ſibi miniſtrabat:pincerná ſuum inſtituit oui.li.x.met.Arripit iliaden q nunc quoq; pocula miſcet.Inuitaq; Ioui nectar Iunone miniſtrat. NECtare nectar poculum eſt deoꝝ. AVRoræ cõiunx.i.Tithonus is frater fuit Laomedontis:qui ab aurora amatus ex ea genuit Memnona:quem poſtea í auxiliũ troianoꝝ miſit. QVæ finit extre. iter noctis:quia aurora tenet confinia lucis quam incohat:& noctis quam finit. ANChiſes is filius fuit Capis formoſiſſimus amatus a Venere:cum quo concumbens in monte.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Ida poſtea apud Simoenta fluuium genuit Aeneam. VOLucrum uelociũ habentium alas. AMORũ ſunt enim gemini:ut alibi diximus. GAVdet quaſi re honeſta:unde & apud Virg. Coniugio Anchiſe Veneris dignate ſuperbo. IVGis uertice. NEC puto laudat ſe a pulchritudine & fortitudie:qbus duabus reb⁹ ꝑpo nit ſe Menelao. COLLatus comparatus. TE Iudice iudicio tuo. NON Dabimus:ita laudat ſe:ut deprimat patrẽ Menelai dicit.n.ſe nõ habere patrẽ:q ſit futurus ſocer Helenæ:qui filios coxerit:& Solem eo ſcelere ſugauerit. FVGantem repellentẽ. TREpidos:uel territos:uel feſtinos. ADApe.a conuiuio ſuo ſcelerato Fabula hoc habet. Atreus & Thyeſtes fratres fuerunt filii Pelopis. Atreus uxorem habuit Aeropen nomie quã cum frater Thyeſtes ardenter amaret:cum ea concubuit:quod cum frater intellexiſſet:in ultionẽ huius ſceleris filios coxit:& comedendos fratri appoſuit aſſimulata cum eo concordia. hanc rem ne ſol uideret: dicitur auertiſſe ſe:de hac re ſcripta eſt Tragœdia apud græcos:ex Atreo creditur natus Menelaus:unde eẽt ſocer Helenæ:dicit ergo non dabo tibi talem ſoceꝝ qualis fuit Atreus:q humanas dapes fratri apponat.

Nec pater eſt priamo ſoceri de cæde cruẽtus
Et qui myrthoas crimine ſignet aquas.
Nec proauo ſtygia noſtro captãtur in unda:
Poma:nec i mediis quærit humor aquis.
Q uid tamẽ hoc refert: ſi te tenet ortus ab illis
Cogitur huic domui iuppiter eſſe ſocer.
Heu facinus: totis indignus noctibus ille:
Te tenet: amplexu perfruiturque tuo.
At mihi conſpiceris poſita uix deniq menſa:
Multaque: quæ lædãt: hoc quoque tẽpus hẽt
Hoſtibus eueniant conuiuia talia noſtris:
Experior poſito qualia ſæpe mero.
Pœnitet hoſpitii: cũ me ſpectante lacertos:
Imponit collo ruſticus ille tuo.
Rũpor: & inuideo: quid nunc tñ oĩa narrẽ:
Mẽbra ſuperiecta cũ tua ueſte fouet.
Oſcula cũ uero corã non dura daretis:
Ante oculos poſui pocula ſũpta meos.
Lumina demitto: cũ te tenet arctius ille:
Creſcit & inuito lentus in ore cibus.
Sæpe dedi gemitus: & te laſciua notaui:
In gemitu riſum non tenuiſſe meo.

ANTO. ❡DE Cæde ſoceri:pelopem ſignificat:q Myrtilũ aurigã i mare ꝑcipitauit:oenomaum ſoceꝝ trucidauit. MYRthoas aquas:a ꝑcipitato Myrthilo Myrthoas dicimus. CAPtantur in unda poma:ad tantalum pelopis patrem hoc refert:q ſitibundus i media aqua:exurienſq cum ad uerticem omnia generis poma habeat nec bibere:nec famẽ ſedare datũ eſt. TE Tenet:ui poſſidet:nõ uoluntate menelaus: q a tantalo genus ducit. Huic domui:enũciandum cum contemptu eſt. HEV facinus indignũ:narraturus ea:quibus aſſiduo maxime i amore moleſta ſunt ab excãdeſcẽtia incepit. VIX Deniq menſa: ecce qđ augebat miſeriã:qđ Menelaus ut uolebat fruebatur:ipſe uero uix conſpicere poterat: HOC tempus:dum diſcũbimus. RVSticus:cũ ſtomacho eſt hoc enũciandũ. RVMpor:torqueor inuidia. FOVet laſciue tractat. INVito:faſtidito ꝑ dolore CREſcit:nõ conteritur:ſed durior efficitur.

VBER. ❡ NEC pater eſt.i.nec pater priami auus meus. Soceꝝ ſuũ iterfecit ſicut pelops auus Menelai:diximus ſupra i epiſtola Hermiones fabulã Oenomai patris Hyppodamiæ:quã Pelops curſu uicit:Is aũt Pelops ut regno ſoceri potiretur:eum iterfecit. ET Q ui mir.i.nec dabimus auũ:q aliquẽ i mare ꝑcipitauerit ſubmergendũ:ſicut Pelops Mirtilũ aurigã Hyppodamiæ:quo fauente eam uicerat i mare ꝑcipitauit:a quo mare myrthoũ dictũ eſt. hæc fabula loco ſupradicto narrata eſt. NEC pauo amplificat odiũ gentis Menelai:dicens nec pauus meus dãnatus eſt apud inferos eadẽ pœna:ut aquã uſq ad os habeat:& poma:neq tñ biberẽ:aut comedere poſſit ſicut Tantalus pauus Menelai. Tantalus.n.cũ eſſet familiariſſimus deoꝝ:& Iouẽ cum cæteris diis ad conuiuium inuitaſſet:dicit Pelopẽ filiũ ſuũ coxiſſe:& deis cõmedendũ appoſuiſſe:ut eoꝝ diuinitatẽ tẽtaret:a quo omnes abſtinuerũt excepta Cerere:quæ humeꝝ eius conſumpſit:poſtea cũ dii eũ ad uitã reuocare uellẽt:humerus eſt ei eburneus reſtitutus:unde Virg. humeroq Pelops inſignis eburno:Inde Tantalus hac pœna dãnatus apud inferos dicitur:ut nec undis nec pomis tangẽtibus ora ꝑfruatur:Sunt tñ q eũ hac pœna non ꝑp cædem filii:ſed qa idicauerit arcana deoꝝ damnatũ putẽt:qđ quidẽ ouidius i primo amoꝝ ſignificat. Quærit aquas in aquis:& poma fugacia captat Tantalus:hoc illi garrula lingua dedit:& idem li.iii.amoꝝ. Sic aret mediis taciti uulgator in undis:pomaq quæ nullo tempore tangat habet. Euripides dicit eum ſuſpenſum i aere. propterea qđ aduerſus deos eſſet maledicus. QVId refert quid intereſt:quid mihi prodeſt:maiores Menelai tales eẽ. SI Ortus ideſt ſi Menelaus natus ab illis. TENet te placet tibi. COGitur ſubaudi ſi iuppiter cogitur eẽ ſocer huic domui ideſt contra uoluntatẽ ſuam nõ cõpellitur eẽ ſocer ipſius Menelai:q eſt đ gente ita ſcelerata & ipia:nã ſi helena quæ eſt filia Iouis ſit eius uxor:neceſſario iuppiter erit ei⁹ ſocer. HEV facinus.ꝑgit adducere ea in odiũ. INDignus qui meref taleẽ uxorem. MIHi.q.d.q te amo ex corde. VIX deniq ideſt etiam cũ difficultate. POSita parata. HOC tempus menſæ & cœnæ. QVæ lædũt quæ diſplicent. EVEniant optantis eſt. TALia ita acerba. Pœnitet hoſpicii ideſt pœnitet me eẽ i ea domo. RVSticus incultus ſine moribus & blandiciis. RVMpor.ſ.dolore. CVm ille Menelaus. FOVet tua mẽbra ueſte ſupiecta.i.cũ te amplectit:& tenet in ulnis ſub ueſte ſua. QVID nõ hæc dicta ſunt ꝑ parẽtheſin. NON dura mollia & laſciua. POSui poante ocu.ne uiderẽ. DEmitto inclino. ARCtius ſtrictius. CREſcit i ore cibus uidef creſcere:qa præ dolore comedere nõ poſſum Iuue. Interq molares difficili creſcente cibo. ex anxietate.n.cibus multũ cõmaſticatus & cõmanſus uix põt demitti ꝑ fauces: NOTaui aduerti.



❡FLAMMam cõpeſcere:cohibere amoris æſtũ:infuſo fortius mero. EBRietas fuit ignis in igne:accẽdit amoris inſaniã⁹ RECumbo. diſcumbo dicendũ fuerat:ſi carmen permiſiſſet. REVocas oculos in te uertis pro deſiderio:nõ poſſum inquit me continere:quin ad teoculos reuocẽ. QVID faciã:cõmunicatio hæc miſerationem mouet. ABEſſe doleo:cum uideo tuos & menelai luſus:ſed multo fortius ſollicitor: dum te nõ uideo. QVAlibet & poſſum:modeſtiã ſuam i amore cõmendat. TIBi ſoli:nõ menelao:nõ aliis. ORA reflexi uultũ alio conuerti. ILLE tacuit ob inuidiam nomẽ de menelao locuturus. AMorem aliquem:quo quo pacto multi amarint expoſui. AD Tuos uultus:ad te ipſam conuerſus: ſingula uerba exprimebam. INDiciumq mei:me amare idicaui. SVB falſo nomine:ſub nomine alieõ:nam quem alium dicebã:is ego erã. Petulantius:multa obloquendi licentia. ADitũ dedere:præbuerunt ad conſpiciendam uiam. Iouẽq:q in formã oleris cum læda concubuiſſe tradit ẽ olor pẽnis cãdidiſſim⁹. TORtilis anſa:i poculis anſæ aliæ leues erãt aliæ tortiles. VETeres amores:uete꜔ geſta i amoꝛ:ut pyrrhãi:& theſei ut Herculis. REſupin⁹:ꝑiectus molliter:ut nimio uĩo pleni facere cõſueuerũt:ueluti poliphen⁹ apud Virg. cum tradit medio reſupinus in antro. CLYmenẽ æthrãq: Septunius tradit duas has menelai affines ſuiſſe relictas ad helenæ cuſtodiam: quæ cũ paride fugerunt:hoc tranſitu in ſollicitudine helenam relinquit:honeſte in alias ſermonẽ transferẽs. ANTO.

Sæpe meã uolui flãmã compeſcere: at illa:
Creuit: & ebrietas ignis in igne fuit.
Multaq ne uideam: uerſa ceruice recumbo:
Sed reuocas oculos protinus ipſa meos.
Q uid faciã dubito: dolor ẽ meus iſta uidere:
Sed dolor a facie maior abeſſe tua eſt.
Q ua licet: & poſſum luctor celare furorem:
Sed tamen apparet diſſimulatus amor.
Nec tibi uerba dam⁹: ſẽtis mea uulnera: ſẽtis
Atq utinam ſoli ſint ea nota tibi.
Ah quoties lachrymis uenĩẽtibus ora ꝑflexi:
Ne cauſam fletus quæreret ille mei.
Ah quoties aliquem narraui potus amorem
Ad uultus referens ſingula uerba tuos.
Inditiumq mei ficto ſub nomine feci:
Ille ego: ſi neſcis: uerus amator eram.
Q uin etiã: ut poſſem uerbis petulantius uti:
Non ſemel ebrietas eſt ſimulata mihi.
Prodita ſunt memini: tunica tua pectora laxa:
Atq oculis aditũ nuda dedere meis.
Pectora uel niuibus puris uel lacte tuamque:
Complexo matrem candidiora ioue.
Dum ſtupeo uiſis: nam pocula forte tenebã:
Tortilis a digitis excidit anſa meis.
Oſcula ſi natæ dederas: ego protinus illa
Hermiones tenero lætus ab ore tuli.
Et mõ cantabam ueteres reſupinus amores:
Et modo ꝑ nutum ſigna tegenda dabam.
Et comitũ prias: clymeneq: æthrãq: tuarum
Auſus cum blandis nuper adire ſonis.

VBER. ❡COMpeſcere coercere. EBRietas fuit ignis in igne:quia ex uino creſcit amor. Oui. lib. tertio de arte. Cum ueneris puero nõ male Bacche facis idem. Vina parant animos faciuntq caloribus aptos: unde & Paulus apoſtolus. Nolite inebriari uino i quo eſt luxuria. RECumbo diſcũbo ad menſam. CEruice uerſa uerſo capite in aliam partẽ. PROtinus ſtatim quia nõ diu ꝑoſſum manere:quin te aſpiciã. MAlor.ſ.q uidere. ABEſſe diſcedere. QVA Licet quatenus licet. Luctor.conor DISſimulatus occultatus. NEC damus uerba nec te decipimus. TIBi ſoli ne alius aduertat. REFlexi retroflexi:ne uiderer lachrymari. IPSe maritus tuus. POtus cum bibiſſem. ALIquem amorẽ.i. amorẽ alicuius. REFerens conuertens. AD Tuos uultus ut itelligeres me ea dicere propter te. INDiciũ demonſtrationẽ mei ipſius. SVB nomine ficto.nã cum alium noĩarem amantẽ:de me ſignificabã. ILLE cuius amorẽ narrabam. hæc aũt oĩa eſſe faciẽda ab amatore oſtẽdit ouid. li.ii. de arte. Hic tibi multa licet ſermone latentia tecto Dicere:quæ dici ſentiat illa ſibi: Blandiciaſq leues tenui ꝑſcribere uino: Vt dominã in mẽſa ſe legat illa tuam. Atq oculos oculis ſpectare fatẽtibus ignem:&c. PETVlantius licentius audacius. NON ſemel ideſt ſæpius. SIMulata ideſt oſtẽdi me eſſe ebrium:quod ouid. in. ii. de arte præcipit. Ebrietas ut uera nocet ſic ficta iuuabit Fac titubet bleſo ſubdola lingua ſono. Et quicquid dices:facies ue proteruius æque. Credatur nimium cauſa fuiſſe merum: PRodita aperta. TVNica laxa ideſt ueſte laxata:& largius aperta. NVDa ſcilicet pectora. DEDere aditũ oculis ideſt uiſa ſunt oculis meis. PECtora laudat pulchritudinem & cãdorem eius pectoris dicit potuiſſe cõpari uel niuibus intactis:uel lacti: uel ei cygno in quem iuppiter transformatus concubuit cum Læda eius matre:cum enim omnes cygni ſint candidi:credibile eſt illum fuiſſe candidiſſimũ. DVM ſtupeo ideſt uix ſum apud me. VISis ſcilicet pectoribus tuis. ANSa dicitur in poculis ea pars quæ manu capitur:& tenet poculum Virg. in buc. Et breuis attrita pendebat cantarus anſa:nam manubrium & capulum de gladiis dicimus. TORtilis. fiebat enim anſa torta. EXCidit ideſt cecidit a manu. NAM pocula per parentheſin legẽdum eſt. NATæ filiæ tuæ Hermiones. EGO tuli illa ideſt ego oſculabar illam:ubi tu dederas oſcula tua MODo interdum. TEGenda celanda. PER nutus ut ipſe in primo amoꝝ. Me ſpecta:nutuſq meos:uultumq loquacem. PRImas ideſt ꝑcipuas:& tibi intimas. ETHram hæc creditur fuiſſe mater Theſei:ut alibi diximus. ADire alloqui hoc præcipit ouid. in. ii. de arte. Sed prius ancillam captatæ noſſe puellæ Cura ſit acceſſus molliet illa tuos.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ANTO. ℂFORMidare:dicunt facile poſſe uenire in meã ſententiam:niſi timerẽt:ne res ante factũ reſciret menelaus. MEDias preces:qđ ſignũ eſt formidãtis. DII Facerent:ex optatione audaciã amoris gratia in ſubeundis certaminibus firmat. MAGni certaminis:qđ certamen q̃uis magnũ ſit ut certaminis eẽs præmiũ ſubirem. VT Tulit Hyppomenes:ex Oncheſto Neptuni filio natus eſt megareus:q filium habuit hyppomenẽ is Atalãtã ſchenei filiã curſu ſuperaſſe tradiť a Venere adiutus quæ illi tria poma ex ortis Heſperidũ dedit:qbus ꝓiectis puellæ curſum ĩpediuit:repudiabat puella cõiugium:quoniã oracula tulerat:cum primũ nuberet:ſore ut ſe ipſa careret:uerſa enim eſt in leonẽ cũ uiro cybeles ĩdignatiõe:qm̃ in eius tẽplo ꝑ contemptũ hyppomenes uxoris uirginitatẽ libauerat. IN Phrygios ſinus:de pelope ĩtelligit:q cũ ex phrygia ĩ peloponeſſum nauigaret ut autor eſt Tucydides uxorẽ Hyppodamiã Oenomai filiã duxit:quã tulit uictoriæ præmiũ:ut diximus. ACHeloia cornua: cũ acheloo pugnaſſe herculẽ ob deyanirã: expoſuimus. PER has leges:quæ eſſent: ut tu p̃miũ eſſes certaminis: ISSet fortiter:uictoriam cõſequeretur. OPVS:præmiũ meæ uictoriæ. NIL ſupereſt:qm̃ certaminis præmiũ eẽ nõ potes. TE Coniuge: honeſtius culpã texit q̃ ſi dixiſſet amica. A COElеſte figar ſagitta:caſſandra cũ apud Enniũ in tragœdia uaticinať de troiano excidio refert cœleſti ſagitta ꝑcuſſum paridẽ citã uideret claſſem parari:q ĩcẽdiũ troianũ ferat: Cœleſte dixit more ueteꝝ q noia q̃ auferẽdi caſu enunciaнť ĩ e quoq; efferebãt:ut mari & mare qđ ĩ argonauticis Varro attacinius oſtẽdit:cũ dicit cĩgitur oceano lybico mare flumine nilo. Et Lucanus in .vii. ſuæ pharſaliæ dixit: Erepto natale feret. PARce datũ fatis:arguit amorẽ hunc fore neceſſariũ a fato. DATum:qđ fata cõſtituerũt. EXCipe me lecto: ex cauſa petitionem honeſtiorem facere uidetur.

Q uæ mihi nõ aliud: quã formidare locutæ:
Orantis medias deſeruere preces.
Dii facerent preciũ magni certaminis eſſes:
Teque ſuo poſſet uictor habere thoro.
Vt tulit hyppõenes ſcæneida præmia curſus:
Q uæ proprio curſu uicerat ante procos.
Sic & tu phrigias uenies regina per urbes:
Venit ut in phrygios hipodamia ſinus.
Vt ferus alcides acheloia cornua fregit:
Dum petit amplexus deyanira tuos.
Noſtra per has leges audacia fortiter iſſet:
Teq; mei ſcires eſſe laboris opus.
Nũc mihi nil ſupeſt: niſi te formoſa precari:
Amplectiq; tuos: ſi patiare pedes.
O decus: o præſens geminorũ gloria fratrũ:
O ioue digna uiro: ni ioue nata fores.
Aut ego ſigæos repetã te cõiuge portus:
Aut hic tænarea contegar exul humo.
Nõ mea ſunt ſumma leuiter diſtricta ſagitta
Pectora: deſcendit uulnus ad oſſa meum.
Hoc mihi: nã recolo: fore ut a cœleſte ſagitta
Figar: erat uerax uaticinata ſoror.
Parce datũ fatis helenæ contẽnere amorem:
Sic habeas faciles in tua uota deos.
Multa qdẽ ſubeunt: ſed corã ut plura loquamur
Excipe me lecto nocte ſilẽte tuo.

VBER. ℂQVAE comites tuæ. NON Locutæ aliud.i. alud nõ reſpondentes. QVAM formidare quam ſe timere. DESeruere med.ꝑces.i.noluerũt audire oẽs meas ꝑces: PRæciũ cert.eẽs.i.ut ꝓpõereris ꝑciũ eiq te ĩ aliquo magno certamine mereref. VT tulit ſumit exempla quorũdã:q certauerũt pro amore quos dicit ſe eẽ imitatuꝝ. SCEneida. Atalantã filiã Scenei:quæ cũ ab oraculo accepiſſet ut uitaret cõiugium:cũ eẽt pnicitate pedũ p̃ſtãtiſſima: & multi eã uxorẽ peterẽt:hanc conditionẽ procis ĩponebat:ut a ſe currẽdo uicti morte plecterenť:uictor eius coniugio potiretur. Cũ igiť iter multos q eã petebãt adeſſet Hippomanes illius pulchritudine incenſus. Venerẽ ĩ auxiliũ uogauit:quæ ex Damaſceno agro cypri tria mala aurea ei attulit:mõuitq;:ut ĩtercurrẽdũ uirgini ea obiiceret:foret.n.ut illoꝝ cupiditate tardareť:parens igiť eius ꝓceptis unũ ĩ obliquũ coniecit:ad qđ primũ capiendũ Atalãta a curſu diuertit:mox alteꝝ:& poſtremo tertiũ:quæ oĩa dũ puella cupida attollere curat:curſu ab Hippomane eſt ꝑuenta & ſupata poſtea ĩgratus aduerſus Venerẽ fuit:quare illa ĩdignata ĩpacientiã Libidinis ĩ eos ĩmiſit:ita ut ĩ luco ſacrato Cybeli matri deoꝝ cõcubuerint:ob quã cãm ĩ leones cõuerſi ſunt a cybele:ut ſcribit Ouid.li.x.met.dicit ergo Paris qđ ſicut hyppomães ñ territus cõditiõe mortis certamine curſus Atalantã meruit:ita & ipſe idẽ faceret pro Helena. ALCides Hercules. CORnua Acheloia.i.cornua Acheloi:q & ipſe ꝑ deianira certauit dictũ ẽ in epiſtola Deianiræ ĩ eo loco. Ne pigeat pugnæ bis tibi cã fui. Cornua flens legit rapidis Achelous ĩ undis. NOStra ſubaudiť ſicut. PER has leges ꝑ tales cõditiones auſus eẽm ire. TE Eſſe opus mei la.i.te meo labore eẽ cõparatã. NIL ſupeſt nil reſtat qa nõ ꝓponeris talibus certaminibus. AMPlecti pe.qđ ꝑcantes facere ſolent. O DEcus ꝑcať eã:& laudat ſimul. FRAtrũ. Caſtoris & Pollucis. DIGna Ioue uiro.digna quæ eẽs uxor Iouis niſi eẽs filia. SIGeos troianos. TE Coniuge te adducta mecũ in coniugẽ. AVT contegar ſepeliar. HVMo tænaria ĩ hac tua terra laconica. EXVL. nunq̃ amplius domũ reuerſus. DIStricta percuſſa. LEViter paꝝ ſed uehemẽter. VVLNus amoris. AD Oſſa ĩ Medullas. HOC oñdit amorẽ ſuum eẽ fatalẽ:quẽ dicit prædictũ ſibi fuiſſe a Caſſandra ſorore ſua diuinatrice. REPeto in memoriã reduco. FORe futuꝝ eẽ. A SAgitta cœleſte.i.ab amore cœleſtis mulieris notãdus eſt aũt hic ablatiuus cœleſte ĩ e cõtra regulã deſinẽs neceſſitate metri. PARce.ſerua.noli. HELEne uocatiuus eſt a noiatiuo helene. SIC Adiurãtis eſt. FACiles exorabiles benignos. IN Tua uota ad ea quæ optaueris. SVBeunt ſuccurrunt ueniunt in mentem quæ poſſim ſcribere. CORam præſentes.



ℂVENerem maritam:maritalem pudicitiam. IVRA uiri legitimi: interpretatur maritam uenerẽ. LIS eſt cum forma magna pudicitiæ:hac ſentẽtia utitur petronius:qui tradit pudicitiã cum forma raram feciſſe mixturam. HIS Gaudet:probat factum ab auctoritate deoꝝ. EGO ſolus mecũ tantũ modo pecces: cum aliis caſtitatẽ ſerues. NVnc ea peccemꝰ ea peccata cõmittamus. HORa iugalis:cõiugiũ qcqd peccatũ fuerit. SED tibi & hæc ſuadet:facilitatẽ ſuadet a Menelai abſentia. CREſia regna:in cretam nauigaſſe menelaum:paride domi relicto expoſuimus. O Mira calliditate:ducit menelaũ in contẽptum:eius factũ irridens ANTO.

An pudet: & metuis uenerẽ temerare maritã:
Caſtaque legitimi fallere iura tori.
Ah nimiũ ſimplex helenæ: ne ruſtica dicam:
Hanc faciem culpa poſſe carere putas.
Aut faciẽ mutes: aut ſis nõ dura: neceſſe eſt:
Lis eſt cum forma magna pudicitiæ.
Iuppiter his gaudet: gaudet uẽus aurea furtis
Hæc tibi nẽpe patrem furta dedere iouẽ.
Vix fieri: ſ ſint uires in ſemine amorum:
Et iouis & ledæ filia caſta potes.
Caſta tñ tunc ſis: cum te mea troia tenebit:
Et tua ſim quæſo crimina ſolus ego.
Nũc ea peccemus quæ corrigit hora iugalis:
Si modo promiſit nõ mihi uana uenus.
Sed tibi & hoc ſuadet rebus nõ uoce maritus
Neue ſui furtis hoſpitis obſtet: abeſt:
Non habuit tẽpus: quo creſſa regna uideret:
Aptius: o mira calliditate uirum.
Ipſe abit: idæi mando tibi dixit iturus:
Curam pro nobis hoſpitis uxor agas.
Negligis abſentis teſtor: mandata mariti:
Cura tibi nõ eſt hoſpitis ulla tui.
Hũccie tu ſperas hominẽ ſine pectore dotes
Poſſe ſatis formæ tyndari noſſe tuæ.
Falleris ignorat: nec ſi bona magna putaret:
Q uæ tenet: externo crederet illa uiro.
Vt te nec mea uox: nec te meus incitet ardor
Cogimur ipſius commoditate frui.
Aut erimus ſtulti: ſic ut ſuperemus & ipſum:
Si tam ſecurum tempus abibit iners.
Pene ſuis manibus ad te deduxit amantem:
Vtere mandãtis ſimplicitate uiri.

HOSpitis idæi curam: cõmemotatione hac iuſtã eius petitionẽ agere conatur. AGAS curam hoſpitis paridẽ cures. PRO nobis:loco noſtro:ea ratione dictum eſt:ut pro conſule & pro p̃tore:& Cicero ꝓportione in Timeo dixit. SINe pectore:inſulſum ſignificare uoluit:nam ut uecordes dicimus:q nullius ſunt conſilii:ita ſine pectore inſanos appellamus. DOTes formæ elegantia. AVT erimus ſtulti:a contrario ſuadet non ſumus ſtulti ideo utemur data opportunitate. SECurum ſine dubitatiõe datũ a menelao. SIMplicitate:ea quæ eſt excluſis oĩbꝰ criminibꝰ:recta tñ ſuadet & p̃ſentia curat. ℂAN Pudet excipere me lecto tuo. LEGitimi Menelai:quem legitimũ tibi putas. SIMplex imprudens. NE Ruſtica dicã.q.d qđ etiam poſſum dicere ſi habes hunc timorem. HANC talem tam pulchram. PVTas.q.d.falleris. MVTes faciem ut nõ ſis pulchra. NON dura.i.facilis: LIS eſt. Sententia eſt rhetorica pudicicia & pulchritudo nõ cõcorditer ſimul eẽ poſſunt. Iuuẽalis. Rara eſt adeo concordia formæ Atq; pudiciciæ. FVRtis adulteriis. HAEC talia. IOVem patrem tibi quia niſi mater tua quæ uxor erat. Tyndarei cum Ioue concubuiſſet:non eſſet pater tuus. VIX fieri latenter oſtendit filios filiaſue trahere mores a parentibus dicit enim cum ſis filia Iouis & Læde:qui adulterio delectati ſunt uix potes eẽ caſta.ordo.tu filia Iouis & Læde uix potes eẽ caſta. SI Vires amoꝝ ſunt in ſemine.i.ſunt ĩ generatiõe.i.ſi filii trahunt uim amoris a generatione parentum. CASta tñ dicit nunc uelim fallas maritum tuũ:ſed cum eris mecum ſis caſta:& cum nullo pecces niſi mecum. EA Peccemus ea cõmittamus. Q Væ hora iugalis corriget ideſt quæ poſtea emendabit matrimoniũ: & faciet nõ eẽ peccatum:corrigitur.n.adulteriũ:cum adulteri legitimo copulantur matrimonio. NON Vana nõ falſa quod ſis futura uxor mea. SED tibi arguit a commoditate quam abſentia mariti ei p̃ſtat. REBus effectu. NON uoce quia non dicit tibi ut hoc facias:ſed ſignificat ſe eẽ contentum: cum me hic præſente diſceſſit. ET Abeſt ne obſtet furtis ſui hoſpitis.i.ne p̃ſentia ſua impediat amorem: & concubitum meum tecum. CREſſa cretenſia nam ut dixi Menelaus profectus fuerat in Cretam quo tẽpore Paris in eius domo hoſpitabaf. O Mira calliditate pro miræ calliditatis & aſtutiæ.& eſt hironia quaſi dicat o ſimplicem & ſtultum hominem. IPSE quaſi dicat ſtultus: ITVrus habiturus. DIXit o uxor o helena. MANdo cõmitto tibi & ꝑcipio. HOSpitis idæi. Paridis troiãi ab Ida mõte phrygiæ. NEGligis quia ei nõ pares. TYRanni regis ut Virg. pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni. Legitur tamen etiam hic mariti. HVNccine adducit Menelaum in contemptum dicens eſſe fatuum & ſtultum: qui non poſſit cognoſcere pulchritudinem ipſius Helenæ hunccine pro hunc ne. SINe pectore ideſt ſine ſapientia. Hor. in epiſtolis Non tu corpus eras ſine pectore. DOTes p̃tium excellentiam. TYNdari. o Helena. MAgna bo.ſ.pulchrytudinẽ. NON crederet nõ cõmitteret. VT q̃uis. MEA uox mea uerba: & ẽ ſenſus: licet nec uerbis meis:nec uæhementi meo erga te amore exciteris:tamen eſt fallẽdus maritus tuus:& debes mihi morem gerere.quia ſimplex eſt & ſtultus. VT Superemus & ipſum ideſt ut ſimus etiã ipſo ſtultiores. INErs ideſt ſine effectu amoris:& concubitus. AMAntem me. POEne fere ſuis manibus quod ſolẽt facere lenones & lenæ: Tibullus Hæc mihi te adducit tenebris: multoq; timore Coniũgit noſtras clam taciturna mãus. VBER.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ANTO. ¶ LONga uel quã longiorem uideri facit amoris affectus:uel quæ eſſet ſub hyemali ſolſticio. IVNgant:ſollicitudinem excludant. CANdidior:lætior:ut apud Propertium. O NOx candida,: & o tu lectule delitiis facte beatæ meis. IVRabo:fraudis timorem excludit. SI Pudet aut metuis:purgat pudoris crimen tranſferens in ſe culpã. AEGidæ factum:exemplo arguit:nec pudendũ:nec timendum eſſe. FRAtrũ tuorũ:caſtorem & pollucem ĩtelligit. GEMinas leucippidas:phœbẽ & ilairã Leucippi ex philodoce filias:quas caſtor & pollux rapuerunt:pugnarũtq; illorũ cauſa cum Ida & lynceo:Apharei ex harenæ filiis:ut pyndarus ſcribit:& nos in methamor.diximus de quibus ita properti⁹ nõ ſic leucippis ſuccendit caſtora phœbe.Pollucem cultu non ilaira ſoror. TROica claſſis adeſt:facilitatem monſtrat facile inquit Troiam petemus eſt enim parata claſſis. IBIS dardanias:ſuadet facinus non modo non eſſe pudendum:ſed ſumme gloriæ futurum. DEAm non fœminam : ſed deam opinabuntur: CINNama : duo ſunt cinnami genera album & nigrum:alterũ qḋ eſt precioſius naſcitur in æthiopia:ubi ſunt troglodítæ:qui ad portum gebanicã deferũt:unde ad nos defertur coronas ex cinnamo interaſili auro incluſas:primus in templis capitolii & pacis dicauit imperator Veſpaſianus. Planget:concutiet mactata. NEC tu rapta time:exemplis timorem ſoluit:q; nec repetita reſtituatur : nec phryges bellis ſint laceſſendi. ERIChthida.thraces ericthei athenienſis regis filiam duce borea rapuerunt:ex quibus nati ſunt zetes & Calais : ut autor ẽ Dido. BISTonis ora. Thraciam athenienſes bello moleſtarunt.

Sola iaces uiduo tam longa nocte cubili:
 In uiduo iaceo ſolus & ipſe toro.
Te mihi meq; tibi cõmunia gaudia iungant:
 Candidior medio nox erit illa die.
Tunc ego iurabo quæuis tibi numina:meq;
 Aſtringam uerbis in ſacra iura meis.
Tunc ego:ſi nõ eſt fallax fiducia noſtri:
 Efficiam præſens:ut mea regna petas.
Si pudet:aut metuis ne me uideare ſecuta:
 Ipſe reus ſine te criminis huius ero.
Nã ſequar ægidæ factũ:fratrumq; tuorũ:
 Exemplo tangi nõ propiore potes.
Te rapuit theſeus:geminas leucippidas illi:
 Quartus in exemplis annumerabor ego.
Troica claſſis adeſt:armis inſtructa uiriſq;:
 Iam facient celeres remus & aura uias.
Ibis dardanias ingens regina per urbes:
 Teq; nouam credet uulgus adeſſe deam.
Quaq; feres greſſ⁹:adolebũt cinama flãmæ
 Cæſaq; ſanguineã uictima plãget humũ.
Dona pater fratres & cum genitrice ſorores:
 Iliadeſque omnes totaque troia dabit.
Hei mihi uix a me pars dicitur ulla futuri:
 Plura feres:quam quæ littera noſtra refert.
Nec tu rapta time:ne nos fera bella ſequant.
 Concitet & uires græcia tota ſuas.
Tot prius abductis quænã repetita per armã:
 Crede mihi uanos res habet iſta metus.
Nomie cœperũt aqlonis erichthida thraces:
 Tuta tamen bello biſtonis ora fuit.

VBER. ¶ SOLA dicit eẽ conueniens:ut ei morem gerat: & uno lecto cõiungant:quia ambo ſoli dormiunt. COMmunia:quæ uterq; capiemus. GAVdia uoluptates. CANdidior.i.erit mihi ita iucũda : ut uideat eẽ letior medio die. QVAEuis quælibet. IN Sacra iura.ſ.matrimonii.i.obligabo me futurũ ſemper maritũ tuum. PETas mea regna.i.uenias ĩ troiã SI Pudet occurrit obiectioni. NE Videare ſecuta me.i.ne uidearis ſpõte diſceſſiſſe. IPSE ero reus uolo omnẽ culpã huius facti ĩ me trãſferri. SEQuar imitabor. AEGide Theſei. FRAtrum tuorũ Caſtoris & pollucis. TE Rapuit dictum eſt ſupra. ILLi Caſtor & pollux. GEMinas Leucippidas.i.duas filias Leucippi. ſubaudi rapuerunt. Fabula aũt hoc hẽt. Leucippus duas hũit filias Phœben:& Elairã q̃ deſpõſatæ Idæ & Lynceo Iuuẽibus fortibus die nuptiarũ a Caſtore & polluce earũ amore accẽſis raptæ ſunt:cum Caſtora a lynceo ĩterfectũ dicunt:hanc fabulã ſcribit plene ouid.li.v.faſtorũ & eã breuiter tetigit ꝓpertius Elegia.ii.his uerbis. Nõ ſic leucippis ſuccẽdit Caſtora phœbe. Pollucem cultu nõ Elaira ſoror. PROpiore quã fratrũ tuorũ. TANgi moueri incitari. TROica arguit a facilitate diſcedẽdi:dicit.n.ſe habere oĩa parata. IBIS pollicetur ei magnos honores in regno troiæ. QVAq; fe.dicit quod ei fient honores tãquam deæ. ADOlebunt cremabunt. CINnama genus eſt aromatis odoriferi ex arbuſcula quam æthiopia mittit. CAEſa.interfecta ſicut numinibus PLAnget percutiet cum in terra cadet. DONA allicit eam munerum pollicitatione. ILIAdes troianæ mulieres. TOTA troia continens pro contento ideſt omnes troiani. VLLA ideſt minima. FERes accipies NEC quod occurrit obiectioni:& eam refutat:quod nulla bella propter eam mouebuntur:& probat id exemplo multarũ:quæ raptæ ſunt & nunquam tamen repetitæ: CONcitet commoueat contra me. QVæ quaſi.d.nulla. VANos ſtultos:& ſine cauſa. NOMine aquilonis hiſtoriam tetigit non fabulam. Eriſteus rex athenienſium filias duas habuit formoſiſſimas:quarum Procris nupſit Cæphalo:ut ſupra diximus ĩ epiſtola phedræ: Alteram orythiam nomine cum rex Thracum uxorem petiuiſſet:& non impetraſſet:ille parata & inſtructa Claſſe miſit:qui eam raperent:& quoniam ſpirante Borea uento:qui fauet ex attica in thraciam nauigantibus abducta eſt:datus eſt locus fabulæ quod Boreas uentus eam abſtulerit. NOMine parte. AQVilonis Boreæ. ORA regio. BISTonis thracia nominatiuus eſt caſus:& forma patronomici fœminini generis eſt autem Biſtonium ſtagnum Thraciæ.



ANTO. ¶ PHAſida:medeæ rapinam exprimit:de qua diximus. PEGaſeus:a pegaſe oppido theſſalo:ad quod fabricata eſt argo nauis. MINoida.de phædra aut ariadna intelligit:quas ex creta rapuiſſe theſeum mõſtrauimus. VOCat:uocati miltes dicebãtur:qui ultra ſtipendiarios colligebant. VEStræ terræ : ſpartanæ potẽtiæ nõ ſuccũbit aſia:ſed ea ẽ q̃ græciã nõ formidet. PENe puer: exẽplo ſuã fortitudinem ꝓbat. Cilices troiana armẽta abigebãt. Paris q tũc in ida pecora paſcebat cilices repreſſit armẽtaq; abacta reduxit:unde a robore & uirtute corporis Alexan.eſt nũcupatus:herculẽ quoq; Alexia cũ corporis fortitudine appellatũ ſcri. Var. Alterũ uero nom̃ inditum eſſe tradũt qm̃ iter paſtores quæcũq; exortæ fuiſſent cõtrouerſiæ cõponere iuſtiſſime cõſueuerit. Ilioneus. DEIphobuſq; fuit:paris paleſtra & ſagitatione ualuit:qua hector ſuperatus:ira pcitus paridem t ucidaſſet:niſi ſibi fratrẽ a paſtore regio q illũ educarat eẽ agnouiſſet:ilioneus phorbãtis filius fuit:de quo Virg. meminit. Deiphobus ex priamo & hecuba natus ẽ. COminus in paleſtra. NON potes hæc illi.nihil in iuuẽta menelaũ geſſiſſe iactare potes. Mea arte:ſagittationem & paleſtram intelligit. QVId ualeã:qua ſim fortitudine. CVI emphaſim habet hæc dictio q ſagittatiõe & paleſtra ualet: qui potẽtia & opibus pollet:q diis immortalibus gratus ẽ:qui ſua & ſuorũ uirtute totã non timet græciã. AVT igitur nullo: colligit epiſtolam abigens qcquid helenam terrere potuiſſet:duo inqt times quo minus troiam petas: ne repetita reſtituaris.aut ne laceſſita bello te reddere cogamur immo aut omnino nõ repeteris. aut ſi bello troianos græci tẽtarint turpiter ſuccumbent. DORica caſtra:dores populi in peloponneſſo cum inde pellerentur parnaſum tenuerunt : deinde per heraclidas reſtituti multas urbeſ condiderunt in peloponneſſo duæ tñ gẽtes cõſtitere. DORica ſcilicet & æolica:uñ pelopõneſiaci dores ſunt appellati.

Phaſida puppe noua uexit pegaſeus iaſon:
 Læſa nec ẽ colcha theſſala terra manu.
Te quoq; q rapuit:rapuit minoida theſeus:
 Nulla tãmẽ minos cretas ad arma uocat.
Terror in his ipſo maior ſolet eſſe periclo:
 Quæque timere libet:pertimuiſſe pudet.
Finge tñ:ſi uis ingens cõſurgere bellum:
 Et mihi ſunt uires:& mea tela nocent.
Nec mior ẽ aſiæ:quã ueſtræ copia terræ.
 Illa uiris diues:diues abundat equis.
Nec plus atrides animi menelaus habebit:
 Quã paris:aut armis anteferendus erit.
Pene puer cæſis abducta armenta recepi
 Hoſtibus:& cauſam nominis inde tuli.
Pene puer iuuenes uario certamine uici:
 In quibus ilioneus deiphobuſq; fuit.
Neue putes non me niſi cominus eẽ timẽdũ:
 Figitur in iuſſo noſtra ſagitta loco.
Non potes hæc illi primæ dare facta iuuẽtæ:
 Inſtruere atridem non potes arte mea.
Oĩa ſi dederis nũq̃ dabis hectora fratrem:
 Vnus is innumeri militis inſtar erit.
Quid ualeam neſcis:& te mea robora fallũt:
 Ignoras cui ſis nupta futura uiro.
Aut igitur nullo belli repetere tumultu:
 Aut cedent marti dorica caſtra meo.

VBER. ¶ PEGAſeus.theſſalicus.a pagaſeo ſinu unde ſoluit nauem:ut diximus ſupra. PHAſida. Medeã. MAnu colcha:exercitu & uirib⁹ colchorũ:narrata ẽ hæc fabula ſupra ĩ eplã hyſiphyles & ĩ eplã Medeæ ad Iaſona. MINoida. Ariadnẽ.uiſa ẽ fabula ſupra ĩ epiſtola Ariadnes:& in epiſtola Phedræ. CREtas. accuſatiu⁹ ẽ græc⁹ .cui⁹ nr̃s eſt cres. TERror.tior. maior Periclo:ſecundũ eam ſententiã.peior ẽ bello timor ipſe belli. PVDet pertimuiſſe:eſt poſtea pudor pertimuiſſe:ea quæ aliquis uoluit timere. FINge.pone.fac. ET.i.ẽt mihi:ſicut græcis. COPia. multitudo uirorum. ILLA. Aſia.dixit ãt illa quia quando hæc ſcribebat erat in græcia. PLVS animi.plus audaciæ. ANTeferendus.præponendus mihi. POEne puer narrat teſtimonia ſuæ probitatis & fortitudinis:incipiens uſq; a pueris.poene puer.adoleſcens:adhuc teneræ ætatis. RECEpi.recuperaui. CAEſis.interfectis. CAVſas nominis.falluntur multi qui credunt eum ob hoc dictum parim a paritate.cum dictio græca non deriuetur a latina. ſed ut Porphyo in li.xii.Iliados ſcribit Paris dictus eſt a pariimi uerbo græco. quod eſt tranſeo.qm̃ fatalem mortem tranſiuit:cum expoſitus a matre a bubulco nutritus eſt.poſtea Alexãder dictus eſt quaſi auxiliator uiri: a potu andros.i.a uiro.& a lego.i.auxilior quod futurum facit alexo.quia hoſtibus armenta abducentibus: ut nunc refert auxilium ſuis tulit:& armenta recuperauit: ex quo hoc quaſi agnomen meruit. CAVSam nominis: quia dicor Alexander. INDE ab auxilio dato. VARIo certamine. in ludis agonalibus. diximus in argumento primæ epiſtolæ. ILIOneus.qui non ſolum eloquentiſſimus: ſed & fortiſſimus fuit : unde & Virg. Maximus Ilioneus. DEIphobus de quo Virgi. Deiphobe armipotens genus alto a ſanguine diuũ. fuit enim bellicoſiſſimus. NISI cominus.ideſt certamine in quo prope : & manu ſolum pugnatur FIGItur.locatur. LOCO iuſſo:ubi ab aliquo:uel mihi placito. NON potes.extollit ſe: & Menelaum deprimit oſtendens eum non habere hos titulos. ARTE mea.ſagittandi. Si Quamuis. HECTora fratrem. talem & tam fortem fratrem qualis eſt Hector. IS.Vnus ſcilicet ſolus. IN Star. ſimilitudo. INNVmeri militis.pro innumerorum militum ideſt ipſe ſolus eſſe poteſt pro uno exercitu. FALLunt te ignorantur a te. CVI uiro.quali marito. AVT igitur.concludit epiſtolam inferens ex ſupradictis:qđ aut nõ repeteř bello:aut ſi repetita fuerit.defendetur:& ei erit maxima gloria: quod ꝑ eã Europa & Aſia magno bello certauerit. TVmultu belli.i.motu belli. DOrica græca. CEdent.uincẽtur.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

ANTO. ¶PRO tanta:q̃nta ē helena. TOTus orbis:aſia: & europa. NOmē feres:laudabūt te poſteri. SPe mō nō timida:cū ſpartē relinq̃s ſūma ſpe. EXIge: pete:cum troiā appuleris. MVnera pacta:& coniugium & regni partem. CVm plena fide:nulla utar perfidia ſed promiſſa omnia plene ſeruabo.

VBER. ¶MAGna præmia:digna pp̄ quæ nō debeat me pudere ſumere bellum:puderet ſi p̄mia eſſent parua:& uilia. CONtēderit.certauerit. DE Te propter te.nā de interdum propter ſignificat Teren. Quantū me amas de fidicina hac. FERes:accipies. AB æterna poſteritate.i.ab omnibus poſteris:q erunt uſque ad finem ſæculorū. SPE modo hortatur eam ut non dubitet diſcedere.& diſceſſura petere ab eo quicquid ipſa uoluerit:quod præmittit ſe fideliter præſtaturum.ordo eſt. TV modo.i.tantūmodo. EGREſſa hinc.ex domo Menelai:& ex Lacedæmone. SPE non timida.i.firma & certa ſpe:non dubitans de me. EXIge.repoſce. PACta.p̄miſſa tibi a me. CVM fide plena.ideſt pleniſſime & ſine fraude uel ſine dubitatione.

Nec tamē indignor pro tanta ſumere bellum:
Cōiuge:certamē præmia magna mouēt.
Tu quoq;:ſi de te totus cōtenderit orbis:
Nomen ab æterna poſteritate feres.
Spe modo nō timida diis hinc egreſſa ſedis:
Exige cū plena munera pacta fide.

In.xvi.Epiſtolam Argumentum.



ANTO. NVllam quæ reſpōdeat epiſtolam feciſſe Ouidiū aperte cōſtat cū ſuis omnibus Sabinum poetā r̄ndiſſe in amoribus ipſe teſtetur cū dicit.Quam cito de toto rediit meus orbe ſabinus:Scriptaq; diuerſis rettulit ille locis. Candida penelope ſignum cognouit ulyxis. Reliqua curioſis.illic legenda relinq̄m⁹. Satis ē admonuiſſe. Sabinus imp̄ante Octauio uixit: Ad Triſenem amicam elegiaq; librum dedit.Faſtorū ichoatos reliq̄t: epiſtolis Oui. reſpondit:cuius helenā & Hero. Cydipeſque legimus fragmentū.Cæteras:ut multa alia: ſæculorum ignauia deſideramus.Sunt q has epiſtolas nec Oui. nec Sabini eē animo cōuciant:q̄bus ſatis reſponſum eſſe exiſtimo cum nulla habeant argumenta: q̄bus propoſitum firmare poſſint. Nos ut ſabini helenā legendam contendimus. Iuppiter ex thaigete athlātis & pleiones filios genuit Lacedemonē:lacedemō amiclum:Amiclus argalū:Argalus debalum:debalus Tyndaṛe:Tyndarus ex Læda helenā & clytēneſtrā.Item mares geminos:Caſtorem &pollucem.q̄ quā in fabulis eſt ex ouis hos genitos:quoniam in olore uerſus Iupiter cum Læda fuerit.Helena poſtq̄ coniunx Menelaus ſpartæ in cretam conceſſit Alexandri hoſpitis per epiſtolam amorem cognouit.quaſi offenſa primū reſpondens obiurgat:deinde ut pudorem tutetur illius ſuaſiones infringere conatur:ſed quædam ſpargit ſemina:unde nō oīno illius amorem negligere uideatur.Demum amantis uotum impletura:ut honeſtius ita tutius uiſum eſt:ſi quid in deſiderio erat non litteris mandaretur:ſed Clymene & æthra comites fidiſſimæ exponerent:quæ de coniugio ſumeret ſponſionē id cum feciſſent cum Alexandro ad Troiam abierunt.q̄quam ut diximus: alii ad protheum in ægyptum tempeſtate delatos eſſe:atque ab illo ablatas paridi contendunt.

SABINI poete epiſtola qua Alexandro Helena reſpondet:

NVnc oculos tua cū uiolarit epiſtola noſtros:
Nō reſcribēdi gloria uiſa leuis.

NVnc oculos tua cū uiolarit epiſtola nr̄os: principium accomodatum eſt:nā licet aſperum uideatur:non tamen potiundi deſiderii ſpem tollit:quam faciunt:& quod epiſtolam legerit: & quod reſcribat. VIOlarit oculos noſtros:indicat epiſtolam legiſſe.Violare puellarum eſt quarum pudicitia proſtituitur. GLOria:ſeruatæ pudicitiæ decus.

VBER: NVnc oculos. ut alibi diximus. Scribit Ouidius in ſecundo de arte. Que uoluit legiſſe:uolet reſcribere amāti:Helena igitur lecta epiſtola Paridis cum ea delectata eſſet:licet oñdat ſe indignatā:ñ potuit tñ ñ reſcribere:ita lenita ē:& demulſa blādiciis Paridis:q̄s magno artificio cōtexuit. R̄ndet igitur epiſtolæ Paridis:& primū q̄dem oñdit ſe ualde iratā:q̄d Paris auſus ſit eā talib⁹ ſcriptis ſollicitare.mox ita detegit igeniū:ut det ſpē Paridi:& quodāmodo ei



aperiat conſilium & uiam:ut poſſit ea potiri.oſtendit aūt muliebre ingeniū uarium & mutabile: & id quod Ouid.in arte ſcribit.Forſitā & primo ueniet tibi littera triſtis: Quæque roget ne ſe ſollicitare uelis Quod rogat illa timet:q̄d non rogat:optat ut iſtes.dicit ergo. CVM tua epiſtola.qua conatus es alienare me ab amore mariti:& ad tuum ſollicitare. VIOlarit:læſerit. NON reſcribendi.ſunt qui ita dicant:gloria non reſcribendi eſt uiſa mihi leuis.i.facilis.ſed melius. LEVis pro uili & parua accipitur: uel certe ſic uerius. gloria reſcribendi eſt uiſa mihi:non leuis.i.non parua.i.putaui magnam gloriam mihi fore reſcribere tibi: quia affeciſti me magna iniuria.

Auſus es hoſpicii temeratis aduena ſacris:
Legitimam nuptæ ſollicitare fidem.
Scilicet iccirco uētoſa per æquora uectum:
Excepit portu tænaris ora ſuo.
Nec tibi diuerſa quāuis e gente uenires:
Oppoſitas habuit regia noſtra fores.
Eſſet ut hoſpitii merces iniuria tanti:
Qui ſic intrabas hoſpes an hoſtis eras.
Nec dubito quin hæc cū ſit tā iuſta:uocetur
Ruſtica iudicio noſtra querela tuo.
Ruſtica ſim ſane:dum non oblita pudoris;
Dumq; tenor uitæ ſit ſine labe meæ.
Si non eſt ficto uultus mihi triſtis in ore:
Nec ſedeo duris torua ſuperciliis.
Fama tñ clara ē:& adhuc ſine crimine uixi:
Et laudē de me nullus adulter habet.
Quo magis admiror quæ ſit fiducia cœpto:
Spemq; tori dederit quæ tibi cauſa mei.
An q̄a uim nobis neptunius attulit heros:
Rapta ſemel uideor:bis quoq; digna rapi.

¶CAVSus es hoſpicii:dicit in odium ab audacia & temerata religione. SACris temeratis:hoſpitalitatis iura exprimit quæ ſub iouis tutela ſunt:ueteres quam primum hoſpites excipiebant Ioui & diis aliis ſacra facere conſueuerunt.Id apud papi. Adraſtus facit cum etheocla & tydeum excepiſſet. Idē uirgiliana Dido.cum troianos ſuo fouiſſet hoſpitio q̄d ex Hom.tranſtulerunt apud quem panthonius ſacroṛ miniſter Alcinoi iuſſu quoniam Vlyxes in pheaciam appulerat pocula oībus qui aderant propinabat ut Ioui curæ ſunt hoſpites:ut ille ait: & fulminū autori libaret. SOLlicitare:adulterio interpellare. FIDem legitimam.lege & coniugii ſponſione firmatam. SCIlicet iccirco:ut augeat contemptum.Irriſione utitur hoſpitalitatē exprobrās: non inquit ob eam cauſam te hoſpitio fouimus.ut me ſtuprares. PORtu ſuo:ſpartanorū nauale eſt poſt tenaron Nauiganti ad promontorium Maleam cithium nuncupant nauiū ſtacio manu effoſa ē centum & quadraginta ſtadiorum. ORA tenaris:portus laconicus ad Tenaron promontorium. DIVerſa gente:a uidetur interpoſitum eē: quoniā Alexander phryx barbarus erat a græcorū morib⁹ alienus. OPPoſitas fores:clauſum hoſpitium.Nō inquit te ut peregrinum propulimus. Nam tucidides ſcribit lex fuit Spartanorū peg̃rini in urbe Spartæ non interciperentur. ESSet iniuria adulterii dedecus ſequeretur. SIC:tanta hoſpitalitate receptus. RVStica:rudis nimium & inepta. RVStica ſim ſane:fatetur ruſticitatem:quam obiectauerat paris.eāq; a pudore excuſat. TENor continens uiuēdi ratio. Sine labe:culpæ offenſa aut nota. SI non eſt triſtis:mores peracte in ſe tuetur: refutatq; obiecta Theſei rapinam. TRIſtis:ñ iracūdus:ſed lætus:ſi ore lætitiam p̄fero. TORta ſuperciliis:ſuperbiam excludit quæ in ſuperciliis apparet nec inueniſſe eminentiorem locum ſcr.pli.aut ut ſolitaria maneret abruptiorē. SINe crimine:adulterii nota. COEpto:tuo propoſito.ut me rapias. NEPtunius heros: theſeū intelligit quem ſe neptuni filium apud Minoem iactaſſe ſcribit Hyginius.factūq; fuiſſe periculum ex proiecto in mare ānulo.quem a Nereidibus acceptū ad minoē rettulit. BIS quoq;:a te iterum.

VBER. ¶CAVSus.obiicit ei ingratitudinem:& impietatem:quod uiolauerit iura hoſpitii. TEMeratis.uiolatis. SACris.quia quando aliquis uir magnus excipiebatur hoſpitio Ioui & diis hoſpitalibus ſacra fiebant: quod Virg.oſtendit.li.primo ænei.cum Dido Aeneam excepit.Sic memorat ſimul Aenean in regia ducit Tecta:ſimul diuum templis indicit honorem. SOLlicitare.cōmouere. SCIlicet dictio eſt apta ad hironiā & indignationem. TAEnaris.laconica. OPPoſitas.occluſas tibi. A GENte diuerſa.remota:& quæ nobiſcum non habuiſſet conſuetudinē. IDCirco.propter hanc cauſam: VT iniuria:quam Paras mihi inferre. ESSet merces.ideſt remuneratio:& præmium. TANti officii.ideſt beneficii accepti a nobis. SIC ea intentione ut mihi iniuriam faceres:& me abduceres. HOStis an hoſpes.q.d.potius hoſtis. NEC dubito.i.ſcio quod licet iuſte de te cōquerar:iudicabis me tamen ruſticam:quæ conquerar: Nec dubito quin hæc cum ſit tā iuſta uoceť de eo:q me amet. SIM concedentis eſt.dum pro dummodo. TEnor perſeuerantia. SINe labe.ſine macula:& infamia. SI non.reſpondet ei parti:qua dixit uultu nō cœtera duro Perlege:ſed formæ conueniente tuæ.dicit enim quod ſi non eſt ſeueri & duri uultus:eſt tamē pudica. TORua.terribilis. SVPerciliis:quibus oſtenditur ſeueritas:Virgilius:conueniens latio pone ſupercilium. VIXI legitur & luſi.ideſt fui læta & iocata ſum ſalua tamen pudicicia mea. LAVdem de me.ut poſſit ſe iactare de concubitu meo. QVO.qua re.quamobrem: OEpti.audaciæ tuæ MEI tori tori.mei concubitus: NEPtunius heros.ideſt Theſeus nepos.Netpuni. ATTVlit uim.ſcilicet in rapiendo. RAPta ſe.a Theſeo. BIS.etiam a te. Aduertendum eſt quod licet hoc exemplum uideatur diſſuadere Paridi:ne eam rapiat: tamen latenter ad incitandum poſitum eſt: DELinita.ideſt blandiciis captata & illecta.



ANTO.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ANTO. ¶ Noſtrum crimē.ego in culpa fuiſſem: FACto ex rapina. FRVctum petitum:me ut optabat nō uiolauit. VLTerius.ultra oſcula nihil a me habuit. NEQuitia:immodeſta petulantia:quam iō obiurgat qm̄ paris dixerat:ſi reddēda fores aliquid tamen ante tuliſſem. REDdidit intactam:Diodo. & plutar.ſcribunt helenam intactam reddidiſſe. Sed paris non ea uſus deſidia q̄ primum ad helenam inſulam appulit: quæ ad ſummum terræ acticæ iacet.cum helena ſe iunxit & ob eam cauſam nomen ſortitum eſſe ſcribit Stra.cum antea crana uocaretur. ETIVuenem: excuſatio ab ætate:dignus inquit uenia fuit:qm̄ iuuenis cum me rapuerit modeſte ſe geſſit. NEQuando nomen:ut ſemper ſiniſtro rumore in hominū ore uerſer. NON tamen iraſcor:ſed ne diſſimulata iracundia amantis ſpē ſuggerit.non.n.inquit q̄ror q̄a te amer:dubito ne ſimulato amore me deludas. DESit fiducia:non eſſe in te fidem exiſtimem:aut facinus audere non confidam: AT peccant aliæ illud paridis reſumit. AN faciē culpa poſſe carere putas. Idonea ad tui argumenti firmamentum apta. MATris in admiſſo:monſtrat exemplum ſuæ cauſæ:nō cōuenire poterat inquit læda mater excuſare culpam ab errore:ſed in nr̄a cā omnia ſūt aperta nulla eſt excuſatio. ADMiſſo: peccato. SVB falſa imagie:a Ioue qui falſo ſe cygnum ſimulauit. Nil poſſum neſciſſe:cum omnia ſint aperta nullum errorem afferre poſſum. OBVmbret:celare poſſit. VITium adulterii ſcelus. AVCtore:magnitudine iouis qui fuit adulterii cauſa. REdemit:compenſauit. FOElix:ad lædæ fœcunditatem reſpexit. ET Genus & proauos:ſui generis cōmendatione Paridis iactantiam contēnit. DOmus hæc:quæ te hoſpicio ſuſcepit quam tu contemnere uideris. NOBilitate:antiquitate generis.

Crimen erat noſtrū ſi delinita fuiſſem:
  Cum ſum rapta: meū quid niſi nolle fuit:
Nec tn̄ e facto fructū tulit ille petitū:
  Excepto redii paſſa timore nihil.
Oſcula luctādo tantūmodo pauca ꝓteruus:
  Abſtulit: ulterius nihil habet ille mei.
Quæ tua nequitia eſt: nō his cōtenta fuiſſet:
  Dii melius ſimilis non fuit ille tui.
Reddidit itactā miuitq; modeſtia crimen:
  Et iuuenē facti pœnituiſſe patet.
Theſea pœnituit: paris ut ſuccederet illi:
  Ne quādo nom̄ non ſit in ore meum.
Nec tn̄ iraſcor quis.n.ſuccēſet amanti:
  Si modo quē præfers nō ſimulatur amor.
Hoc quoq;.n.dubito: nō quod fiducia deſit:
  Aut mea ſit facies non bene nota mihi.
Sed quia credulitas dāno ſolet eē puellis:
  Verbaq; dicuntur ueſtra carere fide.
At peccāt aliæ: matrouaq; rara pudica eſt:
  Quis prohibet raris nomē incē meum.
Nā mea quod uiſa ē tibi mater idonea: cui9
  Exēplo flecti me quoque poſſe putas.
Matris i admiſſo falſa ſub imagine luſæ:
  Error ineſt: pluma tectus adulter erat.
Nil ego ſi peccē poſſum neſciſſe: nec ullus:
  Error qui facti crimē obumbret erit.
Illa bene errauit uitiumq; autore redemit:
  Fœlix in culpa quo ioue dicar ego.
Et gen9 & proauos & regia nomina iactas:
  Clara domus ſatis hæc nobilitate ſua eſt.

VBER. ¶ ERAT noſtrū cri.i.fuiſſet mea culpa. RAPta.uiolenter abducta. QVID fuit meum.i.quid potuit imputari mihi. NISI nolle.i.quod nolui.& uoluntas mea non fuit. E FActo.ideſt ex rapina ſua. PEtitum.deſyderatum. REDii.ab eo diſceſſi. PASſa nihil excepto timore quæ nihil ab eo mali habui.niſi quod timui. ABStulit accepit: LVCtando.contendēdo.non ſponte mea. NIL mei.nil de me. VLterius.ultra oſcula. QVAE tua.dum ſimulat Helenam ſe dicere iniuriam Paridi:eum magis incitat:dicit.n.tu non fuiſſes contentus his:quia uoluiſſes aliud præter oſcula.ordo eſt: NEQuitia ideſt libido:ut nequitia eſt : quæ te non ſinit eſſe ſenem. QVAE eſt tua.quæ eſt tibi. NON fuiſſet contenta his.ſcilicet paucis oſculis. DII melius.uoluerunt & conſuluerunt mihi. SImilis tui:ita proteruus & libidinoſus ut tu es : quia me uiciaſſet. MODEſtia.ipſius Theſei. MINuit crimen.culpam rapinæ. THEſea pœnituit:interrogatiue legendum eſt·quaſi dicat an ideo pœnituit. ET tu poſtea me raperes. NEQuādo.ideſt ut ſemper homines de me loquantur. NEC tamen iraſcor.ecce more muliebri iam incipit cōciliari paridi:& ei blandiri. QVIS:niſi ſtultus & ſtulta. PRAEfers.oſtendis. NON ſimulatur.ideſt non eſt fictus : quia paris dixit Attulim9 flamas huc non inuenimus illas. DVBito hoc.ne amor tuus ſit ſimulatus. FIDVcia meæ pulchritudinis. CREdulitas.facile credere.multæ.n.pp hoc ſæpe decipiunt. VErba ueſtra.i.uiroꝝ. CARere fide:Terentius in andria.Fidelē haud ferme mulieri inuenias uirū. AT peccant.q̄a dixerat lis ē cū forma magna pudiciciæ:dicit ſe uelle eē īter raras.i.īter eas q̄ ſeruāt pudiciciā. AT peccāt aliæ.obiectio. QVIs prohibet.reſpōſio obiectōis. Nā mea.q̄a Paris dixerat.Hæc tibi nempe patrē furta dedere Iouem: ad hoc reſpōdet:m̄rem poſſe excuſari:q̄a decepta ſit:ſe uero nullā poſſe h̄re excuſationem īprudētiæ. ADmiſſo.delicto. SVB imagine.cigni. ADVlter Iupiter. POſſum neſciſſe nil.i.ſcio.q̄d peccē.neq; poſſum excuſari p ignorātiā:nā duæ negatiōes affirmant. ADumbret.tegat. ILLa.alia excuſatio. VIciū.crimen ſuum. REDemit.recōpenſauit. AVCtore.pp auctorē:q̄a Iupiter. FOElix ī culpa.i.bene peccaſſe. QVO Ioue.i.qua magna excuſatiōe:q̄a tu n̄ es Iupiter:quo poſſim excuſari. QVod genus.r̄ndet ad id q̄d dixerat Phryx erat.& itē Nō dabimus certe ſocerū tibi clara fugātē Iuia. HAEC domus mea & Menelai.



¶ IVPpiter.ut pauus ſoceri:Honeſta occupatio:Pliſtenes Helenæ ſocer natus ex Pelope:cuius auus fuerat Iuppiter ex patre Tantalo:ut diximus:Tyndareiq; genus:Tyndari ꝓgeniem recenſuimus. INVNc:inhibet per conceſſionem:nō inquit eſt phrygū genus cum noſtro cōparandū. QVintus:de Priamo intelligit:q quintus erat a Ioue.Nā Iuppiter Dardanū:Dardanus erycthoniū:Erycthonius.trohū:Trohus laomedontē:Laumedon priamū:Priamus Paridem genuit. IS Iuppiter primus:quoniā ex Læda & Ioue nata eſt Helena. SCEptra tuæ q̄uis.concedit phrygias opes:ſed per recriminationem refellit:troianum impium opulentiſſimū fuit:auctis ab Ericthonio diuitiis de quo Ho.meminit: BARbara:ſi opulentia ſuperamur:n̄ tamē barbari ſumus. EPIſtola diues:quæ diuitias pollicet̄.Mouere:in ſententiā trahere. IPſas deas:a maiori arguit. FINes pudoris: honeſtatis lineam. TV maior cauſa:tua cauſa nō ob diuitias flecterer. ATq; ea non ſperno:ruſticitatis notam euitare nititur:eſt.n.minime urbanū uerbum oblata munera contēnere. AVCtor quæ precioſa facit:maioris eo momēti ſunt munera & pluris facienda:quo qui impendit eſt præſtantior. PLVs multo q̄ amas : magis tuo amore q̄ diuitiis ad amandū moueor. SPES tua:quæ eſt ut me abduceres coniugem. PER lōgas aquas:per tantā nauigationē: ex Troia per heleſpontū in laconiā uſq;. ILLa quoq; appoſita. amoris ſigna:quæ paris dederat receſſet ut a cā arguat ſe allici poſſe ad amādū. IMprobe: improbum dicimus qui in petendo audaciuſculus eſt. EXperiar diſſimulare:non intelligere tentem. NOto optime calleo: INſtantes:proſpectū urgētes. FErunt intueri patiunt̄:tanto obtuitu me luſtras ut uix tuoꝝ oculorū aciē intueri patiar. PEne loquēte:quoniam eo adeo aperta erant ſigna ut intelligerent̄ perinde atq; loquereris.

Iuppiter ut ſoceri proauus taceatur: & omne
  Tātalidæ pelopis tyndareique genus.
Dat mihi læda iouē cigno decepta parentē:
  Quæ falſam gremio credula fouit auē.
I nūc & phrygiæ claræ primordia gentis.
  Cūque ſuo priamo laomedonta refer.
Quos ego ſuſpicio: ſed q tibi gloria magna ē:
  Quintus: is a noſtro ſanguine primus erit
Sceptra tuæ quāuis rear eē potentia troiæ:
  Nō tamē hæc illis eē minora puto.
Si iā diuitiis locus hic numeroq; uirorum:
  Vincitur: at certe barbara terra tua eſt.
Munera tāta quidē ꝓmittit epiſtola diues:
  Vt poſſint ipſas illa mouere deas.
Sed ſi iā uellem fines tranſ.re pudoris:
  Tu maior culpæ cauſa futurus eras.
Aut ego perpetuo famā ſine labe tenebo:
  Aut ego te potius quam tua dona ſequar.
Atq; ea nō ſperno ſic acceptiſſima ſemper:
  Munera ſunt; autor quæ precioſa facit.
Plus multo ē q̄d amas: q̄ ſum tibi cā laboris:
  Quod tā per lōgas ſpes tua uenit aquas.
Illa quoq;: appoſita quæ nūc facis i ꝓbe mēſa:
  Quāuis experiar diſſimulare noto.
Tu modo me ſpectas oculis laſciue ꝓteruis:
  Quos uix inſtantes lumina noſtra ferūt.
Et modo ſuſpiras: modo pocula ꝓxia nobis
  Sumis: quaq; bibi; tu quoq; parte bibis.

VEER. ¶ IVPpiter.cōmemorat nobilitatem ſuam cū nobilitate mariti. VT.q̄uis. PROau9 ſoceri.i.Atrei. diximus ſupra Tātalū filiū fuiſſe Iouis. Tantalus genuit pelopē Pelopſ Atreū.uñ Agamēnō & menela9: licet q̄dā eos pliſthēis fuiſſe dicāt. TYNdarei.p̄ris mei putatiui. INVNc.q.d.fruſtra iactas genus tuū PRImordia.initia. SVO.ſ.filio. SVſpicio uenerot: SED q tibi gloria magna eſt.i.ſed is quo tu potiſſimū gloriaris.q̄ntus eſt tibi in ordine & mihi eſt primus.Iouē aūt ſignificat.nā Helenæ prius eſt : q̄a eius p̄r. Paridi uero quītus.q̄a Iuppiter genuit dardanū ex Electra.Dardanus Ericthoniū. Ericthoni9 Troem. Tros Ilū.Ilus Laomedonta.Laomedō Priamū.Priamus Parin & reliquos filios: ergo quintus eſt Iupiter a paride excluſiue. SCEptra.reſpondet ad id quod dixerat Sceptra parens Aſiæ:qua nulla potētior ora eſt Finibus immēſis uix obeūda tenet &c. HAEc noſtra græca. SI Iam diuitiis:q̄a Paris dixerat O quotiēs dices q̄ pauper Achaia noſtra: Vna domus quæuis urbis habebit opes: dicit q̄d ſi terra ſua uincit̄ diuitiis:ſaltem hoc habet quod non eſt barbara. ſicut terra troiana: MVnera.dixit.n.ipſe Dōa parēs:fratreſq; & cū genitrice ſorores &c.ad hoc reſpōdet:q̄d ſi uellet ei obſequi:faceret potius eius cā:q̄ cā munerū:q̄a Iupiter ingenuū munera corpus emunt. TRanſire finem pudoris.i.uerecundiæ:& ē ſermo Ci.ad Luceiū:Nā q ſemel uerecūdiæ fines trāſierit &c. NON ſperno ideſt accepta & grata habeo.liptote eſt. Virg. Munera nec ſperno. MVNera ſunt:autor quæ precioſa facit ſententia eſt color : & eſt ſenſus quæ auctor.i.ille qui dat. FACIT precioſa facit dignanam munera pro dignitate dantis precium capiunt. SVNt acceptiſſima.ſunt gratiſſima. PLVs multo ſ.eſt mihi: QVOd amas.i.multo pluris facio amorem tuū. PER tā lōgas aquas.q̄a dixit ſupra Attulimus flamas huc non inuenimus illas:Hæ mihi tam longæ cauſa fuere uiæ. ILLa quoq;.reſpondet ad id quod dixit Ah quotiens aliquem cantaui potus amorem & cætera quæ ſequuntur. INSTantes.fixe aſpicientes. NOSTra lumina uix ferunt:quia uix poſſum tantum tenere oculos in tuos : quantum tu tenes eos fixos in me. ET MOdo ſuſpiras. Nam ipſe dixit: Sæpe dedi gemitus. QVA parte bibi.ſignum eſt enim amoris ea parte poculi bibere : qua alius biberit. Ouidius in primo amorum ad amicam : quæ tu reddideris : ego primus pocula ſumam. Et qua tu biberis hac ego parte bibam. idem præcipit in ii de arte. Fac primum rapias illius tacta labellis Pocula : quaque bibit parte puella bibas:



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ANTO. ℂNEC uox falſa q̃m̃ nullo afficeris pudore. IN orbe menſæ:romanæ precioſiores menſæ rotundæ ſuerunt ex citro arbore ut ſcribit Iuius. SVB noſtro nomine:de meipſa intellexi:licet ſub alio nomine factum fuerit.qd indicatur cũ dicat alexander.Indiciũq; mei falſo ſub nomine feci.Ille ego ſi neſcis uerus amator erã. DEDucta:expreſſa:& continẽter adiuncta. OCVlo renuente:iteꝝ per nutũ negante. SIC:oculorũ nutibus. CAPi:in amorẽ tuũ allici. EST quoq; cõfiteor:concedendũ eſt quod negari nõ põt. SED inuenienda contra.unde aduerſarii rationẽ refellamus:unde honeſtatẽ formæ præponendam eſſe contendit: RARa:cui ſimilis uix alia reperiat̃. POteſt uelle:optare debet. FElix: tuo coniugio beata. EST uirtus ſuaſio ab honeſto ire cõtra appetitũ fortitudo eſt. QVod optas.multi proci cõſpirant in tuum deſideriũ. NImis oris:plurimũ in loquendo audaciæ. SI TE uidiſſem. Tyndarus cum multi peterẽt helenæ coniugiũ:ne qs offenderet̃:dedit ex conſenſu omnium Helenæ optionẽ:ut quem uellet eligere preſtito iureiurãdo ſe illi opitulaturos quem elegiſſet illa Menelaum ſibi deſumpſit:& ideo i bellum troianum cum illo cuncti iureiurãdo: adſtricti cõferunt ut ſcribit Tucidides. AD poſſeſſa:ad eã q̃ alterius ẽ poſſeſſoris. VT tamen optarẽ:excuſat uoluntatẽ licet mollis uideat̃. QVamuis optem tuũ cõiugiũ:ñ tñ Menelai thalamũ odi. A Vellere: Vellicare.ſollicitare. SORtẽ:cõiugii uices. TVeri: in tua honeſtate ſeruare. SPOliũ pudoris:noli me inquit pudicitia ſpoliare ſumpta a militibus metha phora qui in uictoria hoſtes ſpoliant.

VBER. ℂDIGitis.manu. SVpcilio pœne loquẽte.i.ita declarante animũ tuũ ac ſi locutus eſſes. ipſe i amorib⁹. Verba ſuperciliis ſine uoce loquentia dicã.idẽ in ii.de arte Multa ſuperciliis:multa loquare notis. ERVbui.puduit me. NOtis.ſignis. nõ ſatis occultis.i.nimis manifeſtis. EXIguo murmure.tenui & ſubmiſſa uoce:ne audirer. HVNc paridẽ. NEC uox fuit falſa.i.& uera dixi. IN orbe menſæ.i.i mẽſa:q rotũda fiebat apd antiquos:Iuuenal.magnos niſi ſuſtiet orbes Grãde ebur: DIDucta.diuiſa Ouid. in amorib⁹ Verba leges digitis:uerba notata mero idẽ in ii.de arte Blãdiciaſq; leues tenui pſcribere uino:Vt dominã in mẽſa ſe legat illa tuã. REnuẽte nutu tibi reſpõdẽre.FLEcterer mouerer.inducerer. Si fuiſſem peccatura.i.ſi uoluiſſem fallere fidẽ coniugii. EST quoq;.ad id qd dixit.Nec puto collatus forma Menelaus & annis.Iudice te nobis anteferendus erit. VELle.optare. FElix:quæ hẽat talẽ maritum qualis es tu. SINe crimine.ſine culpa.i.altera quæ non ſit nupta CADat pereat. EXterno peregrino:qualis tu es. MEO exẽplo: quæ licet non hẽam maritũ pulchrum: tñ eo ſum contẽta. EST uirtus.ſententia ẽ. PLAcitis.quæ placuerũt eſt.n. pticipium:nõ aũt legendũ eſt placidis.quã multos:i. quod.q.d.plurimi ſunt. QVI ſapiũt.i.qui ĩtelligũt & cognoſcũt. AN unus.i.an ſolus.q.d.nõ. PLVs cernis.i.plus uides quã alii. SED plus audes.i.audacior es aliis. COrdis intellectus & ſenſus. MInus oris.minus uerecũdiæ:cuius os.i.facies teſtis eſt. TVNc ego dicit quod uellet eum ueniſſe ad petendum ipſam uxorem.cum erat nubilis:& a multis petebat̃:qa ꝓpoſuiſſet eũ oĩbus. VIR Menelaus pcet mihi:ſi hoc dico.qa ẽt ꝓpoſuiſſem te ei. AD te dicit eum nũc ſero ueniſſe:qa iam eſt coniuncta & dicata alii. AD poſſeſſa:ad ea gaudia quæ aliorũ ſunt. PRærepta ꝓoccupata.nã talia ſunt prius occupantiũ. LEnta.pigra. ALter.Menelaus. VT tamẽ dicit qd quãuis libenter fuiſſet eius coniunx:ſi ueniſſet in tẽpore:tamẽ non eſt ſic inuita & male libenter cum Menelao ut nunc optet eẽ cõiunx Paridis. VT optarem.i.cuperẽ. DEſine.repellit eum a ſe:ne amplius eam uerbis ſollicitet. CONuellere.commouere.labefactare:& facere uacillare. MOlle.muliebre:& p cõſequẽs mutabile. NE noce mihi.ſollicitando me. QVam me.ſine.pmitte.patere.me tueri.ſeruare. SORtẽ.conditionẽ. SPOliũ.rapinã. TVRpiter.i.cũ infamia mea.

Ah quotiẽs digitis quotiẽs ego tecta notaui:
Signa ſupercilio pene loquente dari.
Et ſæpe extimui:ne uir meus illa uideret:
Nõ ſatis occultis: erubuiq; genis.
Sæpe uel exiguo uel lõgo murmure dixi:
Nil pudet hũc:nec uox hæc mea falſa fuit.
Orbe quoq; in mẽſæ legi ſub nomie noſtro:
Quod deducta mero littera fecit:amo.
Credere me tamẽ oculo renuẽte negaui:
Hei mihi:iã didici ſic quoq; poſſe loqui.
His ego blãditiis ſi peccatura fuiſſem
Flecterer:his poterãt pectora noſtra capi
Eſt quoq; cõfiteor: facies tibi rara: poteſtq;:
Velle ſub amplexus ire puella tuos.
Altera ſed potius fœlix ſine crimine fiat:
Quã cadat externo noſter amore pudor.
Diſce meo exẽplo formoſis poſſe carere:
Eſt uirtus placitis abſtinuiſſe bonis.
Quã multos credis iuuenes optare qd optas
Qui ſapiũt:oculos an paris unus habes.
Nõ tu plus cernis: ſed plus temerari⁹ audes:
Nõ tibi plus cordis:ſed ſuius oris adeſt.
Tũc ego te uellẽ celeri ueniſſe carina:
Cũ mea uirginitas mille petita procis.
Si te uidiſſem primus de mille fuiſſes:
Iudicio ueniam uir dabit ipſe meo.
Ad poſſeſſa uenis præreptaq; gaudia ſerus:
Spes tua lenta fuit:quod petis alter habet.
Vt tñ optarem fieri tua troica coniũx:
Inuitam ſic me non menelaus habet.
Deſine molle precor uerbis cõuellere pect⁹
Neue mihi:quã tu dicis amare: noce.
Sed ſine quã tribuit ſortẽ fortuna tueri:
Nec ſpoliũ noſtri turpe pudoris habe.



ℂAT uenus hoc pacta eſt: Suaſionẽ pidis ex auctoritate deorũ ꝓponit. PACta eſt:meum cõiugiũ promiſit. NVDas:iudicaturus Paris de deaꝝ forma illas nudatis corporibus uoluit conſpicari:quod Home. in iliade rettulit. CREdere uix equidem:propoſitum id nõ refellit:ſed uerboꝝ ambitu cõcedit. FORmã tuo iudicio pulchritudinẽ mãdaſſe. VT q; ſit hoc uerũ.eſto qd iudicaris de illarũ forma: PREciũ iudicii: nego uenerem ꝑmiũ uictoriæ tibi me ꝓpoſuiſſe. FIDucia corporis:nõ ita in mea forma cõfido. VT me maxima dona.ut exiſtimẽ ꝓ ſũmo ꝑmio dari debere. TESte dea:ex ueneris teſtimonio & iudicio. CONtenta eſt: ſatis laudata uidetur & ultra opinionem ſi homines meam laudarint formam: non tantum dii. LAVDAtrix Venus eſt inſidioſa mihi. id mihi uidetur fictum quod me Venus laudarit. SED nihil inſinuo nõ diſſimulabo: aut uerborum longo ambitu utar:ſed aperte dicam. FAVeo:gratæ ſunt mihi tuæ laudes:fauemus.n.his quorũ officiũ gratũ eſt:unde & fauere ligua ẽ:cũ in re læta pcamur. SVCcenſe:me non grauiter feras:ſi non ducar facili credulitate. SVCcenſere eſt his:q officiũ ut cõſueuerũt amici nõ pſtiterũt. IRAſcimur quibus iniuria laceſſiti ſumus. PRIma mea ẽ igit̃. hac diuiſione qcqd inſinuauerit detegit: duo me inquit maxime delectant:& q; Venus me laudarit:& tu cũctis ꝓpoſueris. BONis: pulcritudini & corporis dotib⁹. VIRTus:quã pallas:ꝓpoſuit. REGnum: id Iuno obtulit. FErrea crede mihi ñ ſum: ſed amare recuſo trãſlationẽ hãc neceſſariam fuiſſe ſcri. Fanam cum uerbis ꝓpriis deficeremus.unde obſtinatos hoĩes notaremus:qd ſaxi erat illis tribuimus:duros aſperoſq; & ferreos appellauimus. SED amare repugno:amorem faſſa:in eo difficultates notat: primũ difficultatis cãm in pidis perſonam reiiciẽs. VIX puto:dubio ſermõe uſa eſt:ne omnino amãtem excludere uideat̃.demũ in illi ſententiã acceſſura. QVId bibulũ.a ſimili auget difficultatem. BIBulũ:aridum:nam qd aret facile humorẽ haurit. SPEm:nõ eſt ſperandũ fructus conſequi. LOCus ipe ſi natura ſolum ſit ſterile.

VBER. ℂAT Venus.ad id quod dixit.pollicita eſt thalamo te Cytherea meo. ET in altæ uallibus idæ. pp illud Dumq; tuo poſſem circundare bracchia collo Contẽpta eſt uirtus Pallade dãte mihi Cum uenus & Iuno Pallaſq; in uallibus idæ Corpora iudicio ſuppoſuere meo. VNA Iuno: ALtera.Pallas. TERtia.Venus. TYNdaridis Helenæ. ARBitrio iudicio. VT Quamuis. ALTEra pars:quam dicis i.quod ego dicar.data. PREtium ideſt merces & remuneratio. IVDIcii:quod pro Venere tuliſti. NON eſt ideſt non tantum confido meæ pulchritudini.ut credam me datam tibi a dea pro maximis donis:quæ tibi dari potuerunt: CONtenta eſt.i.ſatis eſt mihi quod homines & mortales laudent pulchritudinem meam ſed quod Venus laudauerit:ut dicis uereor ne decipiar. INSIdioſa.fraudem parans. INFirmo.nego. FAVEo.aſſentior. QVod cupit eẽ.i.pulchra. NEC tu ſenſus eſt.nec tu iraſcere mihi:ſi uix credo tibi:quod iudicio Veneris ego ſim eſtimata pulcherrima. TV Creditus.de his quæ de me dicis. NIMium ægre. nimium difficile. NEc ſuccenſe nec iraſcere. TARda ideſt magnæ res non cito ſolent credi. eſt autem ſententia rhetorica. PRIma præcipua. PROxima. ſecunda. MEVIſã tibi:me putatam & iudicatam. SVMma ſubaudi.mihi uoluptas. TE Non præpoſuiſſe honores palladios quos pallas offerebat: BONis auditis Helenæ ideſt pulchritudini meæ:quã nunq̃ uideras:ſed tñ audieras. EGO ſum uirtus &c.ideſt ergo me ꝓ uirtute me pro regno quod a Iunone promittebatur accepiſti. SIM pro ero. FERRea. dura. inhumana. SI Non amem hoc pectus ideſt talem animum tuum.& ita oſtendit quod diximus ſupra in epiſtola Paridis mulieres laudibus ſuæ pulchritudinis delectari. Delectant etiam caſtas præconia formæ.ſed quia dixit ſe eſſe ferream niſi amet.talem in ſe animum:poſſet dicere Paris quare ergo non amas me: reſpondet dicens: ſe nolle amare eum: quem uix ſperat unquam poſſe eſſe ſuum. Sed cum dixit uix dedit aliquam ſpem:non enim omnino negauit ſe putare: QVID bibulum. ex ſimilitudine oſtendit:non eſſe ſibi ſequendum amorem Paridis: cui non ſit poſſibile morem gerere. QVID coner? quid temptem? BIBulum.epiteton littoris & harenæ. SPẽ quam locus ipſe neget:quæ naturaliter ex ipſo loco non poſſit haberi ſed per hãc ſimilitudinem intellexit amorem Paridis.

At uenus hoc pacta ẽ: & i altæ uallib⁹ idæ:
Tres tibi ſe nudas exhibuere deæ.
Vnaq; cum regnũ belli daret:altera laudẽ:
Tyndaridis cõiunx tertia dixit eris.
Credere uix equidẽ cœleſtia numia poſſum:
Arbitrio formam ſuppoſuiſſe tuo.
Vtq; ſit hoc ueꝝ:certe pars altera ficta eſt:
Iudicii precium qua data dicor ego.
Nõ eſt tãta mei fiducia corporis:ut me
Maxima teſte dea dona fuiſſe putem.
Cõtenta ẽ oculis hominũ mea forma ꝓbari:
Laudatrix uenus eſt inſidioſa mihi.
Sed nihil infirmo:faueo quoq; laudib⁹ iſtis:
Nã mea uox quare quod cupit:eẽ neget.
Nec tu ſuccẽſe nimiũ mihi creditus ægre.
Tarda ſolet magnis rebus ineſſe fides.
Pria mea ẽ igit̃ ueneri placuiſſe uoluptas:
Proxima me uiſam præmia ſumma tibi.
Nec te palladios:nec te iunonis honores:
Auditis helenæ præpoſuiſſe bonis.
Ergo ego ſũ uirtus: ego ſũ tibi nobile regnũ:
Ferrea ſum:ſi non hoc ego pectus amem.
Ferrea crede mihi non ſũ:ſed amare recuſo
Illum:quem fieri uix puto poſſe meum.
Quid bibulũ curuo ꝓſcindere littus aratro:
Spẽq; ſeq coner:quã locus ipſe negat.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sũ rudis ad ueneris furtũ: nullaq; fidelé:
Dii mihi ſunt teſtes luſimus arte uirũ.
Nũc quoq; q tacito mãdo mea uerba libello
Fungitur officio littera noſtra nouo.
Fœlices quibus uſus adeſt: ego neſcia rerũ:
Difficilé culpæ ſuſpicor eẽ uiã.
Ipſe malo metus ẽ: iã nũc cõfundor: & oẽs:
In noſtris oculos uultibus eẽ reor.
Nec reor hoc falſo: ſẽſi mala murmura uulgi
Et quaſdã uoces rettulit æthra mihi.
At tu diſſimula: niſi tu deſiſtere mauis:
Sed cur deſiſtas: diſſimulare potes.
Lude: ſed occulte: maior nõ maxia nobis.
Eſt data libertas: quod menelaus abeſt.
Ille quidẽ pcul ẽ ita re cogẽte profectus:
Magna fuit ſubitæ iuſtaq; cauſa uiæ.
At: mihi ſic uiſum ẽ ego: cũ dubitaret an iret:
Quã primũ dixi. fac rediturus eas.
Omie lætatus dedit oſcula. reſq; domuſq;.
Et tibi ſit curæ troicus hoſpes ait.
Vix tenui riſũ quẽ dũ cõpeſcere luctor:
Nil illi potui dicere præter erit.
Vela quidẽ uẽtis cretẽ dedit ille ſecũdis.
Sed tu nõ iõ cũcta licere puta.
Sic me⁹ hic uir abeſt. ut i me cuſtodiat abſẽs.
An neſcis longas regibus eẽ manus.
Fama quoq; ẽ oneri. nã quo cõſtãtius ore.
Laudamur ueſtro iuſti⁹ ille timet.

ANTO. ¶ SVM rudis:a nouitate rei tertiã difficultatem notat. Ad ueneris furtum:ad amorem. NVLla arte: dolos in amore eſſe clereta lena apud plau. quibus alliciantur amantes his notat uerſibus in Aſinaria bene ſalutando conſueſcunt conuellando blanditer. Oſculando oratiõe uinula uenuſtula. Si papillam pertractauit haud eſt ab re aucupis. Suauium ſi ſumpſerit iumere eum licet ſine retibus. TACito:occulto. FOElices:cum ſuſpirio legendum quod indicat iam in amore perſuaſum eſſe: ita ut rei facilitatem deſideret. VSVS amoris experientia. DIFFicilé culpæ:cũ facile ſit peccare mihi tamé difficile uidet. IPSe malo metus eſt difficultas ex formidine:q oritur ex ſiniſtro rumore:formido mihi é impedimẽto. IAm nũc:ãn patratũ facinus patos a tempore. COnfundor:neſcia ſum qd agam. NOſtris uultibus:id de culpa facit cõſciẽtia ut q maxie i occulto ſũt:in ore hominũ uerſari ſuſpicemur hoc qd i nos oẽs coniiciant oculos. QVAſdam uoces:de noſtro amore rumores. CVR deſiſtas:ſequere potius. aptius extulit qd animi haberet. NON maxima:qm quãuis abſit:ñ tñ oia audere licet. uult. n. cuſtodẽ ſibi appoſitũ fuiſſe ſignificare. RE Cogẽte:Menelai diſceſſum a neceſſitate tuet:quem ſimplicitate. paris dãnarat.

MAGna cã:ea erat ut diuideret in Creta Atrei bona. DVbitaret:de diſceſſu in ãbiguo eẽt. FAC reditur⁹ eas. hoc omine ad diſceſſum iuitaui. ERit paridis troiani hoſpitis curã gerã. CVncta. ea etiã quæ minus honeſta ſunt CVſtodiat: cuſtodiam adhibuerit. LONgas manus:quæ ẽt remotiſſima cuſtodire poſſunt. FAMa. nominis celebritas. EST oneri:difficultatem parit.

VBER. ¶ SVM rudis. adducit rões quare hæc ſpes uideatur negari. & arguit a morib⁹ ſuis & anteacta uita. RVdis. noua. iperita. LVſimus. decepim⁹. Virg. Quid natũ toties crudelis tu quoq falſis ludis imaginib⁹. NVlla arte. nulla fraude. nunq decepi maritũ meũ. DII mihi ſũt teſtes. i. dii ſciunt. & é parentheſis. NVNC quoq dicit ſe nunq ante ſcripſiſſe ad aliqué aliũ. TACito libello. ſecretæ epiſtolæ. NOuo inuſitato. VSVS. i. expientia: & exercitatio. NEScia. iperita. SVSpicor uiá difficilé. quia qui habitũ fecit non peccandi. neſcit quõ incipiat peccare. IPSe metus eſt malo. i. timor iam nocet mihi. IAM nũc. anteq peccẽ. OMNes oculos eẽ in meis uultibus. i. puto oẽs me iam reſpicere:& habere oculos in me cõuerſos:& dicere. hæc eſt quæ maritũ decepit:quæ eſt adultera. FALſo ſine cauſa: SENſi percepi intellexi. MVRmura ſuſurros quoſdam de me. ETHra. comes mea. QVAſdã uoces. quæ de me & te dicũtur. DISſimula. occulta. & oſtẽde nihil eſſe. NISi tu mauis. i. potius uis. DESiſtere. ceſſare ab amore meo. SED cur deſi. latẽter oſtendit ſibi gratum eſſe quod pergat. Occulte. caute. ne aliquis aduertat. MAior. qa Paris dixerat. Sed tibi & hoc ſuadet rebus non uoce maritus:Ne ue ſui furtis hoſpitis obſit abeſt. reſpõdet ipſe ſe eẽ aliquãto in maiore libertate q ſi maritus adeſſet:ſed nõ tñ hẽre maximã. ut poſſit facere quod uelit:maior. q ſi adeſſet. SED nõ maxima:qa ẽt obſeruor. ILLe Menelaus. PROcul. lõge. RE cogẽte. i. neceſſitate exigẽte. VIæ. pfectionis eius. SIC uiſum eſt. ſ. eſſe eundum. CVM dubitaret an iret:oſtẽdit Menelaũ ſine conſilio ſuo nõ diſceſſiſſe. REditurus. quãprimũ. i. celeriter eſt. n. quãprimũ una dictio cõpoſita. LAEtatus omine. i. accipiẽs p bono oĩne qd ego dixiſſẽ ei:ut iret. RES pͣimoniũ nrm. DOmus. familia. TROicus hoſpes. Paris. SIT tibi curæ:& hoc ẽ qd Paris dixit eũ mãdaſſe:cũ dixit. Id ei mãdo tibi dixit iturus Curam pro nobis hoſpitis uxor agas. VIX tenui riſum. cũ uidi eum ita ſtultum:ut mihi commendaret eũ:qui ſibi nocere poſſet. COmpeſcere. cohibere. LVCtor. nitor. ERIt. i. fiet. hoc ẽ erit mihi commendatus. CREté. de eſt in. IDEO ob hãc cãm. ſ. qa abſit. LICere cũcta. i. oĩa eſſe tibi licita:ſatis n. tibi eſſe debet ſi potes me uidere & alloq:neq debes ulterius ſperare licere tibi. ABſens. i. ẽt abſens. REgibus. pricipibus qualis ipſe eſt. LOngas man⁹. lõgã poteſtatẽ. ẽt i locis remotis. FAma quoq. dicit ſe ẽt terreri metu infamiæ:ne dicat adultera:qd derelicto marito legitimo:ſecuta ſit amatorẽ. EST oneri. i. affert onus & obligationẽ quandam pudice uiuẽdi. QVO. qto. CONſtãtius. firmius. VEſtro ore. i. uerbis oim uirorũ. IVſti⁹ deeſt eo. i. tãto quãto. n. aliqua mulier magis laudat:tãto magis de ea timẽdum ẽ:nã ſola miſeria caret inuidia.



Quæ iuuat ut nũc ẽ: eadẽ mihi gloria dãno ẽ
Et melius famæ uerba dediſſe fuit.
Nec qd abeſt: hic me tecũ mirare relictã:
Moribus & uitæ credidit ille meæ.
De facie metuit: uitæ confidit: & illũ
Securũ probitas: forma timere facit.
Tpa ne pereãt ultro data pcipis: utq;
Simplicis utamur cõmoditate uiri.
Et libet: & timeo: nec adhuc exacta uolũtas
Eſt ſatis: in dubio pectora noſtra labãt.
Et uir abeſt nobis: & tu ſine cõiuge dormis:
Inq; uicẽ tua me: te mea forma capit.
Et lõgæ noctes: & iã ſermone coimus:
Et tu: me miſerã: blãdus: & una domus.
Et pereã ſi nõ inuitẽt oia culpã:
Neſcio quo tardor: ſed tñ ipſa metu:
Qd male pſuades: utinã bene cogere poſſes:
Sic mea ruſticitas excutiẽda foret.
Vtilis interdũ ẽ ipſis iniuria paſſis:
Sic certe fœlix eẽ coacta forẽ.
Dũ nouus ẽ: cœpto potius pugnem⁹ amori:
Flãma recens parua ſparſa reſedit aqua.
Certus i hoſpitibus nõ ẽ amor. errat. ut ipſi.
Cũq; nihil ſperes firmius eẽ. fugit.
Hypſiphyle teſtis. teſtis minoia uirgo.
In nõ exhibitis utraq; iuſta thoris.

¶ EADEM gloria:pulchritudinis frequẽs fama:& ſeruati pudoris decus. VERba dediſſe:nõ ſeruaſſe ab ineũte ætate ſine labe:ſed deceptam uiolaſſe pſtaret. DARE uerba ẽ:cũ factis dicta nõ conſentiũt qd terentianus ſeruus indicat:cũ dicit:cui uerba dare difficile eſt. CREdidit:fidẽ adhibuit:nouit recte actã uitã & probatos mores. DE Facie:ſola pulchritudo illũ timere cogit:cũ cætera meæ uitæ probet. PRæcipis:ſuades a temporis oportunitate. DIXerat. n. paris. Vtere mandatis ſimplicitate uiri. ET Libet:concedit ſuaſionem ſed differri factũ:qm adhuc pendeat aĩus culpæ deſuetudine. EXActa:firmata pẽdebat adhuc. ET Vir abeſt:commoditates repetit ex ſnia paridis:ut facile oſtendat ſe iturã in eius ſentẽtiam. ME Miſerã:ad culpæ memoriã ſuſpirat. MALE:nõ honeſte: turpe eſt adulteriũ ſuadere. BENE:ſub honeſtatis ſpecie:uellẽ inqt q ex uoluntate turpe eſt:ut quadã neceſſitate fieri poſſet:unde iudicaret honeſtũ. RVſticitas:timiditas & in amore difficultas. VTIlis: qm in culpam diluere poſſunt. SIC:per uiolentiam & iniuriã. Eſſe fœlix:tuo coniugio beata. DVM nouus ẽ cœpto. Anceps in paridis fide adhuc amori repugnat: COEpto:qui nunc nos inuaſit: facile eni amor reprimitur:ſi anteq inualeſcat:abiicere conabimur. FLAmma recens:cum primũ ignis incẽditur. CERtus in hoſpitibus:ecce apit unde oritur timor:quo ad impugnãdũ dũ ad amorem ipellebatur:hoſpites inquit fidem amãtibus nõ ſeruant:argumento uſa a cõditione:& incõſtãtia. HYPſiphyle teſtis:exẽplo inconſtantiã pbat. Iaſon hypſiphilẽ reliquit Theſeus ariadnam. NON exhibitis: qui non fuere ſeruati ex fœdere. ANTO.

¶ QVAE iuuat:latenter inuit qd libenter peccaret:ſi auderet:dicit. n. gloria:meæ famæ & honeſtæ uitæ. QVAE iuuat:quæ delectat me. VT. i. ſicut NVNC ẽ. i. honeſta:ut nũc ẽ. EST mihi dãno: qa inicit mihi ruborẽ faciẽdi qd a me petis:qd eſſet utilius. ET Melius foret. i. utilius mihi eſſet. DEdiſſe uerba famæ. i. decepiſſe ipſã famã:& me nõ eſſe talẽ:qualem fama pdicat:hoc eſt:melius eẽt non obſeruare fidẽ marito. Dare uerba:eſt decipere. CRedidit:confiſus eſt. MORibus:meis honeſtis. ET uitæ ante perſpectæ. DE Facie metuit. i. pulchritudo mea facit illũ timere & ſuſpicari de me:ſed uita cognita honeſta facit illũ cõfidere. DE Facie. i. pp faciẽ & pulchritudinẽ. SECurũ:ſine cura & timore. TEMpora ne pereãt: ad id qd dixerat paris Vt te nec mea uox:nec te meus icitet ardor. Cogimur ipſius cõmoditate frui. Aut erimus ſtulti &c. reſpondens dicit. ET Libet. i. cupio. ET Timeo. VOluntas: legendum eſt non uoluptas. NEC adhuc eſt exacta ideſt ſatis perfecte deliberata. LABant:uacillãt. INDubio:incerto: utrum debeam uiri cõmoditate abſentiæ uiri. ET Vir abeſt:reſponſio eſt ad id quod dixit. Sola iaces uiduo tam longa nocte cubili. In uiduo iaceo ſolus & ipſe toro. IN Vicem uiciſſim ideſt tu me amas:& ego te. ET Noctes longæ ſcilicet ſunt. ET Iam coimus ideſt coniungimur:& ſimul ſumus. SErmone:ſimul loquendo. ET Tu blandus:ſubaudi es. ET Domus:in qua ſumus. EST una ideſt ambo ſumus in eadem domo. ME Miſeram:per interpoſitionem legendum eſt:& eſt dolentis. PER eam: qſi iurantis eſt ideſt moriar. SI Omnia quæ in parte tua ſunt. NON inuitant me ad ſequendum te. NEScio quo metu. q. d. etiam ſi ſit ſine ratione. BENE cogere:quia cupiunt puellæ cogi. QVOd male ideſt uix. VBER.

PERſuades:tua epiſtola:& rationibus ad me ſcriptis. RVSticitas:ruſticus:pudor. Ipſe de arte:& ſi ruſticitas non uetat ipſa rogat. EXCutienda:eiicienda:repellenda. IPSis paſſis ideſt his qui eam paſſi ſunt. SIC ſcilicet inferendo iniuriam. EGO forem coacta eſſe fœlix ideſt cogerer habere:ea bona quæ mihi promittis:& per te mihi contingere poſſunt. DVM nouus eſt:oſtenditur mutabilitas muliebris. poſteaq enim ſignificauit ſe cupere quod paris ſuadebat:nunc hortatur:ut potius deſiſtat ab amore:dum nondum eſt uehementer auctus:& multis exemplis:rationibuſq probat:quare non debeat ſequi Paridem. PVGnemus: reſiſtamus. FLAma:probatio a ſimili quod amor incipiens facile poſſit extingui:ſicut ignis nouus pauca aqua extinguit. CERtus:firmus:& ẽ ſentẽtia rõnẽ cõtinẽs. HOSpitibus:peregrinis nõ habẽtibus certũ domiciliũ. ERRat:uagat amor. VT Ipſi hoſpites. Fir. ſtabili⁹. HYpſiphyle: pbat exẽplis. MINoia uir. Ariadne filia minois:de Hypſiphyle & Ariadne uiſũ eſt ſupra i epiſtolis eaq ad Iaſona & Theſea. VTraq iniuſta in toris non exhibitis. i. non datis ſed negatis eis:de qua re iuſte conqueruntur.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

ANTO. ¶ OENOnem:deſtitutam ſe a paride Oenone ſua epiſtola conqueſta eſt. ADDE quod ut cupias: incõſtantiam arguit a neceſſitate. EXPedient:parant tibi nauigãdi neceſſitatem. Nox ſperata:qua mecũ futurus es. CVR ſibus in mediis:ab auriga tranſlatio eſt:in medio inquit amoris gaudio. NOVitatis:nouarũ cogitationum:quales nouum amantem ſubire conſueuerunt. AN Sequar:tranſit ad eam Paridis ſuaſioné quæ eſt troica claſſis adeſt armis inſtructa uiriſq; iam facient celeres remus & aura uias. NON ita contemno:a fama id fieri non poſſe monſtrat. PRObris:adulterii criminibus. SPARtæ:ſpartani hoĩes. ACHaia:peloponneſus. VXOr:ea eſt Hecuba Cypſei regis filia. TOT fratres:ex quibus hos legimus. Hectoré:helenum.Chaonem. Troilum.Deiphobum. Polydoros duos.Eſachiũ.Antiopum. Teuchrum. Dimochoõtem.Echemonem.Cremononem.Gergitionem.Cebrionem.Phorbantem. Doridonem Polydamãtem.Pãmonomen.Antiophontem.Agathonem.Hypporin.Aganonem.Laochonté. Iphaten.Theſtarium.Thimeten: & Pollyté.Puelæ uero traduntur.Creuſa.Caſandra Ilione.Lycaſtæ.Polyſena.Dardanideſq; nurus:troianæ puellæ:uel Priami nurus. QVI:quomodo. TVVm crimen:dixerat:paris:ſi pudet an metuis ue me uideare ſecuta Ipſe reus ſine te criminis huius ero. AT Fruar iliacis:quod paris ab opibus ſuaſit:quadam repetit iracundia:patriæ charitatem illis anteponens. PVRpura nempe mihi: purpurea ueſte donatã a paride fuiſſe helenam. MARcia:ſcribit. Tellus ipſa: ſolũ patrium. Quo modo:qua dulcedie & occulta charitate quiſq; enim patriæ conſuetudine tenetur.

Quis mihi ſi lædar: propoſitum ſuum firmat ab incommodis quæ poſſunt abſentib⁹ a pr̃ia exoriri.

¶ TV Quoq; qui mihi tot tantaq; promittis.

VBER. INFide:periure & fraudulente. OENoné:uxorem tuã:ut uidimus in epiſtola ipſius Oenones ad Paridem. QVærere:inueſtigare. ADDE:adducit aliam rationem.quia comites Paridis inſtabant ut iã iam diſcederet. EXPediunt:expedire parant.

PARatur:conſtituitur:inter nos. PLEna nouitatis ideſt tantũmodo incepta. IN Mediis curſibus poſt inceptum & eſt tranſlatio. ABIbit:tecum: & obliuiſceris mei. AN Sequar:ad id quod dixit.Ibis Dardanias ingẽs regina per urbes:& item Innumeras urbes atq; aurea tecta uidebis & Item Ilion aſpicies:firmataq; turribus altis.Mœnia phœbeæ ſtructa canore lyræ:dicit:ergo. VISAm pergama laudata a te.PROnurus:Nurus ad patrem mariti refertur:pronurus ad auum:ſicut nunc ad laomedonta auum.Paridis. CONtemno:paruifació. PREconia:uoces. VOLucris:uelocis. ILLA:fama. PRobris:ignominiis:uituperiis. SPArthe:lacedæmon. Achaia:peloponeſus uel græcia. QVId poterit loqui de me:niſi me eſſe adulteram. QVId ſentiet qd iudicabit. TV Quoq;:cum uidebis me fregiſſe fidem Menelao. QVI ideſt quõ. ANXius:ſollicitus & plenus timoris. EXEmplis tuis:ne ali⁹: ita me ſollicitet & alienet a te ſicut tu a Menelao.CAuſa timoris:quia putabis eum ueniſſe eadem intentione:qua tu huc ueniſti. IPSE:tu. DICes adultera:me appellabis adulteram. OBLitus noſtro &c.ideſt oblitus quod non potqs maledicere de me: quin maledicas de te ipſo. INEſſe:coniunctum eſſe. ET Auctor:cauſa. OBRuat:tegat: ANTE:potius.& eſt imprecatio muliebris.Sic Dido apud Virgiliũ libro quarto.Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiſcat: & Briſeis ad Achillem Deuorer ante precor ſubito telluris hiatu. Aut rutilo miſſi fulminis igne cremer. AT Fruar. obiectio. HVBeriora promiſſis ideſt plura q̃ promiſiſti. CONgeſto:cumulato:& undiq; ad me collato. DA Veniam reſponſio. FASſæ:mihi uerum fatenti. TANti ut uelim hinc diſcedere. NESciо quomodo:quaſi dicat incredibiliter. TENet:iuuat:delectat. ORIS:regionibus. PHRygiis:troianis: ubi habeo nullos ex meis.

Tu quoq; dilectã multos infide per annos:
  Diceris oenoné deſeruiſſe tuam.
Nec tñ ipſe negas: & nobis omnia de te:
  Quærere: ſi neſcis. maxima cura fuit.
Adde: qd ut cupias cõſtãs in amore manere:
  Nõ potes: expediét iã tua uela phryges.
Dũ loqueris mecũ: dũ nox ſperata paratur:
  Qui ferat in patriã iã tibi uentus erit.
Curſibus in mediis nouitatis plena relinques:
  Gaudia: cũ uentis noſter abibit amor.
An ſequar: ut ſuades: laudataq; pgama uiſã:
  Pronurus & magni laomedontis ero:
Nõ ita cõtemno uolucris præconia famæ:
  Vt probris terras impleat illa meis.
Quid de me poterit ſparte: qd achaia tota:
  Quid gentes aliæ: quid tua troia loqui
Quid priam⁹ de me: priami qd ſentiet uxor:
  Totq; tui fratres: dardaniæq; nurus.
Tu quoq; qui poteris fore me ſperare fidelé:
  Et non exemplis anxius eſſe tuis.
Quicũq; iliacos itrauerit aduena portus:
  Is tibi ſoliciti cauſa timoris erit.
Ipſe mihi quotiẽs iratus adultera dices:
  Oblitus noſtro crimen ineẽ tuum.
Delicti fies idẽ reprehenſor & auctor:
  Terra precor uultus obruat ante meos.
At fruar iliacis opibus: cultuq; beato:
  Dona que promiſſis uberiora feram.
Purpura nẽpe mihi precioſaq; texta dabũt:
  Congeſtoq; auri pondere diues ero.
Da ueniã faſſæ: non ſunt tua munera tanti:
  Neſcio quo tellus me tenet iſta modo.
Quis mihi ſi lædar: phrygiis ſuccuret i oris:
  Vnde petã fratres: unde parentis opem.



¶ OMNIA medeæ:exẽplo auget incõmoda.Medea inqt ab Iaſone pulſa ẽ. IPſea. Diodo ecaten medeæ matrẽ fuiſſe ſcri. Apolonius ex caucaſea nympha genitã cõtẽdit.Ibicus ex euriclide. Syphocles ex neera.Heſiodus ex phedra:calciopeq;. SORor:quæ phryxo nupſit ut diximus. TALE:ut me pellas. AVGurio: cogitatione:euenit interdũ aliter q̃ opinemur. OMNibus iuenies:a ſimili arguit poſſe in triſtitiã & odium tantũ amoré uerti. IACtant:agitant procellis. LENE:trãquillũ. FAX quoq; me terret:diſſuadet rapinã hãc a ſomnis:nã: locus ẽ ſuadẽdi aut diſſuadẽdi ut ſcri.Cice.a ſomnis a cõiectoribus:ab auguriis hecuba facem parere ſomniauit:iõ i tragædia exclamat: adeſt fax iuoluta ſanguine:ut apud Cice.i li.de diuinatiõe licet iſpicere. ET Vatũ ti.moni.arguit a uaticiniis. Chalcas incẽdiũ Troianũ pdixit:ut Home. teſtis ẽ. ANTO.

PRAEmonuiſſe:pdixiſſe. BINA trophea: uictoriam ex duabus ẽ conſecuta. ILLas:iunoné & palladem:ne de te ulciſci uelint. SI Tua gloria uera: ſi uerum ẽ qd tu iactas ad tuã gloriã ut de his iudiciũ tuleris. ATHracis:hypodamiã athracis flumis filiam itelligit quã perithous Ixionis ex dia fili⁹ duxit uxoré nuptiæ i Pelio theſaliæ mõte geſtæ ſunt. Cẽtauri q aderant cũ fœminis uim paraſſẽt Theſei Herculiſq; uirib⁹ trucidati & i fugã acti ſunt. Aemonios. Neſtorem Theſeũ:perithoũ & Herculé ſignificat:& lapithas q centauros ſuperarũt. IVSta ira:æquũ ẽ p rapta cõiuge iraſci. FORtia facta loquaris .i. nec plus atrides animi Menelaus hẽbit. ISTA facies: quæ amoré nõ bellũ præ ſe fert. VENeri:ad amãdum. MARti:ad bellũ. TV Pari:q mollis & delicatus es. ALTEra militia:q̃ ẽ amoris:& ueneris nõ martis. HIS ego ſi ſaperé:colligit iã epiſtolam ita ut plus ſpei quam timoris relinquat. HISq̃ polliceris: & tui corporis dotibus: SI Saperé:duo de ſe notat: q; rudis ſit & timida. FACiam:utar tuis bonis. CONiunctas manus:amori ſuccũbã. QVID captes:tranſlatio ab aucupibus: noui inqt qd uelis a me:ſumere. QVID uoces colloquiũ: honeſtius locuta ẽ:q̃ ſi ré aperte dixiſſet. TVA meſſis i herba:pulcherrima tranſlatio maturius inquit agẽdũ eſt:quoniam nondum amor omnis incaluit: ita ut iam ſuas ſentiat uires:& perfectus ſit. AMica: quoniam tuũ deſideriũ implebit. ARChanum opus: noſtri amoris deliberationem:quæ in occulto:ſit.

CAEtera:quæ huic libello non erant mandanda.

COMites conſiliũq;:quas habeo comites: & mei conſilii participes.Suadet archana cõmitti debere: cum hæ ſint quibus credi poſſint.

¶ OMNIA:qa Paris poſſet dicere:nũq̃ te deſerã: ero loco ppinquoq;:& fratrũ & parẽtis:adducit exẽplum quo oñdit ſe timere:ne decipiatur. ESOnia do:ut ſupra. Auſus es Eſonia dicere cede domo. VBER.

NON minus:nihilominus:licet habuiſſet tot promiſſa. Aeetes:pr̃ eius. HYPſea parẽs ideſt mr̃ ei⁹ Hypſea nomine:licet :ut ſupra diximus ſcd̃m alios Idiya nominaret. CALcyope. Medeæ ſoror fuit.

SED timebat:cũ tu .n. pmittebas. FALlit: ſnĩa ẽ rhetorica. SVO augurio:ſua bona ſpe. & eo quod auguratur ſibi bene euenturũ. OMNibus:ſimilitudine hoc probat dicit enim initia eſſe blanda:ſed fines aſperos: ẽ ergo ſenſus Naues q̃ in mari tẽpeſtate iactantur:quando exiuerunt ex portu habuerũt uentos proſperos:ſed poſtea mutati ſunt:& ita uult ſignificare quod fortuna ſua poſſet ſibi mutari quia ſi Paris eam nunc diligit: poſſet mutare uoluntatẽ.

FAX quoq;:dicit ſe etiam terreri ſomnio Hecubæ quæ pridie q̃ pareret Paridem ſomniauerat ſe parere facem:quã dicit ſe timere fore icẽdiũ troianum: ut

Oĩa medeæ fallax promiſit iaſon:
  Pulſa eſt æſonia non minus illa domo.
Non erat oetes: ad qué deſpecta ueniret.
  Non ipſea parens caſiopeq; ſoror.
Tale nihil timeo: ſed nec medea timebat:
  Fallitur augurio ſpes bona ſæpe ſuo.
Oĩbus iuenies: quæ nũc iactantur i alto:
  Nauibus a portu lene fuiſſe fretũ.
Fax quoq; me terret: quã ſe peperiſſe cruẽtã:
  Ante diẽ partus eſt tua uiſa parens.
Et uatũ timeo monitus: quos igne pelaſgo:
  Ilion arſurũ præmonuiſſe ferunt.
Vtq; fauet cytherea tibi: quia uicit: habetq;:
  Parta per arbitriũ bina trophea tuũ.
Sic illas uereor: quæ: ſi tua gloria uera eſt:
  Iudice te cauſam non tenuere duæ.
Nec dubito qn: te ſi pſequar: arma parentur:
  Ibit per gladios hei mihi noſter amor.
An fera centauris indicere bella coegit:
  Athracis æmonios hyppodamia uiros.
Tu fore tam lentũ iuſta menelaon in ira:
  Et geminos fratres: tyndareũq; putas.
Qd bene te iactas: & fortia facta recenſes:
  A uerbis facies diſſidet iſta tuis.
Apta magis ueneri: quã ſũt tua corpa marti:
  Bella gerant fortes: tu pari ſemper ama.
Hectora: qué laudas: p te pugnare iubeto:
  Militia eſt operis altera digna tui.
His ego: ſi ſaperé: pauloq; audacior eſſem:
  Vterer: utetur: ſi qua puella ſapit.
Aut ego depoſito faciã fortaſſe pudore:
  Et dabo coniunctas tẽpore uicta manus.
Quod petis: ut furti pſentes iſta loquamur:
  Scimus quid captes: colloquiũq; uoces.
Sed nimiũ pperas: & adhuc tua meſſis i herba ẽ
  Nec mora ſit uoto forſã amica tuo.
Hactenus arcanũ furtiuæ conſcia mentis
  Littera: iã laſſo pollice ſiſtat opus:
Cætera p ſocias: clymené: æthrãq; loq̃mur:
  Quæ mihi ſunt comites conſiliũq; duæ.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nates pdicūt. Vir. & face pgnans Ciſeis regina parin creat urbe paterna. MONitus: diuinatiões. VTq; fauet: dicit qđ ſicut Venus ei fauet: qa tulit iudiciū pomi p ſe: ita timet ne Iuno & Pallas: quæ offenſæ fuerunt & non obtinuerūt cām i illo iudicio: ei ſint aduerſæ: & inimicæ. BINA trophea: duas uictorias a Iunone & Pallade. NEC dubito. reſpōdet ad id qđ dixerat. Nec tu rapta time ne nos fera bella ſequātur &c. dicit eni ſe nō dubitare quin bella moueant ppiſe. PER gladios: per arma: pbat per exēplū. Atracis. Atrax Strabone teſte urbs eſt Theſſaliæ: ex ea fuit Hippodamia uxor Perithoi pp quam inter lapithas & cētauros aſperrima pugna orta ē: ut diximus in epiſtola Phillidis ſuper eum locum: fuſiq; bimembres. HEMonios: uiros: lapithas. Theſſaliæ populos. INDicere: denunciare: mouere. TAM lentū: tam pigrū. IRA iuſta: pro rapta coniuge. QVOD bene: ad id quod dixerat. Nec plus Atrides animi Menelaus hēbit Quam Paris aut armis anteferēdus erit: & reliqua quæ ſupra de ſe dixit: reſpōdet Helena: paridē potius hr̄e faciē aptam Veneri q̄ armis. RECenſes: numeras: & cōmemoras. DISſidet: diſcrepat: & nō cōuenit cū his quæ dicis. HECtora: qa dixerat. Oīa ſi dederis nūquā dabis hectora frēm. Vnus is innumeri militis iſtar erit: dicit Helena: ſine pugnare hectora p te. ALTera militia. ſ. amoris: qa militat oīs amans: & hēt ſua caſtra Cupido. OPEris tuis. i. exercitiis: & factis: & legēdū ē operis in ablatiuo: nō aūt in genitiuo: qa dignus cum genitiuo nō iungitur. His. ſ. operis. SI Saperem: ſi uellē facere rē meam: FACiam: utar his operis amoris. DABO manus cōiunctas: tractum ē ab his: qui ſe hoſtibus dedūt manibus cōiunctis. TEMpore: in tpe. QVOD petis: reſpondet ad id qđ dixerat. ſed coram ut plura loquamur Excipe me lecto nocte ſilente tuo. FVRtim clam. QVID captes. i. quæras: & quid. VOCes colloquium: quia uis colloquium tuū eē cōcubitū. SED nimium pperas: dat ei ſpē eius qđ petiuerat. IN Hærba: tranſlatio a meſſibus q̄ nō ſūt certæ: cū ſunt adhuc in hærba: ſed poſtq̄ ſunt collectæ. HAEC mora: hæc dilatio. SIT: p erit. AMIca tuo uoto: qa pderit tibi. HACten⁹: dicit: ſe nolle mādare plura epiſtolæ qa cætera uult loq p Climenē & Ethrā comites ſuas: q̄ erūt ſternūciæ & mediæ inter ipſam & Paridē: ordo. LITtera hactenus cōſcia mentis furtiuæ. i. cui hactenus cōmiſi ſecreta meæ mentis. SIStat: finiat. OPVS archanum. i. officium ſcribendi ſecrera. LASſo pollice. i. manu ſcribendo fatigata. CAEtera quæ inter nos agenda reſtant ad conficiendum quod uterq; uolum⁹. CONſilium meum: cum quibus omnia mea conſultare ſoleo.



ABydon Mileſii gyge Lidorū rege pmittēte condidere nobilitatā ut ſcri. Melas Leandri amore: ea eſt in aſia: cui ſeſtos i europa urbs opponiť. Herus patria ſtadiis. xxx. diſtat: intercedēte anguſto mari a caſu uirginis helleſponto nuncupato: id cū aſiam ab europa diuidat: xerſes pōte cōiunxit: anguſtiæ in latitudinē ut Herodo. autor eſt: ſtadiorum ſeptem: in longitudinē uero. cccc. ptenduntť. Leāder abydenus cum Seſtiæ Herus amore teneretť noctu maris anguſtias: ut philoſtratus ſcribit natare ad illā cōſueuerat: diebus ſeptem tempeſtate īterclusis epiſtolam mittit: primū ſoliti natatus dilationē diluit: deinde queriť q; natādi facultas ob tempeſtatem ſit ablata: demum & ad cōſtātiam hortať: quod q̄ primū fieri poterit: enatabit expoſita prioris temporis conſuetudine.

LEANDER HERO.

ANTO. MITTIT abydenus quā uellet ferre ſalutē: beniuolentiā a uoluntate ſibi conciliat. ABYdenus: ex Abydo Leander. SI Cadat unda maris: dilationis cauſam ipſum principium indicat: ſi ceſſent procellæ: ferrem: non mitterem ſalutem. SESta puella hero ſeſtia ſignificatur: ad quam natabat Leander.

Mittit abydenus: quā mallet ferre: ſalutē:
Si cadat ūda maris: ſeſta puella tibi.

Leander: Salutem. Dicit. Heroe.

VBER. MITTIT Abydenus: helleſpōtus anguſtus eſt admodū. Incipit aūt hoc mare a finibus Troadis: & uſq; ad propontidem Thraciæ ſic dicitur ab Helle filia Athamātis quā fabulæ tradunt in eo mari demerſam. Is Helleſpōtus teſte plinio ſeptē ſtadiis Europā ab Aſia diuidit: & illic inter ſe cōtrarias urbes habet: in Europa Callipolin & Seſton: in Aſia Lampſacon & Abydō unde fuit Leander: qui Hero puellam ex Seſto oriundam: tanto amore dilexit: ut ad eā noctu



per Helleſpontū nataret: & ea potitus: rurſus renataret Abydon: ueq; cū maxima tēpeſtas in mari orta eſſet: quæ iā præteritis ſeptem diebus adhuc non ceſſabat: qua īpeditus Leāder: nō potuerat ad amicā ſuā: ut ſolebat natare. Ne hero eū ſui oblitū exiſtimaret: aut eā reliquiſſe: cū īueniſſet quendā nautam audacē in eo tpe tēpeſtatis nauigantē Seſtō ſcripſit ad Hero amicā ſuā hanc epiſtolā: qua uæhemētem amorē ſuū firmū & ſtabilem cōfiteť: & excuſat qđ iam ſeptē diebus nō potuerit ad eā natare pp maris cōmotionem. Excuſat ēt quare ipſe non iuerit cū nauta: qui illuc nauigabat: potiuſq̄ litteras daret: poſtremo polliceť ſe breui iturum: & ſi mare nō fuerit tranquillū: ſe tñ potius cōmiſſurum periculis quam diutius cariturū conſpectu & colloqo ipſius Heroos Interea dicit ut habeat ſecū loco ſui hanc epiſtolam. ABIdenus: ex abido: legendū ē aūt Abiden⁹ non abideus. FERre: portare: ut ipſe ueniret. SESta: ex ſeſto deriuatiuū formauit non ſuperās primitiuū ſyllaba: qđ raro fit: nam Seſtia debuit dicere: declinatur autē Hero Heroos uel Hero Heronis ſecūdū latinā declinationem: ſicut Dido didoos: & didonis: & ſimilia nomina græca: ut Priſcianus uoluit: licet phocas grāmaticus uelit tantūmodo græce declinari: ſed uſus contra eſt.

Si mihi dii faciles: & ſūt in amore ſecundi:
 Inuitis oculis hæc mea uerba leges.
Sed nō ſūt faciles: nā cur mea uota morātur:
 Currere me nota non patiuntur aqua.
Ipſa uides cœlū pice nigrius: & freta uentis:
 Turbida: perq; cauas uix adeūda rates.
Vnus: & hic audax: a quo tibi littera noſtra:
 Redditur: a portu nauita mouet iter.
Aſcenſurus erā: niſi quod dū uincula proræ:
 Solueret: in ſpeculis omnis abydos erat.
Non poterā celare meos uelut ante parētes:
 Quēq; tegi uolumus nō latuiſſet amor.
Protinus hæc ſcribēs fœlix i littera dixi:
 Iam tibi formoſā porriget illa manum.
Forſitan admotis etiā tangere labellis:
 Rūpere dū niueo uincula dente uolet.
Talibus exiguo dictis mihi murmure uerbiſ
 Cætera cū charta dextra locuta mea eſt.
Ah quāto mallē: quā ſcriberet illa nataret:
 Meq; p aſſuetas ſedula ferret aquas.
Aptior illa qdē placido dare uerbera ponto:
 Eſt tamen & ſenſus apta miniſtra mei.
Septima nox agitur: ſpaciū mihi lōgius āno:
 Sollicitū raucis quod mare feruet aquis.
His ego ſi uidi mulcentē pectora ſomnum:
 Noctibus: inſani ſit mora longa freti.

ANTO. SI MIHI dii faciles: auget patos: in principio hæc dubitatio: quæ a deoꝝ auctoritate dilatiōis cauſā tutatur. DII nō mō ad uenerē: cupidinēq; referri puto ut alii exiſtimarūt. Veꝝ etiā ad neptuni & maris numina: quos pcellas feciſſe queriť. INVitis ocu. qm̄ me: non epiſtolā uidere uoluiſſes. MEA uota: natādi deſiderium. PICe nigrius: turbulētiā aeris intelligit quæ nubiū obtectu contigit. ADEunda: nauiganda: p naues tanto minus natari pōt. VNVS: a numero rē difficilem facit nemo q uelit nauigare ē inuentus pter unū: & is audacia notandus eſt. IN ſpeculis omnis aby. erat: ſoluit ab honeſto ſe nō mari ea nauicula crediſſe. OMNis aby. abydeni oēs. FOElix i littera: ſermocinatio hæc: quæ cū inanimatis rebus habetur ad mouendum eſt aptiſſima: ut ſcribit. Fabius. TANgere labellis: baſiaberis. VINcula: litterarū ſigilla. DEXtra locuta: cū ſcribit dextra loquendi præbet officium. CVM charta: ſiue ea fuerit uitelliana: quæ amatoriis epiſtolis dicata erat: ut ſcribit Pli. ſiue auguſta que in epiſtolis plurimum auctoritatis habebat. Sedula: natatu aſſiduo laborioſa. DAREuerbera: natādo cōcutere. MEI ſenſus: meæ cogitationis. quā exprimit. SEptima nox agitur a numero & tempore: patos auget. SI Vidi ſomnum: ſi dormiui

VBER. FACILES: benigni: exorabiles. SECundi: fauētes. INVitis oculis: non libenter: qa ſi me, amas ut opto: malles me uidere quā legere hanc meā epiſtolam. SED nō ſūt faciles: nō exaudiunt mea uota. MORantur: īpediūt. CVRrere: natare. NOTA aſſueta. IPSA: tu: ne mihi hoc credas. NIGri⁹: obſcuri⁹. COElū aera. Virgi. Eripiunt ſubito nubes cœlūq; dieq; Teucroꝝ ex oculis. PICE: pix: liquor quæ manat ex picea arbore nigerrimus. TVRbida cōmota. VIX adeūda per rates. i. p quæ naues uix q̄ antire: ne dū hoīes adibūt. VNVS: ſolus. ET hic. ſ. audax q nō timet periculū nauigationis. SOLuit iter. mouit nauem ingreſſus ē nauigationē. ASCēſur⁹: reſpondet obiectioni quare nō aſcēderit cū illo nauta: pp multitudinē ſpectantiū: cum nauis a littore diſcedebat: VINcula: funes: retinacula. PROræ. i. nauis: ſynecdoche: pars p toto. OMNis ABydos. i. oēs abydeni. ERAT i ſpeculis. i. in loco unde ſpectabat diſceſſū nauis. SPecula nō ſignificat pprie feneſtrā: ſed quēlibet locū eminentem unđ poſſum⁹ ſpeculari. Vir. i buc. ſpecula de mōtis i altū deferar. CELare amorē meū. VELut ante celauerā. QVEm uolumus tegi: quē uolumus eē ſecretū & occultū. PROtinus: blādiť nunc amicæ ſuæ: dicēs ſe inuidiſſe epiſtolæ ſuæ: qđ ipſe nō ueniret. quo illa deferebať. ADMotis: appropīquatis. VINcula: fila: qbus lr̄æ ſolēt ligari. LOCuta cū charta. i. cætera ſcripſi. AH quāto mallē nataret: ad te ueniens. QVAM ſcriberet: quā mitteret hāc epiſtolā. SEDula: ītēta. APTior dare uerbera ponto. i. magis apta ē natādo pcutere undas trāqlli maris: quā ſcribere. APTA miniſtra mei ſenſus. i. & tñ optime exprimit: & lr̄is notat qđ i aīo hēo. SENſus uolūtatis aī. LONgius anno: ex affectu amātis: cui expectāti tēpus uidetur longiſſimū. FERuet: mouetur æſtuat. RAVcis: murmurātibus. HIS EGo: iurat Leāder ſe nō dormiuiſſe his ſeptē noctibus. VIDI ſomnū. i. dormiui. Terentiana eſt elocutio. MORA freti inſani ſit longa ideſt pcor diu duret tempeſtas maris: quod minime uellem.

ANTO. ℂ RVPE ſedés ali. mouet miſerationé ab expoſitione: ponit ante oculos ré: ut geſta é quæ cũ cauſis oĩbus ꝓbet̃: epiſtolis tñ maxíe conueniũt: q̃ ĩ narratiõe poſitæ ſũt. LVMina uigi. icẽſã facé intelligit: quã in ſũma turri Hero erigebat: ut ad illã Leãder natatõem dirigeret: eã opinor turri ĩtelligẽ: que ſeſto erat oppoſita ad octo ſtadia ſeparata. INCæptis iuue. q̃ maturioris ætatis nõ tẽptaſſent. Sũt iuuenes q̃m minoris prudentiæ audaciores. TVMidũ æquor: maris iundatio. AD Verſis aq̃s: obiectis ꝓcellis. AT Tu de rapi. expoſtulationis enarratio: miſeratiõe nõ caret. De rapidis uẽtis poetica dictio. Nã uẽtoꝝ ĩmãſuetiſſimũ orator dixiſſet boreã: q uiolentia cæteros uẽtos ſuperat. CERta ꝓſia: cui mihi bellũ ĩdixiſti. CERta mente: aĩo obſtinato & diuturno. SAEuis: uteris ĩmanitate. IN me: q amo nefas é ueneris milites uiolare. QVid faceres: boreæ amoré exprobat: ut memoria ꝓpeſſæ flãmæ ad mãſuetudiné iuitet. QVID face. qua utereris uiolẽtia. Solemus. n. his mãſuetiores eẽ q ea offendunt̃ culpa: quã nos aliq̃n admiſim⁹. TAM gelidus: boreas q̃ ex ſeptẽtrione ſpirat: eſt frigidiſſimus: ut ſcribit Pli. IGNibus actæis: Acticæ orithyiæ amore: orithyiam a borea raptã fuiſſe diximus. GAVdia rapturo cũ orithyiã rapere deſtinaſti. AERios aditus: quo minus ad arcé atheniẽſẽ euolares: unde orithyã rapuiſti. QVO mõ: qua patiẽtia fuiſſes. PARce ꝓcor: ſis tuo exẽplo mãſuetior. Auram: tuũ ſpiritũ. HYPpodates: æolus hyppotæ filius ex menalippe: nõ fuit uentoꝝ rex: ſed æolus arnes ſuperioris æoli filiæ ex neptuno: qui æolias inſulas tenuit: & uentis ĩperaſſe ſcri. Home. VANA q̃m meis precibus boreas nõ mouet̃: ſed ĩmanior é. COErcet: mitigat: ĩpellit: inq̃t maría ad meas ꝓces non mitigat. DAEdalus: q fabricatis ſibi: & Icaro filio alis minois irã fugit. LITtus icariũ: nõ dubitaré uolare: licet Icarus ſuo caſu proximo mari nomé dederit. Varro tñ ab icaro inſula icariũ pelagus appellatum ſcribit: ubi Icari ſepulchrũ uiſebat̃. QVicquid erit patiar: periculũ q̃uis magnũ immineat: ſubibo. CORpus in auras tollere: dũmodo poſſem uolare. SAEpe pepẽdit: libratũ é in undis: dum natauimus. CVNcta: & uolatum: & natationé. TEmpora prima: cũ primũ ad te nataui. MEMiniſſe ꝓteritæ fœlicitatis: memoria iocunditate non caret. EGRediebar: ut ad te natarem.

Rupe ſedẽs aliqua ſpecto tua littora triſtis:
Et quo nõ poſſum corpore: mente feror.
Lumina quin ẽt ſũma uigilantia turre:
Aut uidet: aut acies noſtra uidere putat.
Ter mihi depoſita é in ſicca ueſtis harena:
Ter graue tẽtaui carpere nudus iter.
Obſtitit icœptis tumidũ iuuenilibus æquor:
Merſit & aduerſis ora natantis aquis.
At tu de rapidis immãſuetiſſime uentis:
Quid mecũ certa prælia mẽte geris.
In me: ſi neſcis borea: nõ ĩ æquora ſæuis:
Quid faceres: eẽt ni tibi notus amor.
Tã gelidus cũ ſis: nõ te tñ iprobe quõdã:
Ignibus actæis incaluiſſe negas.
Gaudia rapturo ſi q̃s tibi claudere uellet:
Aerios aditus: quo paterere modo.
Parce precor: facilẽq; moue moderãti⁹ aurã:
Imperet hippotades ſic tibi triſte nihil.
Vana peto: ꝓcibuſq; meis obmurmurat ĩpe:
Quaſq; quatit: nulla ꝑte coercet aquas.
Nũc daret audaces utinã mihi dædalus alas:
Icarium quãuis hic prope littus adeſt.
Quicq̃d erit patiar: liceat mõ corpus ĩ auras:
Tollere: quod dubia ſæpe pependit aqua.
Interea dum cũcta negãt uẽti q; fretũ q;:
Mente agito furti tempora prima mei.
Nox erat icipiẽs: nãq; é meminiſſe uoluptas:
Cum foribus patriis egrediebar amans.

VBER. ℂ RVPE: alto ſaxo. LITtora tua. Seſti ubi tu es. MENte feror: uẽto cogitatiõe: quo corpore uenire non poſſum. LVMina q̃n ẽt. Solebat eñi Hero ponere lumé ĩ quadã turri ſua ad q̃d lumen Leãder natabat: q̃d dicit ſe uidere: aut ex affectu putare uidere. ACies noſtra: nr̃i oculi. VIGilãtia: ſtantia ĩ nocte: quaſi pro uigilia. Ter mihi: dicit ſe uoluiſſe ſæpe aggredi natare: ſed territum magnitudine tempeſtatis. GRAue iter: nauigationem periculoſam. TVMidum: cõmotum. AT Tu. conuertit ſermonem ad Boream: de quo cõqueritur, quod ita eum impediat. CERta mente ideſt animo deliberato. IN Me. amantem. INCaluiſſe: exarſiſſe: incenſum eſſe quod eſt contra frigiditatem. ACTæis: athenienſibus propter raptam Orythiam diximus in precedenti epiſtola hanc fabulam. ADItus aerios ideſt iter per aera. QVOmodo pateret̃ quaſi dicat ægerrime. FACilem: leuem: non impetuoſam. Hippotades. Aeolus nepos Hippotæ troiani ex Egeſta eius filia in ſiciliam delata: quæ etiam mater fuit Aceſtis regis Siciliæ: ut alibi diximus. SIC: adiurantis eſt. NIHil triſte: nihil quod tibi ſit graue & moleſtum: VANA precor: dicit ſe fruſtra hæc optare: quia nihilominus perſeuerat ipſe uentus: OBMurmurat: contra murmurat: & crepitat. COErcet: mulcet: placat. QVAtit: commouet. NVNC daret: optat ut ſibi eſſet poteſtas uolandi: ſicut Dædalo: qui cum a Minoe in turri munitiſſima eſſet incluſus: alas ſibi & filio fabricauit: quarum auxilio euolauerunt: ſed Icarus filius in mare delapſus ei nomen dedit. ICArium q̃uis hic prope littus adeſt quaſi dicat quod poteſt me admonere periculoſum eſſe credere ſe aeri & uolare. TOLlere: eleuare. PEpendit: ſupra ſtetit. NEGant cuncta: prohibent omnia. AGIto mente. cogito: & reuoluo animo. MEi furti: mei concubitus. NOX erat. deſcribit tempus quo primum natauit ad hero & ea potitus eſt. NOX incipiens: prima pars noctis. NAMq; eſt meminiſſe uo. parentheſis eſt. AMAns: ego captus amore tui. PATriis paternis.



ANTO. ℂ LENTA: natatu flexibilia. TREmulum: q̃d aq̃ motu ſtare nõ ur̃. LAThmia ſaxa: endymionis lathmii amoré nõ obliuiſcare: quã ut ſcri. Cice. dormienté ĩ lathmio ioniæ mõte luna oſculabat̃: iuſſerat. n. illũ ꝑpetuo dormire. ENDymion: amor endymionis. PECtoris ſeue. ĩmãſueti: & in amãtes difficilis: ſeueros dicimus: q eodé æq̃tatis tenore ducti miſericordia nõ mouent̃. TVOS uultus: lumina eũti miniſtres. MORtalé: a maiori arguit ſimilitudine: tu inq̃t hominé: ego uero deũ. VERA lo. li. ægre nõ feras uera fateri. FORma: laudat hero a corporis bonis. A VEneris facie: excludit duas has: ne uideat̃: numina offendere quoꝝ auxilio nitebat̃: poſt uenere & lunã nulla é hero pulchrior. ARGẽtea: lunæ coloré blãdũ eẽ Pli. ſcri. poetæ a ſimili argẽteã dixerũt. PVRis: oĩ excluſa hũiditate: q̃ nebulas facit. CONcedũt: iferiora ſũt. HABes lu: cæ. nihil uides. Hæc ego: dixi nõ his diuerſa: ſed fere eadé. CEDẽtes: iter ꝓbẽtes: & ad natãdũ faciles. IMAgine: ſplẽdore: & aſpectu. ALCyones ſo. cũ alcyones aues ĩ mari ſctiunt̃: trãq̃llitatem ꝓmittũt: maxíe cũ nidificãt diagoras Sami⁹ ſex dies alcyones dixit. Ari uero & Simõides. xi. philochor⁹ ix. CEycis amati: canũt me natãte: q̃m ſubit eaꝝ mẽté ceycé amaſſe nã ut Nicãſter ſcr. Ceyx luciferi fili⁹ cũ ad oraculũ apollinis uxore ĩuita nauigaſſet in mare decidit: alcyone: ut Theo. auctor é Scyronis attici latronis filia de uiro ſollicita in ſomnis a ioue é mõita ut littus peteret: illic cũ mariti cadauer repperiſſet ſe e ſcopulo ĩ mare ꝓ dolore deiecit. Dii miſeratiõe moti utrũq; ĩ aues alcyões cõuerterũt. Egiſãdrus addit antea: medoné: alcippen: palené: drymo: aſterié: alcyonis gigãtis filias cũ patris interitũ intellexiſſét ĩ has aues fuiſſe conuerſas.

Nec mora: depoſito pariter cũ ueſte timore:
Iactabã liquido brachia lenta mari.
Luna mihi tremulũ lumé præbebat eunti:
Vt comes in noſtras officioſa uias.
Hãc ego ſuſpiciẽs: faueas o candida dixi:
Et ſubeant aĩo lathmia ſaxa tuo.
Non ſinit endymion te pectoris eſſe ſeueri:
Flecte precor uultus ad mea furta tuos.
Tu dea mortalé cœlo delapſa petebas:
Vera loq̃ liceat: quã ſequor ipſa dea é.
Neu referã mores cœleſti pectore dignos:
Forma niſi in ueras non cadit illa deas.
A ueneris facie nõ eſt prior ulla: tuaq;:
Neue meis credas uocibus: ipſa uide.
Quãto cũ radiis fulgẽs argentea puris:
Cõcedunt flammis ſydera cuncta tuis.
Tanto formoſis formoſior oĩbus illa eſt.
Si dubitas: cæcũ cynthia lumé habes.
Hæc ego: uel certe nõ his diuerſa locutus:
Per mihi cedentes nocte ferebar aquas.
Vnda repercuſſæ radiabat imagine lunæ:
Et nitor in tacita nocte diurnus erat.
Nullaq; uox unquã noſtras uẽiebat ad aureſ:
Præter dimotæ corpore murmur aquæ.
Alcyones ſolæ memores cæycis amati:
Neſcio q̃d uiſæ ſunt mihi dulce queri.

VBER. ℂ CVM Veſte: q̃a erã nudus. IACtabã: mouebã. LENta: mollia. TREmulũ: ꝑ motũ aquæ. VT: ſicut: tãquã. OFFicioſa: ꝓſtãs officiũ. HANC: lunã. FAueas: adiuues me. SVBeãt: ueniãt ĩ mẽtẽ. LAtmia ſaxa. i. mõs latmius q é Cariæ Endimionis a luna: ut ferũt: adamati: fabula nobis: dr̃ aũt latmiõ nõ aũt latymion: ut Tortel. putauit: uñ deriuatiuum latmius. Oui. alibi Larmi⁹ endimion nõ é tibi luna pudori: ſenſus é ergo: recordar̃ o luna latmii mõtis ubi cũ Endimiõe cõcubuiſſe diceris. SEVeri: triſtis alieni a uoluptatib⁹. TV Dea anteponit amoré ſuũ amori Lunæ. MORtalé. Endimioné. QVam ſequor. i. quã ego peto. EST dea: nõ autem mortalis. NEV refe. hic é ſẽſus: ut taceam mores: quos hæc mea puella hẽt diuinos: talis pulchritudo nõ poſſet ei cõtigere: niſi eẽt dea. A FAcie Veneris. i. poſt pulchritudiné Veneris & tuã. NON é prior: nõ é q ante cedat eã. IPSA: tu. QVAnto: cõparatio: & é ſenſus: o luna q̃to es ſplendẽtior oĩbus aliis ſtellis: cũ tu nitidiſſima fulges ĩ coelo. TANto: illa ſua pulchritudine ſupat oẽs alias puellas. CONcedũt fla. tu. i. uicũtur tuo ſplẽdore. CYNthia: o luna: nã luna & Diana eadé é: q̃ cynthia dr̃ a cyntho mõte Deli. HABes lumé cæcũ nõ bñ uides. VEL cer. i. ſaltẽ. NON di. nõ cõtraria. CEDẽtes mi. dãtes locũ corpi meo. FERebar: ibam. RADiabat: ſplẽdebat. REPercuſſæ: reuerberatæ: nã aq̃ ur̃ retroflectere radios lunæ. ET nitor diur. i. lux q̃ ſolet eẽ diei erat ĩ nocte. i. nox erat clara ſicut dies. NVLla uox: alicuius uel hoĩs uel aĩalis. AQVæ dimotæ: diuiſæ. CORpore: meo. ALCyões ſolæ. i. ſolũmõ audiebã Alcyões uolucres: q̃ uidebant̃ dulci uoce querelã effundere. MEMores Cæycis amati: tãgit fabulã: quã Oui. ſcribit li. xi. metamorphoſeos. Cæyx. n. luciferi filius ꝓdigiis q̃ ei apparuerãt ꝑturbatus ad oraculũ Apolliuis ĩ Claron nauigare decreuit: nã Delphos ire nõ poterat: q̃m Phorbas cũ phlegiis populis Delphos ĩfeſtabat. Cũ ãt Alcyone eius cõiunx Aeoli filia hãc nauigationé ei diſſuadere conaret̃: uerita ꝑiculũ ei⁹. Ille affirmauit itra alteꝝ menſé ſe reuerſuꝝ: ueꝝ tempeſtate maxima oborta ſubmerſus eſt. Illa aſſiduo uiri deſyderio ſollicita cum ad tempus ꝓmiſſum reuerti nõ uideret: deos cõtinuis precibus fatigans: tãdé miſericordia Iunonis cui ꝓcipue ſupplicauerat factũ eſt: ut in ſõnis admoneretur de obitu mariti: ĩmiſſo ſomno ſub ſpecie Ceycis ſubmerſi. Illa igitur excitata ſomno cadauer mariti in littore inuenit: quare nimio dolore perculſa in uolucré Alcyoné & Ceyx in aliã uolucré cõmiſeratione deoꝝ cõuerſi ſunt: hæ uolucres ꝑ ſeptem dies fœtificãtes tranq̃llum habent mare. coeunt. n. & priſtinã coniugalem concordiã ſeruant: has igitur ſolas uolucres perturbato mari querelam effundentes audiſſe dicit. Aduertendum é auté pro nomine mulieris declinari Alcyone Alcyones: pro uolucre uero Alcyon uel Alcyonis: ut hic locus oſtendit: dicit enim Alcyones non autem Alcyonæ.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ANTO. ¶ FORtiter:oĩ conatu. LVMen:qđ in turri eminebat. MEVm lumẽ:hero ſignificaẽ. ET Subito:cum loca ubi cõſiſtis iſpexi:auget uires memoria futuræ fœlicitatis aut ꝑiculi. MOLlior:ad natãdũ facilior. FRIgora:q̃ natãtibus maxime obſũt. MINus reſtat:ad natãdũ ſupereſt. PLVs libet:tãto magis ꝓpero. IACto brachia:maiori robore nato. VIDI:qđ uix retineret. DABaS uerba:me nõ captabas. PRIma aqua:i ora primi lĩoris:q̃ agitatiõe undaꝝ perluiẽ. DIIS magnis:quos i logiſtorico Var. putat eẽ cœlũ & terrã:alii iouem mercuriũ & mineruã deos magnos credũt: ægyptii Iſidẽ & Oſiridẽ magnos deos contendũt. CAEtera:ꝓcaces luſus:& amãtiũ gaudia:quæ geſſerũt cõticet. LVMen:qđ i'turri eminẽs uidebaẽ. QVam maris unda:iundatio maris helleſpõti:nullã habet q etẽ:qm̃ maris anguſtiæ fluũt & refluũt. ILLud: tps: qđ nobis ſupeſt. INEers:ſine amoris officio. Iamq; fugatura:a tpe patos:cũ aurora diẽ nũciaret. LVCifer:is auroræ filius ẽ dei nũci⁹. Amaro:igrato:'utrũq; n. offẽdebat:gaudebam⁹ noctiſ lõgitudie. Aequor uirgĩs:helleſpõtũ qđ a uirgis caſu nũcupatũ eſt.

VBER. ¶ IAMq; fatigatis:ſolẽt natãtes defatigaris brachiis ſuſtẽtare corpus aliquãtulũ ſup undis:qđ' ſe feciſſe dicit. ERIgor:eleuor. VT:poſtquã. LVMen: qđ in turri tua appõis. MEVS ignis:meus amor. IN illo:lumine: SVBito:dictis his uerbis. MOLlior: facilior ad natãdũ. AMOr q calet in pe.cu.i.q facit calorẽ i pectore meo amoris pleno. PREſtat: efficit. NE Poſſim ſentire fri. PROfundi.i. maris. QVO magis:quãto magis. ACCedo:appropinquo. MINus reſtat.ſ. uiæ ad ꝑueniẽdũ ad littus. PLVs libet:plus aĩ ẽ mihi & uolũtatis. CERni: uideri a te. SPEctatrix:tu q̃ ſpectas me. ADDis animos:facis me aĩoſiorẽ. VT Valeã:ut poſſim:& ſim fortis. LABoro:curo. DOMinæ:tibi: IACto:cũ arte & oſtẽtatiõe moueo:& oſtẽdo. DEScẽdere in altum:ut uenias mihi obuiã. HOC uidi:qđ uoluiſti procurreẽ i æquor. NEC tñ effecit:nutrix tua. VDVS:humefactus. PRIma aqua.i.aqua magis uicina littori. EXCipis ſ.cum ſum in littore. OSCula digna peti diis magnis trãs mare.i.oſcula quæ etiam dii cœleſtes:ut aſſequerenẽ poſſent tranare Mare:ſicut ego. AMICtus:ueſtes. ADEmptos de tuis: qbus te ſpoliaſti:ut me tegas. IMBre.i.aq̃:nõ.n.ſolum ſignificat pluuiã: ſed etiam ſimpliciter aquam Vir. prio æñ. laxis lateꝝ cõpagibus oẽs Accipiũt inimicũ imbrẽ. NOX:nam ſupra dixit nox erat incipiens. COEtera:ſubticuit rẽ pudendã:ſic Ouid. in primo amorũ. Cætera quis neſcit:feſſi requieuimus ambo. TVRris:in qua ambo cõuenimus. LVmẽ.ſ.nouit cætera. NON magis:dicit gaudia illi⁹ noctis ita eſſe inumerabilia:ſicut eſt inumerabilis alga maris Helleſpontiaci:qđ tranabat ipſe Leãder: ẽ aũt alga minuta quædã hærba quæ naſciẽ i mari:uñ alibi. Nunc leuis eiectã detinet alga ratem. AD Furta: ad cõcubitus nr̃os occultos. ILLud ſpaciũ foret iners.i.eẽt ſine effectu uoluptatis:qa dabã operã ut illud totũ colligerẽ:& i uoluptate cõſumerẽ. CONiuge Titõi.i. Aurora uxore Titoni. FVGatura: expulſura. NOCtem:nam aduenięte Aurora nox abit. PRAEuius auroræ ideſt præcedens aurorã. Virg. Naſcere:præq; diem ueniens age Lucifer almum. CONgerimus:coniungimus:commiſcemus. RAPtim:certatim. PARuas mo.eſſe noct.ideſt noctes eſſe breues. CVNctatus:moratus ita oſculando nos. MONitu:mandato & præcepto. AMAro:acerbo quia inuitus audio me moneri:ut inde diſcedam. DESErta turre: relicto loco ubi uoluptatem accepimus. DIGRedimur:diſcedimus. AEQuor uirginis:mare dictum ab Helle puella quæ in mare delapſa:ei nomen dedit:ut dixi ſupra plene in argumento epiſtolæ Hypſiphyles ad Iaſonem. VSQue dũ licet ideſt aſſidue dum poſſum.

Iãq; fatigatis humero ſub utroq; lacertis:
Fortiter in ſũmas erigor altus aquas.
Vt ꝓcul aſpexi lumẽ:meus ignis in illo eſt:
Illa meũ dixi littora lumẽ habẽt.
Et ſubito laſſis uires rediere lacertis:
Viſaq; quã fuerat mollior unda mihi.
Frigora ne poſſim gelidi ſẽtire profundi:
Qui calet in cupido pectore:ꝑſtat amor.
Quo magis accedo:ꝓpioraq; littora fiunt:
Quoq; minus reſtat:plus libet ire mihi.
Cũ uero poſſũ cerni quoq;:protinus addis:
Spectatrix animos:ut ualeãq; facis.
Tunc ẽt nando dominæ placuiſſe laboro:
Atq; oculis iacto brachia noſtra tuis.
Te tua uix ꝓhibet nutrix deſcẽdere i altũ:
Hoc etenim uidi:nec mihi uerba dabas.
Nec tñ effecit:quãuis retinebat euntẽ:
Ne fieret prima pes tuus udus aqua.
Excipis ãplexus fœliciaq; oſcula iungis:
Oſcula diis magnis tranſ mare digna peti.
Deq; tuiſ dẽptoſ hũeriſ mihi tradiſ amictuſ:
Et madidã ſiccaſ æquoriſ imbre comã.
Cætera nox:& noſ:& turriſ conſcia nouit':
Quodq; mihi mõſtrat ꝑ uada lumẽ iter.
Nõ magiſ illiuſ nũerari gaudia noctiſ:
Helleſpõtiaci quã mariſ alga poteſt.
Quo breuiuſ ſpatiũ nobiſ ad furta dabatur:
Hoc magiſ eſt cautũ:ne foret illud inerſ.
Iãq; fugatura tithoni coniuge noctẽ:
Præuiuſ auroræ lucifer ortuſ erat.
Oſcula cõgerimuſ ꝓperata ſine ordine rapti:
Et querimur paruaſ noctibuſ eẽ moraſ.
Atq; ita cũctatuſ monitu nutriciſ amaro.
Frigida deſerta littora turre peto.
Digredimur flẽteſ: repetoq; ego uirginiſ æquor:
Reſpicienſ dominã:dũ licet: uſq; meam.



¶ SI Qua fides:poſtulat fidẽ:ꝑinde ac rẽ maximã loqui aggrederetur. ESSe natator:habere natãdi facultatẽ. NAVfragus:facile ſubmergi poſſe:ut is qui nullã habeat natãdi peritiã. AD te:cũ ad te nato. PROna:præceps & natatus facilis. CLIuus:collis qdã ad ſuperandũ difficilimus. VRBe mea:tãta: uis amor eſt: ut etiã naturã uertat. odiſſe.n. ipellit qđ amare illa duce cõſueuimus. HEI mihi:ſuſpiratio hæc ſumiẽ a loci diuerſitate.q̃ ab amãte diſcluderetur. VNDis:parua freti diſtantia. VNA tellus:ſiue ſeſtia:ſiue abidena. CONfundor:reddit poſt narrationẽ ad q̃relas:quã auget ſciſcitatiõe. CAVſe leuis:nullius materiæ:admiraẽ:qđ cũ leuiſſimus ſit uentus rẽ tantã poſſet impedire. IAM noſtros curui norunt delphines:brutis eius amoris notionem tribui:q̃ exornatio a Cice. cõformatio diciẽ:plurimũ ualet in re explicanda:& admonendã miſerationẽ. CVRui delphines:epitheton ꝓprium delphinoꝝ eſt: qui alio uocabulo ſimones appellanẽ:ad quod nomẽ uocati accurre re dicunẽ. LIMes attritus:orbita facta eſt natandi cõſuetudine in mediis aquis. MVLta rota:auget ſimilitudinẽ. HIPerbolen:limes in mari cernit:ut orbita in uiis mediis rotaꝝ curſu cõteriẽ. QVod mihi non eſſet:mouet miſerationem a mutatione fortunæ. SIC:per natatum. ITErare:iter ad te dari. AEquora athamantidos: athamantis filia fuit Helle:que helleſponto nomen dedit. CANent:ꝓcellis aſſiduis ſpuma operiuntur. HOC mare:auget quærelã alienæ fortunæ memoria. TAle fuiſſe:procellis agitatũ his ſimilibus. MERſa uirgine:cum in mare ſubmerſa eſt helle. NOMina:nam helleſpontus eſt nuncupatus. HABet crimen:ex culpa ſortitũ eſt nomẽ. PHRyxo. Phryxus poſt ſororis caſum in colchos delatus eſt ad oetam. FREta triſtia:per hæc procelloſa maria. ANTO.

VBERI ¶ SI Qua fides uero eſt.i.ſi ueritati quã dico creditur. HVC:ad te. VIDeor mihi eſſe natator: ideſt uideor. optime ſcire natare:ꝑp affectũ amoris q me adiuuat. Ouidius de Tiſbe. Audacem faciebat amor. CVM redeo.i.cum diſcedo a te. VIdeor eẽ naufragus:uideor ſubmergi fluctibus:& periclitari. PRona:facilis:& quaſi pendens:nam facilius deſcendimus quã aſcẽdimus. CLIuus:aſcenſus:mõticulus. INErtis:imobilis:quæ nõ ita facile nataẽ:ſicut aqua mobilis. QVIS credere poſſit: q.d. nullus:niſi qui ſciat quanta ſit uis amoris. naturaliter.n. oẽs libenter redeunt in patriam. ouidius. Neſcio qua natale ſolũ dulcedine cunctos Detinet. NVNC:cũ ad te natare nõ poſſum. VINcti animis:pares:& cõiuncti amore. CVR ſecernimur:cur ſeparamur. VNA tellus:eadem terra. CVR nõ hẽt duos.i. cur nõ ſumus ambo i eadẽ terra. SVMat:pro ſumeret. CVR cõfundor:cur perturbor:& moueor animo. QVotiens æquor cõfunditur:quotiens mare perturbaẽ:quod non fieret ſi eſſemus in eadẽ terra. VENtus cã leuis.i. uentus q eſt parua cã. CVR põt obeſſe:cur põt nocere impediẽdo natationẽ meã:qđ facere non poſſet:ſi eſſemus ſimul. CVRui delphines piſces ſunt repando dorſo:homini amicum aĩal:de quoꝝ natura uideatur Ply. & Solinus. his igitur dicit Leander ſe iam eſſe notũ propter frequẽtẽ natationẽ ſuã. PIScibus.ſ. aliis:qui etiã nõ adeo ſunt familiares hominibus. IAM patet:hyperbole eſt. hoc.n. fieri nõ poteſt:ſed ut amator dicit ſe ita crebro ſæpe nataſſe ut appareat in aquis quaſi limes quidam quem ſuo corpore fecit:tanquã orbita rotæ:uel uia per quã multæ rotæ incedunt. ATTritus:frequentatus. SOLitaꝝ:aſſuetaꝝ meæ natationi. MVLta rota:pro multis rotis. QVod mihi nõ eſſet &c. ſenſus eſt ego ante q̃rebar qđ nõ poſſem ad te iterare.i. uenire. NISI ſic.ſ. natãdo. SED nũc queror hoc.ſ. iterare natãdo. DEEſſe mihi:nõ cõcedi mihi. PER uẽtos.i. cã uẽtoꝝ qui me ꝓhibent. AEQuora athamãtidos.i. põtus helles quæ ut dixi filia fuit Athamantis. CANent:ſpumeſcũt: IMmodicis:maximis. IN Portu:ubi ut plurimum ſolet eſſe tranquillitas: quanto ergo minus tuti erunt homines in medio ipſius. HOC mare:dicit helleſpontum ita eẽ cõmotũ:ut fuit qñ merſit Hellen:& ab ea nomen accepit. REor:puto. FVIſſe tale:ut nũc eſt.i. ita turbatum. CVM.i. qñ. PRImũ:prio. EST nactũ:ẽ adeptũ:eſt aſſecutũ. NOMen de uirgine merſa:de Helle ſubmerſa. SATis infamis:ſatis ad infamiã & ſæuitiã noiatus. VTQue.i. & q̃uis. PARcat mi. me nõ ſubmergat. HABet cri. hẽt ifamiã. NOMine:qa appellaẽ helleſpõtus. INVideo phryxo:optat ſe poſſe trãſuehi ultra mare ſicut phryxus trãſlatus eſt ab ariete. QVẽ ouis aurea uellere lanigero.i. ouis ſiue aries hẽns pellẽ aureã. VEXit:ultra mare ſine ſubmerſiõe.

Si qua fides uero ẽ:ueniẽs huc eſſe natator:
Cum redeo:uideor naufragus eſſe mihi.
Hoc quoq; ſi credis: ad te uia prona uidetur:
A te cum redeo:cliuus inertis aquæ.
Inuitus patriã repeto:quis credere poſſet:
Inuitus certe nunc moror urbe mea.
Hei mihi cur animis iũcti:ſecernimur undis:
Vnaq; mens tellus non habet una duos.
Vel tua me ſeſtos:uel te mea ſumat abydos:
Tã tua terra mihi:quã tibi noſtra placet.
Cur ego cõfũdor:quotiẽs cõfundiẽ æquor:
Cur mihi cã leuis uentus obeſſe poteſt.
Iam noſtros curui norũt delphines amores:
Ignotum nec me piſcibus eſſe reor.
Iam patet attritus ſolitaꝝ limes aquarum:
Nõ aliter multa quã uia preſſa rota.
Quod mihi nõ eẽt:niſi ſic iterare querebar:
At nunc ꝑ uẽtos hoc quoq; deeſſe queror.
Fluctib⁹ imodicis athamãtidos æquora canẽt:
Vixq; mãet portu tuta carina ſuo.
Hoc mare cũ primũ de uirgine noia merſa:
Quæ tenet: eſt nactum:tale fuiſſe puto.
Et locus amiſſa ſatis hic ifamis ab helle eſt:
Vtq; mihi parcat:nomine crimen habet.
Inuideo phryxo:quẽ per freta triſtia tutum:
Aurea lanigero uellere uexit ouis.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ANTO. ¶ PECoris:aurei uelleris:arietis quo uectus ē phryxus. FINdam corpore:natatiōis periphraſis. PARte egeo nulla:nō alienis opus ē adminiculis:ea ſunt nauigia nautæ uela remi qbus undis uehim⁹. IDEM nauigiū partes interpretaĩ. ELYcen:ex ſententia Gloſtenis locutus eſt.qui ſcribit cynoſuram & elycen filias Olenii Vulcani filii iouem in ida ſilua nutriſſe:& ob hoc in cœlum ab illo relatas. Arathus ſcribit elycē græci:cynoſuram phœnices in nauigatione obſeruant ut in aratheo carmine monſtrat germanicus:cum dicit. Dat graiis elyce curſus maioribus aſtris. PHOenicas cynoſura:regit:& nos quid de his ueteres ſenſerint in interpretatione germanici expoſuimus. Tyrus. PHOenix:nauta. ARCTon:minorē urſam:quā cynoſuram appellant. PVBlica:quæ aliis nota & cōmunia ſunt. Andromeden:hanc cephei filiam fuiſſe in tragœdia ſcribit Euripedes in cœlum relatam ob perſei gratiā:quē ſecuta ē. ALIVs:ad ægyptios reſpicit:qui nauigatione andromeden obſeruant. CLAráue:coronā:ariadnæ coronam in cœlum tranſlatam diximus:quā cretenſes uelut ſidus peculiare ſequūtur. PARrhaſis urſa:maiorem urſam:quæ fuit arcadica intelligit:caliſto nominatā. Lycaodis filiam:licet Ariethus Tegeates nō caliſto:ſed megiſto uocatam ſcribat:cethei filiam & lycaonis neptem:cui iuppiter amoris præmium cœlū dedit:parrhaſii fuere arcadiæ populi uetuſtiſſimi. POLo gelido:ſeptētrionē intelligit:ī quo hæc fulgēt ſidera circa axē. QVOd pſeus:andromdē ſignat:quā amaſſe pſeū:& aceto liberaſſe ſcr. Euripides. CVm io.ea ē caliſto:quā amauit iuppiter. LIBer bacch⁹ ī cœlū rettulit cū corona ariadnā. IDEo placet indicū:more aliaꝝ nautaꝝ hæc ſidera in curſu non ſeruo.

Nec tamen officium pecoris nauiſq; requiro:
Dūmodo quas ſcidā corpore dētur aquæ.
Arte egeo nulla: detur modo copia nandi:
Idem nauigium: nauita: uector ero.
Nec ſeq̄r aut elycē: aut q̄ tyrus utitur: arcton
Publica non curat ſydera noſter amor.
Andromedē alius ſpectet: clarāque coronā:
Quæque micat gelido ꝑrhaſis urſa polo.
At mihi qđ perſeus: & cū ioue liber amarūt:
Indicium dubiæ non placet eſſe uiæ.

VBER. ¶ NEC tamen re.offi.pecoris aut nauis.i.non tamen quæro habere uel arietē:ut habuit phryxus uel nauem aliquam. DVMmō poſſim:meo corpore natare. NVLla arte:tranſeundi uel naue:uel alio modo. MODo:tantummodo:uel dummodo. COPia:facultas. IDEM:ego idem. NAVigiū:nauis. NAVita:q regam & agam nauem. VECtor:paſſiue accipitur.i.qui uehar:ut Lucanus. Cauſa ē hæc ſola timoris.uectorem non noſſe tuum.i.eum quem uehis.ſunt.n.uerba Cæſaris ad Amyclan. NEC ſequar:dicit ſe non nauigaturum ad obſeruationem ſiderum ſicut alii ſolent:dicit enim ſe tm̄ ſpectare lumen ſui amoris. HELycen:urſam maiorem dicit:quam fabulæ ferunt ex Caliſtone a ioue compreſſa:poſtq̄ Arcada filium peperit factam:nam ex puella formoſiſſima a iunone in urſam eſt conuerſa:deinde cum poſt quintumdecimum annum filius arcas in uenationem egreſſus matrem occiſurus eſſet ignorans. Iuppiter id ſcelus prohibens ambos in cœlū tranſtulit:& in ſeptentrionali polo collocauit:ſed iuno exorauit Thetyn & oceanum:ne pellicem ſuam ſuis aquis mergi paterentur:itaq; dicunt eas nunq̄ occidere:ut Virgilius. Arctos oceani metuentes æquore tingi.ad harum obſeruationem nautæ nauigare ſolent:ſed græci obſeruant Elicē.phœnices uero Cynoſuram quam dicimus minorem urſam de quibus ipſe.Ouidi.in triſtibus. Magna minorq; feræ:quarum regis altera graias. Altera ſidonias utraq; ſicca rates. Idem libro tertio faſto. Eſſe duas arctos quarum cynoſura petatur Sidoniis. Elicen graia carina notet.de his etiam ita ſcribit. M. Manlius Aſtronomicon libro primo. Summa tenent axis miſeris notiſſima nautis Signa per immenſum cupidos ducentia pontum. Maioremque Elicen maior decircinat arcton. Septem illam ſtellæ certantes lumine ſignant Qua duce per fluctus graiæ dant uela carinæ. Anguſto cynoſura breuis torquetur in orbe. Tam ſpacio quam luce minor:ſed iudice uincit Maiorem tyrio:pœnis hæc certior auctor Non apparentem pelago quærentibus orbem:manifeſte igitur apparet quare dixerit. AVT qua tyrus utitur arcton:ſignificat enim Cynoſuram quam:ut apparet Tyrii obſeruant:cum altera:hoc eſt elice obſeruetur a graiis. PVBlica ſidera:quæ omnes aſpicere poſſunt. ANDromaden:ſtellam andromades:fuit autem andromade Cephei & Caſſiopes filia in æthiopia:cuius mater Caſſiope ſe pulchritudine nymphis Nereidibus pferens earum iram prouocauerat:quas ut placaret cepheus hamonis oraculum conſuluerat:a quo reſpōſum fuerat filiam pro ſuperbia materna belluæ exponendam eſſe:quam Nereides ex mari mittebant:ut illa deuorata tandem placarenĩ. Quod cum Cepheus feciſſet:& eam in littore ſaxo alligaſſet. Caſu quodam ſuperuenit Perſeus filius iouis & Danaes qui ſupra ea loca uolans:cum puellam formoſiſſimam aſpexiſſet:eius amore captus:cum eius patre pactus eſt:ut ſibi ſponſa & uxor daretur:ſi eam liberaſſet:ea igitur liberata cū Phinea fratrem Cephei eā uxorem uolentem:& multos illi auxiliantes in ſaxa uertiſſet:tandem uictor Argos cum coniuge reuerſus ē:quæ poſtea in ſtellam quæ Andromade dicitur:mutata eſt:eſt autem legendum andromade per.d.non Andromache:nam hæc uxor fuit Hectoris quæ nunquā mutata legitur. CLAráq; coronā.i.ſtellā Ariadnes:de qua diximus in epiſtola Phædræ:gemmæ enim coronæ Ariadnes quæ nouē fuiſſe ab ouidio dicunĩ in ſtellā quæ corona dicitur conuerſæ fuerunt:de qua Virgi.li.primo geor. Gnoſiaq; ardentis decedat ſtella coronæ. VRSa parrhaſis.i.arcadica:nam parrhaſos urbs fuit Arcadiæ. GELido:frigido ſeptētrionali:& eſt quaſi iteratio eius quod dixit:Nec ſequar aut Elicen &c. AT Mihi quam perſeus amauit.i. Andromaden. ET Liber.i.bacchus:& ſignificat Ariadnē. CVM ioue.ideſt quam iuppiter amauit:ſignificat autem Caliſtonem in urſam mutatam ut diximus.eſt autem ſenſus nolo habere pro indicio natationis meæ ſtellā Andromades uel Ariadnes uel Caliſtonis.i.urſæ. INDicium:demonſtrationem:ſignum.



ANTO. ¶ MVLto clarius:non accenſa in turre face:ſed de Hero placet intelligi. IN Tenebris:in obſcuro:ſed obſeruabilē habebit lucē:& clariſſimū ſidus:quod ſequaĩ. THEſſala pinus:argo q̄ colchos petiit. PALemonais eſt portunus:quē & melicertā dicunt inus ex athamāte filius cum quo mater e lecheo ꝓmontorio bacchi furore concitata in mare ſe præcipitauit:cui portus tutela tribuitur. REDdidit herba deum:glaucum anthedōtis filium ſignificat:qui cū in ſcopulis ægarū:quæ ſunt ad euboeā piſcaretur piſces:quos in ripā proiiciebat tacta herba in mare reſilibant:quā & ipſe cum tractaſſet in mare tranſiliens factus eſt deus. Strabo in balenā uerſum ſcribit. LANguent:fatigata ſunt Tēdunt fortius ſe mouent. HELeo carcere:apud helidem in peloponeſſo equorum certamina inſtituta ſunt ab ætholis:epeis & heraclidis duce exilo:qui helin incoluerūt templumq; iouis olympii cōdiderūt:ubi ſimulachrū fuit eburneū phydiæ opus:alii ſcribunt ludorū:& delubri auctorē extitiſſe Herculem iouis ex Alchmena filium:quem aiunt primum certaſſe:& palmā obtinuiſſe. CARcere:locus eſt unde equi ad curſum mittuntur:quem Neuius oppidum appellat. SERuo:obſeruo tanq̄ ſidera SEQuor te magis:non aſtra natatu ſeruo:ſed dominam quæ mihi eius memoria uires ſufficit. IBIS:in cœlum. DIC mihi qua ſit iter:doceas oro qua uia cœlū conſcendendum ſit:ut te conueniam HIC es:in terra moraris. EXIguo:difficultatem a loco notat:es in terra inqt:& exiguo tempore tecum eſſe contingit:ſi in cœlum feraris:ad te ire omnino negaretur. MEA mente:quæ non minus q̄ mare æſtuat. NON minus:quam ſi in cœlo conſiſteres. BREuis:ſeptem tantummodo ſtadia.

Eſt aliud lumen multo mihi certius iſtis:
Nō erit in tenebris quo duce noſter amor.
Hoc ego dū ſpectē:colchos atq; ultima pōti:
Quaque uiā fecit theſſala puppis:eam.
Et iuuenē poſſū ſuperare palæmona nando:
Miraque quē ſubito reddidit herba deū.
Sæpe ꝑ aſſiduos lāguēt mea brachia motus:
Vixque ꝑ imenſas feſſa trahunĩ aquas.
His ego cū dixi precium non uile laboris:
Iam dominæ uobis colla tenenda dabo.
Protius illa ualēt:atq; ad ſua præmia tēdunt:
Vt celer heleo carcere miſſus equus.
Ipſe meos igitur ſeruo:quibus uror:amores:
Teq; magis cœlo:digna puella ſequor.
Digna quidē cœlo:ſed adhuc tellure morari:
Aut dic ad ſuperos hinc mihi qua ſit iter.
Hinc eſt qđ raro miſero contingis amanti:
Cūque mea fiunt turbida mente freta.
Quid mihi:qđ lato n̄ ſeparor æquore ꝓdeſt:
Nō min⁹ hæc nobis tā breuis obſtat aqua.

VBER. ¶ ALiud lumen.ſ.qđ tu o Hero in turri tua mihi oſtēdis:uel lumen intelligit ipam amicā. QVO duce:quo regente me. NON erit in tenebris:non ignorabit iter. DVM.i.dūmodo. SPEctē hoc:lumen tuum. EAM:pro irem. COLchos & ultima ponti.i.etiā in extremas:aut periculoſiſſimas partes orbis. QVA.ſ.parte. PINus theſſala:nauis iaſonis. FECit iter.i.iuit.q.d.per Scyllā & Carybdin.ꝑ ſimplegadas &c. ET poſſum ſuperare palæmona iuuenē nādo.i.poſſum melius natare q̄ palæmon de⁹ maris:de quo talis hētur fabula. Iuno in genus Cadmi irata poſtq̄ de ſemele ſe ulta eſt:etiā Autonoen eius ſororē in penthei filii cædē impulit. Inonē quoq; aliā ſororē & Cadmi filiā in cladē deducere ſtatuit:cū igiĩ uideret eam & marito Athamāte:& duobus filiis felicē euocauit ex inferis Erynnī unā ex furiis:ꝑ quā ī furorē Athamanta cōuertit:nam ī eius pectus Serpētē ac uirus quo eius mens alienareĩ iniecit. Qui per inſaniā uxorē ferā credens inſecutus Learcum filium:quem illa ulnis geſtabat ſaxo illiſum pro fera interfecit. Quare uiſa Ino ſiue dolore filii ſiue ueneno furiæ cōcita ex ſcopulo ſe cum melicerta filio p̄cipitauit:qui Veneris p̄cibus a Neptuno excepti ſunt:& dii maris facti. Ino leucothoe a græcis diciĩ:a latinis Matuta:ut Ouidius in faſtis dixit. Leucothoe graiis:matuta uocabere noſtris. Melicerta uero portunus latine:græce palæmon dicitur:quem nūc intelligit. QVEm herba mira reddidit deū:Glaucū ſignificat:q cum piſcator eēt apud Anthedonē Euboicā:& piſces in littore poſitos guſtata quadam herba in mare reſiliiſſe uidiſſet:& ipſe eius herbæ uim expiri decreuit:qua guſtata ſtatim ī mare ſaliit:& de⁹ factus ē.un̄ Ouidi.li.vii.meta. Carpſit & euboica uiuax Anthedone gramen. Nondum uulgati mutato corpore Glauci. Idem libro.viii. Ecce fretū ſcindens alti nouus incola pōti Nup in Euboica uerſis anthedone mēbris Glaucus adeſt.dicit igiĩ Leander dūmō ſpectet amicā ſuā ſe poſſe ſuperare nādo palæmona & Glaucū deos maris. LANguent:debilitantur cadūt. COLla tenēda.i.amplectenda. PREciū nō uile laboris:quæ remuneratio ueſtri laboris erit digna. VALēt:recipiūt uires. AD ſua p̄mia.i.ad te quæ es p̄mia ipſorum. VT celer:cōparatio celeritatis:ideſt ſicut equ⁹ in olympiaco certamine celeriter ex carceribus exiit. CARcere:ī proprie pro carceribus:nam carcer eſt locus reoꝝ:carceres un̄ equi emittunĩ ad currēdū. Horatius in primo ſermonū:ut cū carceribus ſe ſe effudere quadrigæ. HELeo carcere:Elis & piſa urbes arcadiæ:apud quas currulia certamina celebranĩ:& ideo dixit Heleo carcere. Virg.iii.geor. Seu quis ad Helei mœtas:& maxima cāpi Sudabit ſpatia. & Lucanus. Quantum clamore iuuatur Heleus Sonipes. SERuo:aſpicio. SEQuor te:magis q̄ ſidera. SED adhuc tellure morari:ſcilicet digna:& melius morari legitur q̄ moraris. AVT dic.i.aut ſi uis ire in cœlū:dic mihi quomō & ipſe poſſim illuc aſcēdere. HINc:ex hoc quod es digna cœlo. RARo contingis mihi amāti:raro poſſum tecū eſſe:quia digna & p̄tioſa difficile cōceduntĩ. CVMq; mea fiūt &c.i.turbor cū turbatur mare. QVID mihi:dicit qđ nō ꝓdeſt quod iſtud mare helleſpontiacum ſit tam ſtrictum:quia tam breuis maris aqua:non minus ei obſtat quam ſi eſſet mare latiſſimum. OBStat:affert impedimentum.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Nū malim dubito toto procul orbe remot9:
Cū domina lōge ſpem quoq; hēre meam.
Quo ꝓpius nūc es: flāma propiore caleſco:
Et res nō ſemp: ſpes mihi ſemper adeſt.
Pene manu: quod amo: tāta eſt uicinia: tāgo:
Sæpe: ſed heu lachrias hoc mihi pene mo
Velle qd ē alid fugiētia ꝓndere poma: (uet:
Spēque ſuo refugi fluminis ore ſequi.
Ergo ego te nūq̄: niſi cū uolet unda: tenebo:
Et me fœlicē nulla uidebit hyems.
Cūq; minus firmū nil ſit: quā uētus & undā:
In uentis & aqua ſpes mea ſemp erit.
Aeſtus adhuc tn̄ ē: qd cū mihi læſerit æquor
Pleias & artophilax oleniumque pecus.

ANTO. ¶ NVM mali du.uellē inqt in extremo orbe morari dūmō herūs cōſuetudine potirer. RES nō ſemp: potiundi deſiderii facultas. VELle qd eſt aliud: difficultatē auget ſimilitudine: ſum iqt tātalo ſimilis: ille ut Homerus ſcri. poma capiti iminētia: & aquā abluētē cōſpicat barbā. ET qa pu.fu.ſiti fameq; ꝑpetue uexatur. POMa: q̄ imminēt capiti. FLVminis refugi: ſperat undā deꝓhēdere: quæ ſequētē fugit. CVM uo.un.cū maris tranqllitas pſuaſerit. LABerit: fecerit ꝓcelloſum. PLEias: pleiades ſeptē ſūt q ortu & occaſu pluuias & tēpeſtates faciūt. ARTophilax: is ē Boetes iouis & caliſtus filius: licet hermippus tradat eē philomelū cereris & iaſonis filiū. xiiii. ſtellis effigiat: dictus arthophilax quod arethos cuſtodiat. OLEniūq; pecus: caprā amaltheā & ædos intelligit quos auriga humeris geſtat: quē ut Hyginus tradit Olenū nuncupatū fuiſſe Vulcāi filiū: & ex hoc duas nymphas natas: elicen & egen. quæ iouis fuerunt 'nutrices': a qbus duæ urbes nominatæ ſunt. Olenos in aulide helice in peloponeſſo de qbus apud Hyginū uaria proditur hiſtoria: tempeſtatem pluuiamq; faciūt: ſiue oriātur: ſiue ad oceanum properent.

VBER. ¶ NVM malim: an poti9 uelim. REMotus. ſeparatus. HABere ſpē meā lōge cum dn̄a. i. dubito an uelī eē lōge ab amica mea: & hēre ēt ſpē meā lōge cū ea: qa patiētius ferrē ſi nō poſtem ad eā uenire. PROpior: ꝓpinqor. ſ. amica ē. CALeſco: ardeo. FLAmma: igne: amore. Ter. Accede ad ignē hūc & caleſces plus ſatis. RES: cā amoris. i. ipa amica. NON ſem. ſubaudi adeſt. PEne: fere. TANgo manu: ꝓuerbialiter dixit. TANta ē uicinia: tāta ē ꝓximitas inter nos. HOC: ita eē ꝓpinquos: & nō poſſe ſimul eē. MOVet lachry. facit me flere. VEL qd eſt aliud: Cōparat ſe Tantalo: qui in mediis aqs apud inferos ſemp ſitit: neq; pōt bibere: & hēt poma ad eos: & nō pōt ea comedere: aut ore cōtingere. QVID eſt aliud. q. d. nihil: niſi qd mihi accidit qui propinquus amicæ meæ: ea tn̄ careo. FVGiētia: ab ore diſcedētia. SEQui ſpē flu. refu. i. ſequi ſpē aquæ fugiētis. Hora. in primo ſermonū. Tātalus a labiis ſitiens fugiētia captat Flumina. diximus hanc fabulā in epiſtola Paridis. ERGo: cū indignatiōe & dolore ꝓnūciandū eſt. NISi cū uolet. q. d. ſtabo ad arbitriū maris: & non uidebo te niſi cū mare uolet me ꝑmittere. NVLla hyems: nulla tēpeſtas & turbatio maris. VIDebit me felicē: uidebit me cū amica mea. CVMq; minus &c. i. ſpes mea erit ī rebus leuiſſimis: hoc ē in uento & aqua quibus dicit nihil eē infirmius. ADHuc: hactenus. QVID erit. q. d. multo maior tēpeſtas. CVM læſerit perturbauerit & cōmouerit. PLEias: aut ſingularē pro plurali poſuit. i. pleiades: qd ſignū eſt ante genua Tauri: qd ortu ſuo primæ nauigatiōis tp̄s oñdit: uñ dictæ ſunt a pleo. i. nauigio: aut qd magis placet. ſteropes: unius ex pleiadibus ſtellā intellexit: quæ ortu ſuo tēpeſtatē īducit. Oui. li. primo triſtiū. Sæpe ego nymboſis dubius iactabar ab hædis. Sæpe minax Steropes ſidere pōtus erat. Sed nō ſolū huius loci ſed & aliorū cā dicendū eſt aliqd de pleiadibus. Sūt enim quæ Atlātides dicunt filiæ Atlantis & pleiones in cœlū tranſlatæ quæ quidem faciunt ſignum: ut uoluit Seruius ante genua Tauri: quæ licet ſeptē fuiſſe dicant: tn̄ ut ſcribit Ouidius libro quarto faſtorū. ſex tantū apparent. dicit. n. pleiades incipient humeros releuare paternos. Quæ ſeptē dici: ſex tamen eē ſolēt. una appellata eſt Alcyone amata a Neptūno: ut in epiſtola ſequēti uidebimus: ex qua Neptūnus genuit Lycaona & Hyrieū patrē Orionis. Taygeta uero ex ioue pepit Lacedæmona: a quo Lacedæmon urbs dicta eſt. ex Tantalo peperit Nioben: quæ nupſit Amphioni regi Thebarū. Maia etiā a ioue cōpreſſa genuit Mercuriū Electra ex eodem ioue genuit Dardanum. ouidi. li. iiii. faſtorū. Dardanon Electra quis neſcit Atlātide natum. Scilicet electran concubuiſſe ioui. Sterope ex matre genuit oenomaum patrē Hyppodamiæ. Celeno a Neptūno amata eſt: ut etiam in ſequēti epiſtola patebit ex qua genuit Nycteum qui cum Nyctimene filia commixtus eſt. Merope ſola cū mortali concubuit. Nam ex Siſypho genuit Glaucum patrem Bellorophōtæ. ouidi. Septima mortali merope tibi ſiſyphe nupſit. Pœnitet & facti ſola pudore latet. De pleiadibus hæc nunc ſufficiant. Pleias autem hic intelligitur ut diximus ſydus Steropes tēpeſtuoſum. ARCtophylax: Stella eſt quæ & Bootes dicitur: ideſt bubulcus quæ & tēpeſtuoſa eſt. latine poteſt dici cuſtos urſæ. OLEniumq; pecus: ſcribit Strabo Aegas duas eſſe: unam in Euboea: Alteram in Achaia diciq; & Aegam & Aegas: in quo loco iouem a Capra lactis alimenta ſuſcepiſſe ſcribit: prope eſt olene: unde oleniam capellam dixere olenium igitur pecus poſſumus intelligere uel ſolum ſydus Capræ: qd eſt pluuiale. ut ouidius libro tertio metamorphoſeos. Addidici regimen dextra moderante carinæ Flectere: & oleniæ ſydus pluuiale capellæ: uel certe ſydus: & Capellæ & hædorum ſuorum: nam ob beneficium alimenti a ioue in cœlum cum hædis ſuis tranſlata eſt: ex quibus factum ſydus: quod nubes: pluuias & tempeſtates inducit: quod Virgilius oſtendit libro primo georgi. Præterea tā ſunt arcturi ſidera nobis Hædorūq; dies ſeruandi &c. & Manlius aſtronomicus libro primo. Hunc ſubeunt hædi claudentes ſidere pōtum Nubibus: & mundi nutrito rege Capella: dicit igitur Leander: ſi nunc ita turbatur mare: quid erit cum acceſſerint etiam ſidera: quæ natura ſua inducunt tempeſtates.



Aut ego nō noui: quā ſim temerarius: aut me
In freta non cautus tū quoq; mittet amor.
Neue putes id me: qd abeſt ꝑmittere tēpus:
Pignora polliciti non tibi tarda dabo.
Sit tumidū paucis ēt nūc noctibus æquor:
Ire per inuitas experiemur aquas.
Aut mihi continget fœlix audacia ſaluo:
Aut mors ſolliciti finis amoris erit.
Optabo tamē: ut partes expellar in illas:
Et teneāt portus naufraga mēbra tuos.
Flebis eni: tactuq; meum dignabere corpus:
Et mortis dices huic ego cauſa fui.
Scilicet interitus offenderis omine noſtri:
Litteraque inuiſa eſt hac mea parte tibi.
Deſine parte queri: ſed ut mare finiat iram:
Accedant quæſo fac tua uota meis.
Pace breui nobis op9 eſt: dū trāſferor iſtuc.
Cū tua contigero littora: ꝑſtet hyems.
Iſtic ē aptū noſtræ nauale carinæ:
Et melius nulla ſtat mea puppis aqua.
Illic me claudat boreas: ubi dulce morari ē:
Tūc piger ad nādū: tunc ego cautus ero.
Nec faciā ſurdis conuicia fluctibus ulla:
Triſte nataturo nec querar eē fretū.
Me pariter uēti teneāt: tenerique lacerti:
Per cauſas iſtic impediarque duas.
Cū patietur hyems: remis ego corporis utar:
Lumen in aſpectu tu modo ſemp habe.
Interea pro me ꝑnoctet epiſtola tecum:
Quā ꝑcor ut mima ꝓſequar ipſe mora.

¶ QVAM ſim temerarius: ſtatuit conſilium ab audacia: id erat ut in ſumma etiam tempeſtate nataret. ANTO. TVM quoque: his quoq; aduerſis ſideribus. PROmittere tempus: non putes me tranquillum tempus expectaturum. POLliciti: promiſſæ audaciæ. AVT mihi continget: aut moriar: aut per audaciam aduerſa numina ſuperabo: in illas ad quas natare conſtitui. NAVfraga membra: quæ naufragium fecerit: uaticinium de ſe eſt: nam cum tentaſſet per procellas natare ſubmerſus eſt. OMINe: hoc meo præſagio. INViſa: quoniam interitum mihi uaticinatur. ACCedant: conſentiant: cum meis uotis. PACe breui: exigui tēporis tranquillitate. PERſtet: inualeſcat tempeſtas. ISTIc: apud te. APTum nauale: tranſlatio ſumpta a nauigiis quæ in tēpeſtatibus a nauali clauduntur. NuLla aqua: nullo in loco libentius ſto quam tecum. TVNC: cum a te diſcedo. ERO cautus: fluctus uerebor. TRIſte: procelloſum. DVAS: & amplexus & uentos. REMis corporis brachia ſignificat: quorum ſignificatione ferebatur. LVMen habe: facem in turri erige. INTerea ſæuientibus ꝓcellis: pro Leandro epiſtolā teneas. QVAM ꝑcor deſiderio ſuo epiſtolā clauſit: ut quod maxime utriq; erat cariſſimū in animo legentis relinqueretur: nam quæ in fine ſunt: ideo uehementiora eſſe debēt: quoniam ueluti proximiora animo ſemper obiiciuntur ut adactis concitatus aculeis ardentius moueatur.

¶ AVT non noui quam ſim te: aut non noui temeritatem meam. AVT amor non cautus: qui facit hominem incautum. TVNC: cum ſupra dicta ſidera commouebunt mare. QVOD abeſt: quod eſt remotum. PIGNora: probationes: certa ſigna. POLlici. promiſſionis meæ. SIT tu. paucis &c. ideſt ſi aliquot noctibus duret hæc tempeſtas. ego experiar uenire inuitis aquis. AVT mihi: facit argumentum quod dicitur Dilema: quod utrinque concludit: & probat ſibi eſſe eundum. AVDacia fœlix: cui fortuna & dii fauebunt. SALuo: incolumi. AVT: alia pars: aut ſi moriar mors finiet ſollicitudines & moleſtias mei amoris. EXPellar: a fluctibus proiiciar. ILLas: ubi tu eris. NAVfraga membra: ideſt ego naufragus: & ſubmerſus. DIGnabere tactu: ideſt dignabere tāgere. CAVſa mortis: quia propter amorem meum auſus eſt tam turbidum mare ingredi. SCILicet: fingit Leander amicam ſuam non audire libenter malum omen de eius morte. INTeritus: mortis. ACCedant meis uotis: ideſt adiungantur: ut tu facias uota ſicut ego. PACe: tranquillitate maris. BREui: parui temporis. PERſtet: perſeueret: cū ero apud te. ISTic eſt: tranſlatio: ſicut naues bene ſunt: ubi habent portum: ita dicit ſe habere: nauale aptum ſuæ carinæ: ideſt amicam ſuam ſibi aptam: nauale intelligit amicam: carinam uero ſe ipſum: quia fungebatur officio carinæ: tunc cum natabat. CAVtus: quia non diſcedam a te: ut immittam me periculis. NEC faciam conuicia fluctibus: ideſt non incuſabo fluctus. SVRdis: non audientibus: ipſe ſupra. Surdior ille freto. & cætera. TRIſte: aſperum: aduerſum. NATaturo: mihi. PER duas cauſas: per uentos & lacertos tuos. REMis corporis: ideſt brachiis ad natandum utar loco remorum. IN Aſpectu: in turri: ut poſſit a me aſpici. PER noctet: uigilet. IPSe: ego. MINima mora: breui tempore.

In decimam octauā epiſtolam argumentum.

SEſton urbem Teopompus ſcribit fuiſſe paruā: ſed bene munitam: & quoniam anguſtiarū aditus principatum tenuit: urbium quæ in cheronneſſo ſunt omnium optimā dixerunt cheronneſſi ꝓmontoriū eſt maſtuſia: in cuius frōte ſygeū eſt: achiuorū ſtatio illic ꝓteſilai delubrū: & cinoſemæ: hoc ē heccubæ in canē uerſæ ſepulchrū uiſebat. Eſt ꝑterea turris ſeſto cōtigua: ubi Hero accēſas faces erigebat: quas ſequutus Leāder enataret: ſed cū ob tēpeſtatem dies aliquot natare ceſſaſſet accepta illius epiſtola reſpondet. Deſidiā interdū accuſat: interdū amoris ſuſpitionem ingerit: demum ſuadet ut non niſi tranquillo mari audeat enatare.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ANTO:

QVAm mihi miſiſti uerbis leandre ſalutě: priori epiſtolæ ſimile ē principiũ:utraq; enim ſalute miſſa expoſitoq; deſiderio amantis fauorē cõciliat. LONga mora eſt:auget deſiderium a temporis momēto:mora ꝗuis exigua: longa mihi uidetur. IGNE pari: æquo amoris ſtimulo uexamur. SED ſũ ti.ui.im. ſe maiorē pati in amore cruciatum a ſexu arguit:ſum inquit fœmina ideo ĩpar uiribus:hoc ē debilior. INgeniũ:ad reſiſtendũ cõſtãtius cor. INFirma:ĩbecillis ad tollerãdos effectus. VOS mõ uenãdo:a ſtudiorũ uarietate ꝓpoſitũ firmat. RVS geniale:uillas ad delectationē ornãdo:nã ut quiſq; erat laudatiſſimus:is agrũ colere cõſueuerat:ut ſcri.Cat. GENiale:amenũ aut cultura aut ſiluis inceditis:aut aquarũ ſcaturigie.POnitis,ſupatis. IN Varia mo.in uariis ſtudiis ĩmorãdo. FORa:cãæ foreſes. DONa palmæ.paleſtræ unctæ:q certabãt paleſtra oleo pfundebanť:iõ uncta pales a Papinio dr̃. DVCitis:captatis decipitis in uenando. HORa ſerior:tẽporis lõgitudo. DILuiť:multo uino pfuſi ſuperatis: non enim tẽpus uino:ſed homines diluunť. HIS ſummotis:cũ hæc ſtudia mihi non ſint. FAÇio:amo.



HERO LEANDRO.

QVam mihi miſiſti uerbis leãdre ſalutē
Vt poſſim miſſam rebus habere ueni.
Lõga mora ē nobis oĩs q̃ gaudia differt
Da ueniam faſſæ; non patienter amo.
Vrimur igne pari: ſed ſum tibi uirib9 impar:
Fortius ingenium ſuſpicor eſſe uiris.
Vt corpus teneris: ſic mens infirma puellis:
Deficiam: parui temporis adde moram.
Vos modo uenãdo: mõ rus geniale colẽdo:
Ponitis in uaria tẽpora longa mora.
Aut fora uos retinēt: aut unctæ dõa paleſtræ
Flectitis aut freno colla fugacis equi.
Nũc uolucrē laqueo: nũc piſcē ducitis hamo:
Diluitur poſito ſerior hora mero.
His mihi ſubmotis uel ſi minus acriter urar:
Quid faciã: ſupereſt p̃ter amare nihil.
Q d̃ ſupeſt facio: teq; o mea ſola uoluptas:
Plus quoq;: q̃ credi quod mihi poſſit; amo.

VBER.

QVAM mihi miſiſti.Hero epiſtolæ Leandri reſpõdens dicit ſe deteriore eſſe cõditiõe:q̃ ſit Leãder:qa & ſi pares ſũt amore:multis tñ de cauſis: ipſa minus põt amori reſiſtere:& oſtẽdit quã ſincero & continuo amore eũ amet:cũ dicit ſe cupidã:ut Leander ad ſe ueniat:hortať tñ ut diligẽter aduertat:ne ſe periculis obiiciat:ne ſi moriatur ſit ēt cauſa mortis ipſius:dicit autem ſe maxime terreri uiſo quodã qd̃ ei ĩ ſomnis apparuit de morte cuiuſdam Delphini harenæ illiſi & ſtatim mortui. REBus: effectu. OMNis mora:q̃libet tardatio tẽporis etiam breuis. EST longa:propter affectum tui: Virgilius in buccolicis.Si mihi non hæc lux toto iã longior anno.Horatius.Vt nox longa quibus mentiť amica. FASſæ:mihi confitenti amorem meum. VIRibus:robore animi ad reſiſtendũ amori. INgenium:naturã. VT Corpus:ſcientia phyſica:dicit enim ex imbecillitate corporis imbecillitatē quoq; animi fieri. DEFiciam:conſumar. VOs.ſ.uiri. PONitis,tẽpora longa in uaria mora.i.præteritis tempus uariis modis. MODo uenando:nam exercitium eſt uirile. MODo:interdum. GENiale:amœnum:plenum uoluptatis:nã Genius deus eſt naturæ:cui uoluptati operam dantes indulgere dicuntur.Perſius indulge Genio:carpamus dulcia:inde.Genialis uoluptuoſus dicitur.Virgilius inuitat Genialis hyems.Iuuenalis.Genialis agatur iſta dies. FOra:actiones cauſarum:quæ in foro aguntur. AVT dona:munera & exercitia. PALeſtræ:luctationis:ſunt autem hæc officia uirilia.Iuuenalis.Nunquid nos agimus cauſas ciuilia iura Nouimus:aut ullo ſtrepitu fora ueſtra mouemus fora ueſtra dixit:ideſt quæ uos uiri frequentare ſoletis. FLEctitis aut &c.ideſt aut exercemini equitando. FVGacis:uelocis optime currentis.Iuuenalis.cuius clara fuga ante alios.& primus in æquore puluis. DVCitis:capitis. DILuitur:madeſcit:temperatur. SERior hora:ideſt ſerum tempus. POSito mero:ideſt bibẽdo.ipſe in arte.Cura fugit multo diluiturq; mero. SEMotis:remotis. MINus:non. QVOd ſupeſt facio.i.amo.quod ſolum reſtat mihi faciendum. PLVs quoq;:ordo eſt:amo te pluſquam id:quod poſſit credi mihi.



ANTO.

AVT ego cum cara:Leandri mutatione quid ipſa itidem agit exponit. SVSurro:clam & uõce preſſa loquor. CORripio:habeo conuitia deteſtor. GRAuis unda:procella. SED te nolle uenire queror ĩgerit pellicis ſuſpitionē de qua aperte poſtmodũ loquetur. AMAntia lumina:amantis herus oculos. TREmulo:ſenili. IMPoſitas notas:impſſa ueſtigia. SCRibam tibi:tuæ epiſtolæ reſpondebo. VEStibus:Leandri ueſtes hero ſeruabat:quibus cum nataſſet utebatur. AQVa deſuper. SICubi nox facta eſt:deſcribit tempus:ut cõmiſerationē moueat. AMicior:gratior:qm̃ hoc tempore te natantem ſuſcipere:conſueui. EXHibuit mortalibus oſtentauit. SIGna notaq; uiæ:incenſam facem ſignificat: quam in ſumma turri erigere conſueuiſſe diximus: ut ad eam ſuum natatũ Leãder dirigeret: FALLimus moras:temporis longitudinem ſuperamus. ARTe fœminea:filando texendoq;. QVId loquar:ſermocinatiõe utitur: ipſa.n.rogat & reſpõdet. MEA gaudia:maiori affectu enũciatum eſt q̃ ſi meus leander diceret. OMnes:abydeni. SVOs ne ſui hoc facinus deprehendant. PALLAde:oliuo cuius tutelã hẽt pallas:natatores oleo diluunť:ne aquarũ frigiditate læſi neruí aut iuncturæ cohererẽt. ANNuit te iã natare capitis nutu concedere uidetur. NON noſtra quod oſcula curet:nõ enim ex cura noſtri amoris id concedit:ſed ſomno delinitum caput dum nutat nullis auditis uerbis annuere uideť. MOVet ad nutum impellit. OBRepens:nullo murmure ſerpens.

Aut ego cum chara de te nutrice ſuſurro:
Quæq; tuum miror cauſa moretur iter.
Aut mare ꝓſpiciens: odioſo cõcita uento
Corripio uerbis æquora ſæpe tuis.
Aut ubi ſæuiciē paulum grauis unda remiſit:
Poſſe quidem: ſed te nolle uenire queror.
Dũq; q̃ror; lachrymæ ꝑ amãtia lũina manãt:
Pollice quas tremulo conſcia ſiccat anus.
Sæpe tui ſpecto ſi ſint in littore paſſus:
Impoſitas tãquam ſeruet harena notas.
Vtq; rogē de te: & ſcribam tibi: ſiquis abydo
Venerit: aut quæro ſiquis abydon eat.
Quid referã: quotiẽs do ueſtib9 oſcula: q̃s tu
Helleſpontiaca ponis iturus aqua.
Sic ubi lux acta eſt: & noctis amicior hora:
Exhibuit pulſa ſydera clara die.
Protinus in ſumma uigilãtia lumina turre:
Ponimus aſſuetæ ſigna notamq; uiæ.
Tortaq; uerſato ducentes ſtamina fuſo:
Fœminea tardas fallimus arte moras.
Quid loquar interea tã lõgo tẽpore quæris:
Nil niſi leandri nomen in ore meo eſt.
Iamne putas exiſſe domo mea gaudia nutrix
An uigilant omnes; & timet ille ſuos:
Iam ne ſuis humeris illũ deponere ueſtes:
Tingere iã pingui pallade mẽbra putas.
Annuit illa fore: nõ noſtra quod oſcula curet
Sed mouet obrepẽs ſomnus anile caput.
Poſtq; moræ minimũ: iã certe nauigat iquã:
Lentaq; dimotis bracchia iactat aquis.

VBER.

AVT ego dicit quid agat interea dum durat tẽpeſtas aut enim loquitur de Leandro cum nutrice: aut in mare inuehitur ſicut & Leander. SVSurro ĩmurmuro:& clam demiſſeq; loquor. MORetur tardet. CORripio incuſo. POEne tuis quibus tu quoq; corripis. REMiſit diminuit. PAVlum ſæuitiæ.i.paulum perturbationis. CONſcia quæ nouit amorem meum. TREmulo propter ætatem anilem. NOTas ſigna ueſtigia pedum. ROGem interrogem. PONis pro deponis exuebat enim ſe cum erat nataturus:& relinquebat ueſtes apud Hero:quas dicit ſe ſæpe oſculari propter amorem ei9. LVX dies. ACTa p̃terita ſic:loquẽdo de te & oſculando ueſtes.HORa noctis amicior.i.gratior:ut ſupra alibi. Nox grata puellis:quarũ ſuppoſitus colla lacertus habet. EXHibuit oſtẽdit. SIGna notaſq; ephexegeſis ē nã nota idem eſt quod ſignum:legendum eſt autē ſigna notaſq; nõ aũt notaq; ſigna uiæ ut quidã male legunt. TORta ſtamina fila quæ nendo torquentur. FALlimus p̃terimus penelope.Nec mihi querẽti ſpatioſam fallere noctē. FOEminea arte nendo:quæ ars fœminarũ proprie eſt. QVæris.i.rogas & uis ſcire. IAM ne putas uerba Heroos ad nutricem:quibus interrogat:quid de Leandro putet. MEA gaudia meam uoluptatem, ſcilicet Leandrum. OMNes eius domeſtici. TIMet ſuos:ne uideant eum exeuntem domo. DEPonere ueſtes exuere ſe:ut natet huc. TINguere unguere. PALlade pingui ideſt oliuo poſuit autem inuentricem pro inuento.Nam pallas inuentrix fuit oliuæ:ut Virgilius in primo geor.oleæq; minerua inuentrix. Nam cum Neptunus & Minerua:ut fabulæ ferunt de imponendo nomine Athenis contenderent: placuit diis: ut eius nomine ciuitas appellaretur:qui munus melius mortalibus obtuliſſet: Neptunus percuſſo littore equum animal bellis aptum produxit:minerua iacta haſta oliuam creauit:quæ res eſt melior comprobata: & pacis inſigne:unde Athenas a nomine ſuo dixit:nam ipſa græce Athena dicitur. ANNuit nutu & motu capitis ſignificauit ita eſſe:ut petiueram. FERe temperamentum eſt ideſt fere annuit:& nutu affirmauit quod interrogaui:melius autem fere q̃ fore legitur:& ratione metri:& ratione ſenſus. nam fore ſemper ſignificat tempus futurum. NOStra oſcula noſtram uoluptatem. OBRepens latenter adueniens. Ci.in CATOne maiore de ſenectute:eam obrepere aiunt citiuſq; putaſſent.MOVet caput anile facit eam annuere dormientes enim aut iam declinantes ad ſomnum:ita ſolent mouere caput:ut uideantur annuere loquentibus cum eis. POST minimum moræ ideſt poſt minimum ſpatium poſt quam ſupradicta dixi:

Paucaq; cũ tacta perfeci ſtamina terra:
An medio poſſis quærimus eſſe freto.
Et mõ ꝓſpicimus: timida mõ uoce precamur
Vt tibi det faciles utilis aura uias.
Auribus interdũ uoces captamus: & omnẽ:
Aduentus ſtrepitũ credimus eſſe tui.
Sic ubi deceptæ pars ẽ mihi maxima noctis:
Acta: ſubit furtim lumina feſſa ſopor.
Forſitan inuitus mecũ tam̃ iprobe dormis:
Et quãuis nõ uis ipſe uenire: uenis.
Nã mõ te uideor ꝓpe iã ſpectare natantẽ:
Brachia nũc humeris humida ferre meis.
Nũc dare quæ ſoleo madidis uelamia mẽbris
Pectora nũc iuncto noſtra fouere ſinu.
Multaq; præterea lingua reticenda modeſta:
Quæ feciſſe iuuat: facta referre pudet.
Me miſerã breuis ẽ hæc: & nõ uera uoluptas:
Nã tu cũ ſomno ſemper abire ſoles.
Firmius o cupidi tandẽ coeamus amantes:
Ne careant uera gaudia noſtra fide.
Cur ego tot uiduas exegi frigida noctes:
Cur totiens a me lente natator abes.
Eſt mare: confiteor: nõdũ tractabile nanti:
Nocte ſed heſterna lenior aura fuit.
Cur ea ꝑterita eſt: cur nõ uentura timebas:
Tam bõa cur periit: nec tibi rapta uia eſt.
Protinus ut ſimilis detur tibi copia curſus:
Hoc melior certe quo prior illa fuit.
At cito mutata eſt iactati forma profundi:
Tẽpore: cũ properas: ſæpe miore uenis.
Hic puto deprehẽſus nil qđ querereris hẽres
Meq; tibi amplexo nulla noceret hyems.

ANTO. ¶ CONtracta terra: ab opere moræ exiguitatẽ oſtendit cũ ꝓduxi filiũ i terrã uſq; exquo ſcepiſſe natare diximus. PROſpicimus e ſpeculo mare longius ſpectamus. CAptamus ſubauſcultamus. VOCes nocturna murmura. Deceptæ qm̃ tuo aduentu: ut putarã priuata ſum. INVitus: qa licet nõ uenire decreueris: ſomnia te mihi reduxerunt. HVMida recenti natatione perfuſa. VELamina: ueſtes qbus tua foueres mẽbra. FOVere aquæ rigore releuare. Multaq; ꝑterea: honeſtius quæ præ pudore erant: tacẽda ſignificauit. Hæc quæ ſomno captatur: idem locus i ſappho: cũ dixit: ſed nõ longa ſatis gaudia ſomnus habet. FIR mius: abſq; ſomniorum falſitate. CVR ego tot uiduas: peracta demonſtratione ad quærelas redit. Prima ſumitur a tẽporis diuturnitate: unde leãdrũ ſegnitiæ arguit qđ nõ natarit. FRIgida ſine Leãdro. LENte: deſes i amore. CONfiteor diluit illud leandri: ipſa uides cœlum pice nigrius. LEVior aura: uẽtus ſedacior. EA ꝑterita: cur ꝑterriit eius temporis occaſio: ut ad me nõ natares. VENtura quæ poterant eſſe deteriora. TAM bona: nox ad nauigandũ commoda. SIMilis copia: eadẽ natandi oportunitas. MELior gratior. Nã ſi prima occaſio ꝑtereat: eadẽ minus habebit gratiæ ſi redierit. AT Cito mutata eſt cũ ſtomacho Leandri uerba obiectat. TEMpore minore: qm̃ ꝑteriit tẽporis pars: quare aſſiduo natandum eſt ut momenta quidẽ tpis ꝑdenda: nã quottidie minus tẽpus relinqtur. HIC puto deprenſus: hoc leandri eſt: cũ dixit: Cũ tua cõtingã littora ꝑſtet hyems.

VBER. ¶ TERra tacta. i. ſtamina ita longa: ut fuſus tangat terrã. CAPtamus uoces. i. auſcultamus an aliquam uocẽ audiamus. STRepitũ ſonitum. VBi poſtq̃. MAXima pars noctis eſt acta. i. præterita ſic cogitãdo: & interrogando de te. FVRtim latenter. SVBit ingreditur. LVMina feſſa oculos meos fatigatos nimium in uigilãdo. DORmis mecũ. ſ. & i ſomnis uel cogitatione. IMProbe contumelia eſt apta amantibus: VENis qa ſomnio te uenire. VIdeor ſcilicet mihi exiſtimo. VELamina ueſtes. MEMbris madidis tuo corpori madido ſic enim ipſe Leãder dixit Deq; tuis demptos humeris mihi tradis amictus. NVnc interdũ. FOVere calefacere. NOStra pectora ut ipſe. Excipis amplexu. RETicẽda modeſta non dicenda ut ipſe etiã Leander. Cætera nox: & nos: & turris conſcia nouit. PVDet referre facta. i. pudet me dicere ea eẽ facta a nobis: quæ tam̃ iuuat feciſſe & bene oſtendit multa inter amantes fieri: quæ honeſte referri nõ poſſunt. HAEC uoluptas ſomnii: & breuis eſt: quia cito abit: & non uera: qa deludit me: ſomnia. n. imitanẗ uoluptates: ſed parum durant: Biblis apud ouid. li. viiii. met. Gaudia quanta tuli: quam me manifeſta libido Contigit: ut iacui totis reſoluta medullis. Vt meminiſſe iuuat: quãuis breuis illa uoluptas. Noxq; fuit ꝑceps: & cœptis inuida noſtris: O. i. utinam. COEamus coniũgamur. FIRmius q̃ p ſomnum. VERa fide uero effectu. i. ut poſſint credi uera. FRIgida ſola ut Penolope. Non ego deſerto iacuiſſem frigida lecto. LENte tarde. ABES es abſens & remotus. EST mare ponit reſpõſionẽ quã poſſet facere Leander: & quã iã fecit. TRActabile aſperũ inacceſſibile. HESterna herina. LENior mitior quã nũc. EA aura leuis. CVR ẽ ꝑterita cur omiſſa: quare nõ ea uſus es: uel ea. ſ. nox i qua fuit aura lenior. VENtura tpa qa poſſet diceř expectabam etiã meliora tẽpora: dicit qđ time e debuiſſet: ne peiora uenirẽt. VIA cõmoditas uiæ. CVR periit: cur omiſſa ẽ. VT quãuis. COpia facultas. SIMilis curſus ſimilis natationis. DETur contingat tibi illa cõmoditas ꝑterita. FVIT hoc. i. tãto uel eo melior. QVo fuit prior id eſt quo añcedebat: nã celeritatis uoluptatum magna ẽ gratia. AT Cito alia obiectio parũ ings durauit illa lenitas auræ & maris q̃ fuit nocte ꝑterita: & cito mutata eſt. TEMpore rñſio Heroos ad hãc obiectionẽ: dicit cũ tu uis cito uenire ſæpe uenis breuiori tpe: q̃ fuit illud: ita qđ potuiſſes uẽire p id ſpatiũ quo durauit illa trãquillitas. DEꝑhenſus tẽpeſtate detẽtus ne poſſes redire deꝑhendi ꝓprie dicunẗ nautæ tẽpeſtate ipediti. Virg. i. v. æñ. Hũc ego getulis agerẽ ſi ſyrtibus exul. Argolico ue mari depræhenſus: & urbe Micenæ: NOCeret diſpliceret eẽt ingrata tibi.



Certe ego tũc uẽtos audirem læta ſonantes:
Et nũquam placidas eſſe precarer aquas.
Quid tamen euenit: cur ſis metuẽtior undæ:
Contẽptumq; prius: nũc uereare fretum.
Nã memini tũ te ſæuũ ueniẽte minaxque:
Non mius aut multo nõ mius æquor erat
Cum tibi clamabã: ſic tu temerarius eſto:
Ne miſeræ uirtus ſit tua flenda mihi.
Vñ nouus timor hic: quoq; illa audacia fugit
Magnus ubi eſt ſpretis ille natator aquis.
Sis tñ hoc potius: quã quod prius eẽ ſolebas
Et facias placidũ per mare tutus iter.
Dũmõ ſis idẽ: dum ſic ut ſcribis amemur:
Flammaque nõ fiat frigidus illa cinis.
Nõ ego tã uẽtos timeo mea uota morantes:
Quam ſimilis uẽto ne tuus erret amor.
Et ne ſim tanti: ſuperentq; pericula cauſam:
Et uideat merces eſſe labore minor.
Interdum metuo: patria ne lædat: & impar:
Dicar abydeno ſeſta puella toro.
Ferre tamen poſſum patientius oia: quam ſi
Ocia neſcio qua pellice captus agas.
In tua ſi ueniant alieni colla lacerti:
Sitque nouus noſtri finis amoris amor.
Ah potius peream q̃ crimine uulnerer iſto:
Fataque ſint culpa noſtra priora tua.
Nec quia uẽturi dederis mihi ſigna doloris
Hæc loquor: aut fama ſollicitata noua.
Omnia ſed uereor: qs enim ſecutus amauit:
Cogit & abſentes multa timere locus.

ANTO. ¶ TVM: cum adeſſes. QVOD tamen euenit: locus eſt q dicitẗ prætet ſpem. Quid accidit ut mare quod contemnebas: iam timeas: quod nũquam ſperaſſem. NON multo minus ſæuũ: nõ erat minus procelloſum quam nunc: cum olim ad me nauigares: hæc omnia ſunt ſuſpitionis ſemina: ne ob aliã fuerit deſtituta. CLAmabam tibi: te obiurgabam. VIRtus natandi audacia. Vnde ad alienum amorẽ reſpicit times qa mei oblitus aliam amas. ILLE magnus natator: admiratio hæc ſuſpitionem alienati amoris auget. HOC timidus. Quã quod. PRIVſq̃ temerarius & audax adhortatio eſt ad ſalutem. ET Facis iter: nõ natas niſi tranquillo mari. SIS idem: in amore ꝑſtes. FLAmma: amor priſtinus. FRIGidus cinis: tranſlatio a langueſcente igne qui in cinerem euaneſcit. NON ego tam uẽtos: quicquid in occulta ſuſpitione erat aperit. MEa uota: quibus te natare opto. ERRet: a me deſiſtat NE Sim tãti apđ te mĩoris ſim quã picula. CAVſã q̃ te ad natãdũ ipellit. MERces: materia uilior uideaẗ q̃ tua picula. PATria qm̃ aſiana ſim & barbara. IMPar indigna tuo cõiugio. OMNia omnes quæ te remorantur cauſæ. NEScio qua pellice: id mihi deteſtabile uidetur ſi alieno amore detentus negligis. Iſto criẽ: ut me deſerta aliam ames. FATa mors præcedat mea crudele hoc facinus. VENturi doloris: fatetur coniecturam nullis ſignis ꝓbari poſſe: adeo ut rumore etiã careat. Sed tãtum arguit a conſuetudine amantiũ qui timent oia quã a loco firmat. SECurus ſine timore amat nemo. LOCus diſtantia noſtra auget timorem.

VBER. ¶ TVM cum eẽs hic mecũ. SONantes ſtridẽtes murmurantes. AQVas maris nunq̃ eẽ placidas nunq̃ eẽ tranquillas: ut nũquã poſſes a me diſcedeř. QVID tñ ſuſpicatur Hero: ne Leander metuerit natare: quia aut minus eã amet: aut alii amori fortaſſe indulgeat. VNDæ maris. CONtẽptum a te nõ formidatum. Iuuenalis contẽpſit pelagus. PRius ante: cum ad me ſæpe nataſti. NAM memini dicit eum nataſſe alias ad ſe: cum mare nõ erat multo minus turbatũ quã nũc: ordo eſt. NAM memini cum te ueniente ideſt natante ad me æquor erat nõ minus ſæuũ & minax ſcilicet quã nunc. AVT nõ multo correctio eſt exornatio rhetorica. i. ſi erat minus ſæuum: nõ erat multominus. SIC temerarius ſic audax. TVA uirtus tua animoſitas. VNde ex qua cã. NOVus inſolitus. QVoq; duæ dictiones ſunt ideſt & quo fugit illa audacia: quã ãtea habebas. ILLE natator ille Leander: qui nõ timebat maris pericula. SIS tñ hoc. ſ. timidus. QVAm quod ſol. eẽ. ſ. audax. PLAcidũ tranquillũ. DVmmodo ſis idem dummodo perſeueres in amore noſtro: & ſis idem amator meus qui ſolebas eẽ. ILLA flama ille ignis tui amoris. NON fiat frigidus cinis nõ extinguatur: & eſt tranſlatio ab igni: qui extinctus fit cinis: MORantes tardantes. MEA uota meũ deſiderium aduentus tui. SIMilis uento incõſtans. ERRet uageř: & a me ad aliã tranſeat. NE Nunc ſi tãti ſic legendum eſt. i. timeo: ne nunc me tanti nõ eſtimes: ut putes per tanta pericula ad me ueniendũ. ET Ne pericula ſuperent cauſã. i. pluris facias pericula q̃ me quæ ſum cauſa periculorum & ne uidear eſſe merces minor labore. i. præmium minus q̃ ſit labor tuus. i. ut nõ uideat tibi ſatis digna: quã tanto labore natandi petas. NE Lædar patria. i. ne noceat mihi iparitas patriæ. NE Ego ſeſta. i. ex ſeſto. DICar impar inæqualis. VIRo abydeno. i. tibi q es ex Abydo: quæ eſt clarior mea ſeſto. OMNia quæ te morentur. PATientius melius q̃ ſi tu captus. NEScio qua. i. aliqua. PELLice concubina. AGAs ocia. i. moreris & ceſſes. IN Tua ſub audi quã. SI Alieni lacerti. i. alius mulieris: VEniant in tua colla te amplectanẗ. NOVus amor. alius puellæ. SIT finis noſtri. i. expellat noſtrum. i. ne incipiens aliam amare me omittãs. VVLnerer lædar: & accipiam dolorem translatio eſt: nam uulnus pro dolore ponitur. Virgilius ſeruans ſub pectore uulnus. ISTO crimine iſta tua culpa. FATa noſtra ideſt noſtra mors. SINt priora tua culpa ideſt antecedat culpam tuam ided utinã moriar: prius quam hoc facias. NEC quia dicit ſe nõ hæc dicere ideo quia aliquid de eo intellexerit: ſed propter amorem. AVT ſollicitata. i. incitata. NOVa fama nouo nuncio quod ames aliam. SECurus ſine cura & timore. nam Res eſt ſolliciti plena timoris amor. LOCus remotus.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

ANTO. ¶FOELices:alias acclamatione patos excitatur. PRæſentia:idem locus. Iuuat monet. VANa falſa. Iniuria:alieni amoris ſuſpicio. Incitat & morſus:me mordet & uexat. ERRor uterq̧:meus ob uanā ſuſpitionē aut tuus propter mutuū amorem. HIC in hac cā. SI Quam ſciero ſi aliam amaueris. SI Mea fata petis:ſi me mori coegeris. SED neq̧ peccabis cum anceps fluctuet:diluit iam ſuſpiciones referens cām deſidiæ in tempeſtatē. ISTIS his ſuſpitionibus. PVGnat hyems:obſtat tempeſtas. ME Miſeram:ꝑconqueſtionē firmat ꝓpoſitum. PLAnguntur:feriuntur:apud ſappho:mea pectora planxi. LATet dies:obſcurus eſt ſol qui diei eſt cauſa. MATer pia:nephelen intelligit Helles matrem quæ maris eſt nympha. NATA merſa:ſub merſa helle. FLEatur nec deerunt:philoſophi q dicūt pluuias eſſe deoꝝ lachrymas. VERſa nouerca. Ino athamantis uxor helles nouerca cum ſe in mare præcipitaſſet in maris numina tranſiit a græcis leuchotea nūcupata:latini matutā appellant quoniā matutino tempori præſit. Priuignæ:helle quā odiit:dicitur priuignus & priuigna. NON fauet:ſed aduerſus eſt. HAC ego lædar:præſagio utitur:nam cum cadauer leandri ad littus ſextium deiectū conſpicaretur:ſeipſam in mari ꝓcipitauit. Flāmaꝝ memor. NEPTūe tuaꝝ:apoſtrophe ad neptunum qua incuſat quod amātes fauore nō proſequatur cum ipſe amauerit. Tuaꝝ ſubeant tui amores. NVLLus erat uētis:ſi memoria colligeres amātes nō īpedires. Amymone hæc filia fuit danai:quā geſtantē urnam ut ſcribit Stra. ad fontem amymonem:qui eſt iuxta paludem lernam compreſſit:& ex ea nauplū genuit. Laudatiſſima forma tyro:Tyro ut Home. ſcr. ſalmonei filia fuit:enypeum fluuiū amauit:ī cuius ripis neptunus ī enypeū uerſus compreſſit:neleūq̧ & pellā ex illa filios uno ꝑtu ſuſcepit

Fœlices illas: ſua quas præſentia noſſe:
Crimina uera iuuat: falſa timere uetat.
Nos tam uana mouet: q̄ facta iniuria fallit:
Incitat & morſus error uterq̧ pares.
O utinam uenias: aut hic uentus ue pater ue:
Cauſaq̧ ſit certæ fœmina nulla moræ.
Q ꝺ ſi quā ſciero: moriar: mihi crede: dolēdo
Iamdudum peccas: ſi mea fata petis.
Sed neq̧ peccabis: fruſtraq̧ ego terreor iſtis
Q uoq̧ minus uenias: inuida pugnat hyēs.
Me miſerā quā o plangūtur littors fluctu:
Et latet obſcura condita nube dies.
Forſitan ad pontū mater pia uenerit helles:
Merſaq̧ turbatis nata fleatur aquis.
Aut mare ab inuiſo priuignæ nomie dictum:
Vexat in æquoreā uerſa nouerca deam:
Nō fauet: ut nūc ē: teneris locus iſte puellis:
Hac helle periit: hac ego lædor aqua.
At tibi flāmaꝝ memori neptūne tuarum:
Nullus erat uentis impediendus amor.
Si neq̧ amymone: nec laudatiſſima forma:
Criminis eſt tyro fabula uana tui.

VBER. ¶FOELices dicit fœlices illas eē:quæ ſunt ī eodē loco:ubi ſunt amatores ſui. SVA præſentia iuuat adiuuat. NOSSe uera crimina ideſt cognoſcere ueram culpam ſuoꝝ amatoꝝ. ET Vetat ſcilicet ſua præſentia. TIMere falſa quia quæ ſunt præſentes nō timent falſa crimina ſuoꝝ amatoꝝ uidēt enim quottidie quid agant: NOS dicit ſe ita timerē quod forraſſe nō facit Leander: q̄ nō intelligere qꝺ facit. INIVria falſa nō uera. TAM mouet. tam ſollicitat me:& turbat. QVAm facta fallit quam ea quā feciſti ignoratur a nobis. VTErq̧ error ignorantiæ:aut falſæ aut ueræ iniuriæ. PARes morſus pares curas:& cruciatus animo meo. HIC uentus qui nunc mouet mare. AVT pater tuus. SIT cauſa quare non uenias. QVOd quam rem.ſ. aliquam mulierem eſſe cauſam tuæ moræ. MORiar dolendo moriar dolore. IAM dudum ualde. Teren. Iam dudum illa te amat:uel iamdudū. Iam diu ex quo deſinis ad me natare. PEtis quæris. MEA fata meam mortem. SED neq̧ pec. dicit ſperare eum ꝑmanſuꝝ in amore:tardareq̧ ꝓp tempeſtatem maris. ME Miſerā narrat quā turbida ſit tēpeſtas. PLAngunt ꝑcutiūtur. DIES lux. LAtet condita nube. Virg. Eripiunt ſubito nubes cœlūq̧ diemq̧ Teucroꝝ ex oculis. FORſitan dicit hanc tēpeſtatem forſitā motā eē a Nephele matre helles:quæ uenerit ad mare:& fleat filiam ſuam. MATer helles. NEPhele ut dictū eſt in epiſtola Hypſiphyles ad Iaſona. NAta helle. FLEatur pro flet. AQVis roratis.i. effuſis alluſit aūt ad fabulā:qa Nephele dicitur eē mutata ī nubē:q effundit pluuias. AVt alia cauſa:quod Ino conuerſa ī deam maris noīe leucothoē ut ſupra dictū eſt:fortaſſe turbauit mare:qꝺ odit:qa noīatur a noīe priuignæ helles. PRiuignæ filiæ mariti ſui:ex priore uxore. NOVerca Ino. ISTe locus hic helleſpontus. VT Nunc eſt ideſt ita tumidus:ut nūc eſt. NON fauet puellis nō eſt puellis bonus. HAC helle periit ꝓbat qꝺ nō faueat puellis:quia prius nocuit helle:nunc aūt nocet ſibi. AT tibi conuertit Sermonē ad Neptunū dicens quod ipſe memor amoꝝ ſuoꝝ:nō deberet nunc aduerſari amantibus:& uentis impedire iter Leandro. FLAmarum amoꝝ. SI Neq̧ cōmemorat multas puellas amatas a Neptuno. SI pro ſiquidē. NEq̧ Amimone eſt uana fabula.i. falſa fama. TVI criminis tui amoris:& concubitus. Amimone una fuit ex filiabꝰ Danai fratris Aegypti:quā cū pater eius aquatū miſiſſet:& Satyrus uiſam īſequeretur:illa auxilium Neptuni implorauit:qui fugato Satyro eam compꝛ̃ſſit:ex qua genuit Nauplium patrem Palamedis. NEC tyro formoſiſſima fuit puella filia Salmonei:qui in Elide impauit:& quem Vir. in. vi. æñ. a Ioue fulminatum dicit:quæ Enipeum fluuiū q Alpheū ingreditur uæhementer amauit:ut poeta ait. ILLa nimis flagrans dilexit Enipea diuum:hæc poſtea a Neptuno murato in formam ipſius Enipei compreſſa eſt:ex qua genuit Neleum patrem Neſtoris:& Peliā:qui regnauit ī theſſalia unde ꝓpertius. Nō ſic hæmonio Salmonida mixtus Enipeo, Tænarius facili ꝓ̃ſſit amore deus:hæc poſtea nupſit Ericteo filio Aeoli ex quo filios procreauit.



¶LVCidaq̧ alcyone:alcyone una eſt ex pleiadibus ex atlante nata:quæ ex neptuno īreum peperit:ut ſcri. Hygi:Ciceq̧ & alimone nata:Iphimediā ſignificat cices:& alimonis filiā:qua aloeo nupſit:ut in odiſſea ſcr. home. iactauitq̧ ſe cum neptuno miſcuiſſe:& ex eo prolē inclitam otum & ephialtē ſuſcepiſſe. MEduſa:meduſam phorci filiā neptunus in tēplo mineruæ ſtuprauit:indignata dea crines in ſerpētes mutauit. Flauaq̧ laodicæ duas laodices fuiſſe compio:agamēnonis filiam:alterā priami quā neptunus amauit:cyenūq̧ filiū ſuſtulit:poſtea lycaoni thraciæ regi nupſit. CELæno:hæc eſt atlantis filia alcyones ſoror:una ex pleiadibus ex qua neptunū genuiſſe Hygi. ſcr. licum & nictea. Recepta cœlo:qm̄ ī cœlo obſtupri mercedē relata eſt. PLVres:ut helopen cærerem toſan amphitriē melanto lybiam perybeam. TVRbide nō turbiē legas:tu ſquit turbatus amantes uexare nō deberes LATo mari:ubi mare eſt ſpacioſum non in anguſtiis helleſpontiacis. MISce. confunde interturba TERRas duas:aſyam & europam. TOTis claſſibus:nauigioꝝ multitudini. ESSe trucē:ſæuire irā exercere. DEO pelagi:neptuno q imperiū habet maris. TERrere:mergere. VLYxe ſuſpecto:inuiſus neptuno ulyxes fuit ut apud ho. in primo hodiſſeæ li. mineruæ iuppiter exponit:quod poliphemi oculum terebrarit:neptunus ex thoſa forcinis filiis nō eſt inquit neptune ex ulyxis genere:ut tibi ſit leander inuiſus.

Lucidaque alcyone: cycæq̧: & alimone nata:
Et nōdum nexis angue meduſa comis.
Flauaque laodice: cœloque recepta celeno:
Et quaꝝ memini noia lecta mihi.
Has certe pluresq̧ canunt neptūne poetæ:
Molle latus lateri conſeruiſſe tuo.
Cur igitur totiens uires expertus amoris.
Aſſuetū nobis turbine claudis iter.
Parce ferox: latoque mari tua prælia miſce:
Seducit terras hæc breuis unda duas.
Te decet: aut magnas magnū iactare carias:
Aut etiam totis claſſibus eſſe trucem.
Turpe deo pelagi iuuenē terrere natantem:
Gloriaque ē ſtagno quolibet iſta minor.
Nobilis ille qdem ē: & clarus origne: ſed nō,
A tibi ſuſpecto duxit ulyxe genus.
Da ueniā: ſeruaq̧ duos: natat ille: ſed iiſdem:
Corpus leandri ſpes mea pendet aquis.

VBER. ¶ALCyone hæc nō fuit filia Aeoli:de qua in ꝓcedēti epiſtola dictum eſt:ſed ut alibi diximus una ex pleiadibus filia Atlantis ex qua neptunus genuit Lycaona:& Hyrieū patrē Orionis:licet de procreatione Orionis Seruius aliter dicat. LVCida qa in ſtellam cōuerſa eſt. Ceineq̧ & Euemōe nata quæ puellæ hæ fuerint:fateor me nōdum potuiſſe ꝑcipere:nā textus aput alios habet Ceine:apud alios Ceyce & Auemone:apud alios Auenone:apud alios Euemone:ita ut difficile ſit iudicare ueꝝ. Euemonē quidem ſcribit Strabo filiū fuiſſe Ormenii fratrē Amyntoris:& ex Euemone natū Eurypilū:ſed eius filiam uiciatam a Neptuno nō memini legere:neq̧ ouid. mentionē facit li. vi. met. ubi multas amicas Neptuni cōmemorat:uidetur tñ fuiſſe eius filia quam nunc a Neptuno amatā dicit. Ceine uero nō uiri ſed puellæ nomen eſt. ET Nōdum nexis & Meduſa comis nōdum nexis.i. nondū īplicitis. ANGue pro anguibus:& Meduſa nō fuit uana fabula tui crīs:cum nondū hēret comas ſerpentinas. hæc aūt filia fuit Phorci ex Cetho nympha:quæ cum Euryalen:& Stennio ſorores pulchritudine ſuparet. Neptuno & formæ & præcipue capilloꝝ ſpecie placuit:dum ſola in littore ſpatiaretur:quam fugientem inſecutus:tandem in templo Palladis dep̄hēdit:& comꝓ̃ſſit. Pallas indignata capillos eius quoꝝ pulchritudine Neptuno placuerat:in ſerpentes conuertit:reliqua quæ de Meduſa dicuntur uide apud ouid. li. vi. met. LAOdicæ duæ fuerunt hoc nomine dictæ una filia Agamēnonis & Clitemneſtræ:altera filia Priami:de qua nunc puto poetam intelligere:quod a Neptuno amata ſit. COELoq̧ recepta Celeno. Celeno hoc nomine appellata ē una ex Arpyis:ſed hæc de qua nunc poeta loquitur:una etiam fuit ex pleiadibus:ex qua Neptunus:ut in ꝓcedenti epiſtola diximus:genuit Nycteum patrem Nyctimenes:quæ cum patre cōmixta eſt. RECepta cœlo quia diximus has ſorores ī cœlum tranſlatas ſydus effeciſſe:qꝺ nauigationis initium ortu ſuo oſtendere ſolent. has latini appellant uergilias. ET Quaꝝ ſubaudi:& aliæ quaꝝ nomina memini eē lecta mihi nam alias amauit Neptunus:& comꝓ̃ſſit:ut Libyam filiam Epaphi ex qua genuit Buſyrin:& Peribeam nympham Eurymedontis filiam:ex qua genuit Nauſitheū patrem Alcinoi regis phæacum:amauit etiam Thooſani phorci filiam ex qua Polyphemum genuiſſe dicitur:& alias plurimas:& ideo dicit. POEte canunt narrant. HAS ſupra nominatas. ET Plures alias conſeruiſſe latus lateri tuo ideſt tecum cōmixtas eſſe:& concubuiſſe. TVRbine impetu uentorum Virgilius. Turbine corripuit ſcopuloq̧ infixit acuto. MISCe tua prælia mari lato ideſt oſtende uires tuas in mari lato & amplo:& non in hoc anguſto & ſtricto mari. SEDucit ſeparat. DVAS terras. Aſiam & Europam:ut diximus in argumento epiſtolæ. TOTis claſſibus multis nauibus congregatis. DEO pelagi tibi magno & potenti. IVVenem nā Leandrum non naui:ſed brachiis per mare euntem. ISTA gloria quā quæris in hoc breui mari turbando. EST Minor quolibet ſtagno ideſt eſt minor q̄ gloria:quā ī quolibet ſtagno & parua aqua poſſes habere. ILLE Leander. NOBilis & cla. orig.i. nobili genere ortus. SED non traxit genus ab Vlyxe ſuſpecto tibi ideſt inimico propterea quod ſcelere ulyxis periit palamedes nepos Neptuni:aut ut alii uolunt:propter pergama neptunia arte & dolis Vlyxis euerſa. DVOS Leandrum & me. NATat mari ſe credit. SED Corpus Leandri & ſpes mea pendet ex iiſdem aquis ideſt ſunt in eodem periculo legendum autem eſt corpus Leandri & ſpes mea:ut illa copula addatur. STEttuit & lumen ideſt lucerna fecit crepitum:& ſtridorem.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ANTO. ¶ INTerea:ex querimonia ad demonſtratioñe redit. DVM inquit:hæc querimur. PER ſtrepit:crepitat quod futuri ſucceſſus dat præſagia:& magicoꝝ obſeruatione aduentũ portẽdit. PROſpera ſigna.qm tuũ aduẽtum portendi iudicabamus.In fauſtos ignes:boni bona ominis gratia i ignẽ uina infundere conſueue-runt. ERImus plures:numeꝝ auget leander. IN Tua caſtra:tranſlatio a militibus q ordinem deſeruerũt redi inquit ad conſuetũ amorẽ. SOCii paris. MEDio toro:id accidit ſi ſoli dormiamus. AVSo:tuæ audaciæ. Tibullus dicit audendũ eſt:fortes adiuuat ipſa uenus. Sternet:leues faciet. Tutius quoniã puellis infenſum eſt. VECtis phryxo:exemplo monſtrat ſeuire in puellas helleſpontũ conſueuiſſe. FOEMina: helle. FORſitan ad reditũ:ſoluit φ leander facilio rem ſibi fore acceſſum q̃ reditũ dixit. ROBora:natandi uires. GEMini laboris:acceſſus & reditus. DIVerſi:e diuerſa patria.Illud iuliſſe oſcula. COGit amare:amoris modeſtias ſentiť:qm̃ ſeparat ne qui uiuat utrunq̃ detegať. TIMidus:honoris obſeruator. CEDere famæ:honorẽ contẽnere.RES pudor & amor nõ ueniunt in idẽ ut eſt apud. Sappho & in meta. NON bene iunguntur:nec ĩ una ſede morantur maieſtas & amor. QVID ſequar quid eſt futurum an cadat pudor uel amor. HOC pudor & reuerentia eſt intra decoꝝ. ILLE iuuat: amor ĩ delectatione eſt. VT Semel intrauit:ut malit reuerentiã deponere exẽplo inuitat. TVLit phaſida celeri puppe argo intelligit:quã a celeritate nũcupatam ſcrib. Higy.medeam rapuit ut diximus.

Interea lumenꝭ poſito nam ſcribimus illo;
 Stertuit:& nobis proſpera ſigna dedit.
Ecce meꝝ nutrix fauſtos diſtillat in ignes:
 Cras erimus plures iquit: & ipſa bibit.
Effice nos plures euicta p æquora uectus:
 O penitus toto corde recepte mihi:
In tua caſtra redi ſoci deſertor amoris:
 Ponuntur uiduo cur mea membra toro:
Quod timeas nõ ẽ: auſo uenus ipſa fauebit:
 Sternet & æquoreas æquore nata uias.
Ire libet medias ipſi mihi ſæpe per undas:
 Sed ſolet hoc maribus tutius eſſe fretum.
Nã cur hoc uectis phryxo phryxiq; ſorore:
 Sola dedit uaſtis fœmina nomen aquis:
Forſitã ad reditum metuis:ne robora deſint:
 Aut nequeas gemini ferre laboris onus.
At nos diuerſi mediũ coeamus in æquor:
 Obuiaq; in ſummis oſcula demus aquis.
Atq; ita quiſq; ſuas iteꝝ redeamus in urbes:
 Exiguũ:ſed plus quam nihil illud erit.
Vel pudor hic utinã: q nos tam cogit amare
 Vel timidus famæ cedere uellet amor.
Nũc male res iũctæ calor & ꝛuerẽtia pugnãt
 Quid ſeq̃r i dubio ẽ:hæc decet:ille iuuat.
Vt ſemel itrauit colcos pegaſeus iaſon:
 Impoſitam celeri phaſida puppe tulit.
Vt ſemel idæus lacedæmona uenit adulter:
 Cum præda rediit protinus ille ſua.

VBER. ¶ POSito nam ſcribimus illo parentheſis.i.ſcribimus ad lumen lucernæ. ECCE dicit nutricẽ quaſi libaminis & auſpicii cã inicere uinũ i ignẽ. FAVſtos bene auſpicatos felices a fauendo diciť fauſtus. INStillat infundit. PLVres quia accedet Leander. LAPſus tu celeriter progreſſus. PER æquora euicta tuis lacertis ſupata. EFFice nos plu.fac ut tu accedas numero noſtrũ. RECeptæ meo corde.i.ualde infixæ animo meo. DESertor derelictor detector tráſlatio a militibus qui a ducibus ſuis & ſociis deficiunt:q deſertores dicunť. MEDio toro quod ſolet facere aliquis cum eſt ſolus:nam qui cum alio dormit nõ in medio:ſed in parte lecti iacere ſolet. NON eſt quod timeas.i.nõ eſt timendũ. VENus ipſa dea amoris. AVSo uel tibi auſo natare uel auſo.i.audaciæ tuæ ut Tibullus audaces adiuuat ipſa Venus. NATa æquore.ſ.Venus. STERnet componet placabit Virg.& nunc omne tibi ſtratum ſilet æquor. IRE libet dicit quod ſæpe habet uoluntatem & appetitũ natãdi ad Leandrũ:niſi ſciret hoc mare nimis piculoſum puellis:quod patuit ex helle ſubmerſa. MARibus maſculis:NAM cur probat exemplo quod ſit tutius maſculis q̃ fœminis:Cur.n.inquit cũ phryxus & helle per hoc mare ueherenť ſola helle cecidit:& phryxus euaſit incolumis ordo.SOLA fœ.cur dedit nomen: VAStis aquis.i.mari. PHRyxo & helle uectis hoc ideſt cum ueherenť ut & qua uectus abas.i.uehebať. Nã latini participiũ præteriti imperfecti temporis a paſſiuo nõ habent:ſed utuntur participio pteriti perfecti.¶FOR ſitan obiectionẽ facit pro Leandro. ROBora uires. AD Reditũ ad reuertẽdũ in Abydon. GEMini laboris eundi & redeundi. AT Nos reſponſio.q.d.ſi hoc times natemus ambo & ĩ medio mari. COEamus: conueniãus. IN Summis aqs ĩ ſumitate aquaꝝ. ITA poſtq̃ coierius:& oſculati erimus qſq; ad ſu ur.tu Abidon.& ego Seſtõ. ILLud oſculari tantũ ĩ mediis aqs. EST exiguũ eſt puũ: SED erit pluſq̃ nihil.i.erit aliqd. VEL pu.hic utinã ſenſus eſt.utinã:uel pudor q̃ cogit nos amare ſic ita uæhementer:& occulte:uellet cedere amori. VEL amor timidus uellet cedere famæ.i.nõ timeret famã: neq; qd diceť de nobis. CALor amor.ET Reuerẽtia.i.uerecũdia. RES male iũctæ:qa ſunt cõtrariæ. PVgnãt ſunt inter ſe aduerſæ.IN Dubio eſt qd ſequar dubito qd agã an obſequar pudori:an amori. HAEC reuerẽtia. DECet honeſta eſt & affert laudẽ. ILLE.ſ.calor & amor. IVVat delectat. VT Semel dicit qd optaret fieri de ſe a.Leandro qd factũ eſt a Iaſone de Medea:q ut in Colchos delatus eſt; eam abduxit.PAGaſeus a Pagaſa oppido Theſſaliæ:inde ſinus pagaſeus:unde Iaſon in Colchos nauigaturus nauẽ ſoluiſſe diciť.PHAſida Medeã a phaſide colchoꝝ fluuio. TVLit abſtulit. ADVlter Idæus ponit aliud exemplum.Paris Troianus ab Ida monte phrygiæ. CVM ſua præda cum Helena dictum eſt in prima epiſtola.



ANTO. ¶ GRAue ſit puppibus:uitant nauigare ob tẽpeſtatẽ. SIC ſic:repetitiõe patos mouet:ea inquit moderatione neminus timeas undas q̃ contemnas. MERgunť naues:timorẽ exemplo auget. MITuunt:naufragiũ paſſi natant. EXItus hic:ut natẽt poſt naufragiũ. QVOd hortor:ideſt ut nõ niſi trãquillo freto ſe cõmittat Leander. QVId pauidũ:id erat ſubmerſi Leandri pſagiũ. IMAgine heſternæ noctis:deterret a ſõnis leandrũ:ne nataret. PLAcata:piata. MEIS ſacris:mactatis nigris hoſtiis:quæ in honorem proſerpinæ & orci mactabanť ad expianda ſomnia. DORmitãte:extincta. VERa ſomnia:Lucretius ex curis quibus fuimus intẽti fieri ſomnia exiſtimauit. Hypocrates:q̃ extrema nocte cõtingũt aliqd habẽt pſagii uidetur aſſerere:quod in bruto notauit Actius apud quẽ Targnius ſupbus ſe regno pelli ſõniauit. REmiſſis:laſſatis ſopore. PVLuino:dicimus etiã puluinar:eſt enim ſtratulum quod capiti ſubiicimus. NANtẽ delphina:a delphino recte ſumpſit auſpicium:qm̃ homini amicus eſt.Ply.quoq; tẽpeſtatẽ pſagire ſcribit:ſi tranquillo mari laſciuiant:ſi aquam ſpargũt:aut cõturbãt trãquillitatẽ. ILLiſit:cũ offẽſa in littus detulit. ID:qd ſomnia ꝓtẽdunt. SI Tibi non parcis:ſi tuũ cõtẽnis piculum. NVNq̃ erit ſoſpes:nõ uiuet niſi te uiuo. VICinæ pacis:proximæ tranqllitatis. IN Vndis fra.uẽtis agitatis. VIas placidas:nata cũ trãquillitas uiã facilem tibi præbuerit. NON ſunt nanti peruia:natare ob tempeſtatem non ſuadent. LENiat:leuet. MORas inuiſas:temporis diſpendium:quod odiſti.

Tu quã ſæpe petis:qd amas:tã ſæpe relinqs:
 Et quotiens graue ſit puppibus ire natas.
Sic tamẽ o iuuenis:tumidarũ uictor aquarũ:
 Sic facito ſpernas:ut uereare fretũ.
Arte laboratæ merguntť in æquore puppes:
 Tu tua plus remis brachia poſſe putas.
Qd cupis hoc nautæ metuũt leãdre natare:
 Exitus hic fractis puppibus eſſe ſolet.
Me miſerã cupio nõ pſuadere: quod hortor:
 Siſq; precor monitis fortior ipſe meis.
Dũ modo puenias:excuſſaq; ſæpe p undas:
 Iniicias humeris brachia laſſa meis.
Sed mihi cæruleas quotiẽs obuerſor ad ũdas:
 Neſcio quid pauidũ frigore pectus habet.
Nec min9 heſternæ cõfundor imagie noctis:
 Quamuis eſt ſacris illa placata meis.
Nãq; ſub aurora iam dormitante lucerna:
 Somnia quo cerni tempore uera ſolent.
Stamina de digitis cecidere ſopore remiſſis:
 Collaq; puluino noſtra ferenda dedi.
Hac ego uẽtoſas nantem delphina p undas:
 Cernere non dubia ſum mihi uiſa fide.
Quẽ poſtquã bibulis iniecit fluctus harẽis:
 Vnda ſimul miſerum uitaque deſeruit.
Quicqd id ẽ timeo:nec tu mea ſomnia ride:
 Nec niſi tranquillo brachia crede mari.
Si tibi non parcis:dilectæ parce puellæ:
 Quæ nunquã niſi te ſoſpite ſoſpes erit.
Spes tñ eſt fractis uicinæ pacis in undis:
 Tu placidas toto pectore ſcinde uias.
Interea quoniã nanti freta peruia non ſunt,
 Leniat inuiſas littera miſſa moras.

VBER ¶ QVã petis.i.me ad quã ſæpe uenis. QVod amas.i.quã amas. QVOtiẽs ſit graue pu.quotiẽs eſt piculoſum nauibus. IRE:p mare. SIC tñ:licet cõqueſta ſit:qd eã nõ abducat:hortať tñ eũ:ut ita ingrediatur mare:ut illud timeat.i.ut caute natet. VICtor:ſuperator natãdo. SIC ſic:cõduplicatio. VT Vereare:ut timeas. ARTe laboratæ:arguit a maiori:dicit.n.qd naues ualidiſſimæ & artificio factæ mergũť ab æquore ita turbato:q̃to ergo magis hoies. POSſe plus remis.i.habere maiorẽ uim ſuperandi aquas:q̃ hẽnt remi. QVOd cupis.ſ.natare. HIC exitus.ſ.natãdi p mare turbatũ. SOLet eſſe pu.fractis.i.ſolet eſſe:qñ neceſſitas cogit nauibus fractis. ME Miſerã:oſtẽditur incõſtãtia amantis.iã.n.icipit hortari:ut ueniat. NON pſuadere tibi quod hortor.i.cupio ut uerbis meis non credas: aut pareas:quibus te hortor:ne tali mari nates. FORtior:animoſior. MEIs monitis:quæ diſſuadent tibi natationẽ. EXCuſſa:cõmota. SED mihi:dicit ſe terreri quotiens aſpicit mare ita turbatũ. OBVerſor:permaneo:cõuerſor:ſed cõuerſor apd idoneos in uſu nõ repperi. NEScio qd pa.ordo ẽ. pectus pauidũ frigus.hẽt neſcio qd.i.timet.legitur etiam. Neſcio qui pauidũ pectora frigus habent: & idem eſt ſenſus.nam ex timore ſequitur frigus. Virgi.Extemplo Aeneæ ſoluuntur frigore membra. NEC minus:dicit ſe etiam terreri ſomnio:qd heſterna nocte ſomniauit. IMAgine:ſpecie: apparẽtia. nã ſõmia iania ſũt:ſed hñt imaginẽ reꝝ. ILLa:nox. PIAta:expiata:purgata:ſolebãt.n.ſõniãtes aliq̃ triſtia diis ſacrificare:ut amouerẽt illa triſtia. NAMq; ſub.dicit nũc Hero qd fuerit ſõniũ ſuũ.Exiſtimauit.n.in ſomniis circa aurorã ſe uidere Delphina nãtẽ p mare:ab undis ad litt9 expulſũ & illiſũ:& ſtati mortuũ:uereť igiť ne Leãder ſit ille delphin. SVB au.i.circa aurorã. IAM do.iã deficiẽte lumine:nã lucerna q̃ tota nocte fuit accẽſa adueniẽte aurora ſolet paulatĩ diminui:& deficere lumine. SOMnia quo cer.eo.n.tpe ſomnia ſolere cerni uera exiſtimãt:qa uidelicet ſtomachus nõ ſit uino ciboq; diſtẽtus:ſed purgatus:tunc.n.uera ſomniari putanť.uñ Perſi.ſomnia pituita q purgatiſſima mittũt & Dãtes poeta.Ma ſa preſſal matin del uer ſe ſogna. STAmina:fila. REMiſſis:reſolutis. SOPore:ſomno. FERẽda:ſuſtinenda. PVLuino:ceruicali. HIC: tũc. VENtoſas:uẽto turbidas. NON du.fi.i.manifeſte. ILLiſit:uiolẽter imiſit:& infixit. BIBulis ha.i.littori. VNDa ſi.mi.uitaq; deſeruit:remãſit in ſicco:& mortuus ẽ. QVICqd id eſt.i.qcquid hoc ſignificat. NEC ride:nec cõtẽne. CREde:cõmitte. SI Non parcis tibi.i.ſi nõ habes reſpectũ tui. DILectæ par.pu.ſ.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ANTO. In.xx.epiſtolam argumentū.



ARthemidorus ſcribit. Cæam inſulā unam ex cycladibus i ægeoeé:quā latini Cæan græci indruſam nūcuparūt: ut autor eſt Ply. hinc profectus Acontius ad Dianæ ſacra quæ deli ex uirginū conuentu celebrabātur in amorem uiſæ Cydippes excaluit nouā cōmentus fraudē in pomo hæc uel his ſimilia ſcripſit carmina. Me tibi nupturā fœlix eat omen aconti. Teſtor:quam colimus numina magna deæ. Id cum ſacra miniſtraret ante deæ ſimulachrum in ſinum puellæ proiecit quæ fraudis iſcia:cum imprudens litteras perlegeret ui ſa eſt ſe uxorem acontio paciſci. Nam quæ ante deos dicerentur in templo Deliæ Dianæ rata eſſe debere lex erat:poſt paulo cum pater ut pactus erat: alii deſponderet in febrem ardentiſſimam incidit ad eam ſcribit Acontius id peierationſe ſibi accidere:quoniam non impleſſet quæ diana præſente promiſerat:cum illa pactum coniugium uiſa ſit concuſſa coma probare perfidiamq; deam ulciſci uelle. Suadet demum priſtinas uires reſumere non poſſe:niſi ut ex pomo eſt ſollicita nuptiæ celebrarent.

PONE metum:nihil hic iterum iurabis amanti ut incipiētes decet:ab ea ordit parte:pq̄ maxime Cydippe hæſitare poterat: nam & alias captata fuerat:ſic Virgliana Dido:cū uidiſſet troianos maxime uereri incipit. Soluite corde metus teucri ſecludite curas. HIC:in epiſtola non uereare de coniugio:ut in pomo iurare. PROmiſſam te:tuum coniugium in Dianæ æde promiſiſſe. LANGuor:febris ægritudo. VLLA parte dolente: ſi qua pars doleat tui ego doleo. QVID pudor ſubit:cur te pudet. ANTE: quā legas epiſtolā. ERVbuiſſe:id ſignum eſt pudoris.

ACONTIVS CYDIPPAE.

POne metum; nihil hic iterum iurabis amanti:
Promiſſam ſatis eſt te ſemel eſſe mihi.
Perlege:diſcedat ſic corp ore languor ab iſto:
Qui meus eſt ulla parte dolēte dolor.
Quid pudor ante ſubit:nā ſicut i æde dianæ:
Suſpicor ingenuas erubuiſſe genas.

VBER. PONE metum:Cæos:ut Strabo ſcribit inſula fuit in mari Aegeo quaternas continens urbes:inde Tetrapolis uocata eſt. Ex hac inſula fuit Acontius iuuenis amore Cydippes puellæ uehementer accenſus:quā cū ob generis imparitatem non auderet aperte uxorem petere:inuenit uiam qua illam ſibi coniugio obligaret:Nam in pulcherrimo pomo ſcripſit hos uerſus Iuro tibi ſane per myſtica ſacra Dianæ:Me tibi uenturam comitem:ſponſamque futuram:& hoc pomum in templo Dianæ ad pedes Cydippes proiecit:quo accepto:illa legit uerſus:& inſcia iurauit: cum tamen propoſitum & intentionem non haberet iurandi:& promittendi Acontio:poſtea cum per parentes inſcios huius rei alii uiro deſponſata eſſet:ſubita febre correpta eſt:qua cum uehementer uexaretur:Acontius hac epiſtola conatur ei perſuadere hunc morbum a Diana immiſſum eſſe propter periurium:& fidem non obſeruatam:qua teſtata fuerat numen Dianæ ſe ſeruaturam. Adducit autem ei in odium eum cui poſtea deſponſata fuerat:dicens omnem ægritudinem:& periculum uitæ ei accidere illius cauſa:quem ſi dimiſerit:dicit quod liberabitur omni morbo:& ipſe conſecrabit in templo Dianæ pomum aureum:cum carmine:quod teſtabitur:quæ fuerant ſcripta in pomo lecto a Cydippe:omnia fuiſſe rata:& habuiſſe effectum. SED ne dubitet:ut iterum decipiatur epiſtola:ſicut decepta fuerat pomo:amouet ei metum:dicens ne timeat legere:quoniam nulla eſt hic fraus:neq; iuramentum. PONe metum:noli timere legere hanc epiſtolā. ITErum.ſecundo:ut ſemel iuraſti lectis uerſibus pomi. SAtis eſt.ſufficit te ſemel mihi promiſiſſe iurando. DIScedat:ſic adiurat eam:ut legat ſic.ſ.ſi legeris.languor.morbus.iſto.tuo:qui dolor eſt meus.me tangit ſcilicet.te ulla parte ideſt te habere dolorem in aliqua parte corporis. QVID pudor ante ſubit:ideſt cur pudet te.ſubit occurrit. nam ſuſpicor:ideſt puto.genas ingenuas:ſcilicet tuas quæ es ingenua & uerecunda.erubuiſſe.ruborem habuiſſe: ſicut in æde Dianæ:ſcilicet erubuerunt.æde:ideſt templo.



ANTO ℂ CONiugiū pactāq; fidē:ſuadet epiſtolā legi a pacto. CRimina:ſtupra:aut adulteria:& furtiuos concubitus. DEBitus:ex pacto legitimus. DEMptus fœtus:pomi periphraſis. ILLic:his uerbis. ID Quod opto:coniugiū ſignificat:quod pomū pertulit:hic locus ante me legentibus maximas peperit cōtētiones:nec iniuria.nam mirandū eſt quo pacto interp̄tari potuerūt:ſi ambigere interp̄tari eſt:in uetuſto enim & carie cōſumpto codice q̄ in oībus exēplaribus deerāt duo carmina hæc ſunt.Nil tibi cū uerbis excidit illa fides. Id metui ut diuæ diffuſa eſt ira decebat. ILLa fides:q̄ de cōiugio p̄ſente Diana dare uiſa es. EXCidit:obliuiōi mādata ē. ID Metui:ne & fidē datā:& uerba obliuiſcereris. DIFfuſa ē ira:diana indignata ē qm̄ ex lege pacta ſeruare cōtēpſiſti:inciderat enim in febrem Cydippe. DECebat te potius meminiſſe:q memor pacti:cuius oblita es:te febris ueluti piurā uexat.idē timeo ne oblita uerboꝝ pacta ſeruare cōtēnas. ILLVd idē:mei cōiugii cōtēpt⁹ ē timor. SPE quā de. ſpes in cā eſt p̄cipua ut amemus. TESte dea:dianā ſignat:in cuius æde in pomo:perlecta ſunt carīa. NOTauit:p̄terire nō pmiſit. TVLiſſe:hauſiſſe dicta:q̄ de cōiugio plegiſti. LICebit:diluit crimen a cā quā in amorem tranſfert. CONciliare:quoniā honeſta peto:unde tibi nullus querendi locus relinquitur. NON ego natura:recte naturam addidit ut & uerſutiā & calliditatē excluderet:illa enī a natura eſt:hæc ab uſu:ideo Cice.uerſutos appellari tradit quorum celeriter mēs uerſatur. Callidos uero quoꝝ tanq̄ manus opere:ſic animus uſu concalluit. SOLertem:induſtriū & ingenioſum. PROpertius:Ingeniū nobis ipſa puella fuit. COMpoſitis: apte iunctis.ē cōpoſitio uerboꝝ cōſtructio æqualiter ppolita. ARTe:dolo:dolos habebant uerba ī pomo pſcripta. FECi ſpon.te mihi deſpōdi nam uerba dicebant in nuptiis:quibus noui ſponſi iungebant:quæ cū oblique pnūciaſſet eques romanus multat⁹ ē:ut ſcri. Geli. IVRis amore uafer:amor ſuo iure me uafrū fecit. Vafros dicimus callidos: & quaſi ualde afros:quia ut ſcribit Ply.doloſi ſunt unde idē in præcone pomponius tergum inquit uariū:linguā uafrā. SIC fraus huic fa.no.crimen diluit ex loco:quē uiolētam diffinitionem dicimus VELle tenere:non eſt fraus uelle aſſeq qd̄ amaſti.

Cōiugium pactamq; fidem nō cria poſco:
Debitus ut coniunx:non ut adulter amo.
Verba licet repetas:q̄ dēpt⁹ ab arbore fœt⁹
Pertulit ad caſtas me iaciente manus.
Inuenies illic id te ſpondere:quod opto:
Ni tibi cum uerbis excidit illa fides.
Id metui:ut diuæ diffuſa eſt ira:decebat
Te potius uirgo quā meminiſſe deam.
Nūc quoq; idē tieo:ſed idē tamē acrius illud:
Aſſumpſit uires:auctaq; flāma mora eſt.
Quiq; fuit nunquā paruus uel tēpore lōgo:
Et ſpe:quā dederas tu mihi:creſcit amor.
Spē mihi tu dederas:me⁹ hic tibi credidit ardor:
Nō potes hoc fcm̄ teſte negare dea.
Me tibi nupturā:fœlix eat omen:aconti
Iuro:quam colimus numina magna deæ.
Adſuit:& præſens ut erat:tua uerba notauit:
Et uiſa eſt mota dicta tuliſſe coma.
Deceptam dicas noſtra te fraude licebit:
Dum fraudis noſtræ cauſa feratur amor.
Fraus mea quid petiit:niſi q tibi iūgerer uni:
Id me quod quereris conciliare poteſt.
Non ego natura:nec ſum tam callidus uſu:
Solertem tu me crede puella facis.
Te mihi cōpoſitis:ſi quid tn̄ egimus arte:
Aſtrinxit uerbis ingenioſus amor.
Dictatis ab eo feci ſponſalia uerbis:
Conſultoq; fui iuris amore uafer.
Sit fraus huic facto nomē:dicarq; doloſus:
Si tamē eſt:quod ames uelle tenere:dol⁹.

VBER. ℂ NON crimina:nō adulteriū:& dedecus tuum. LICet:licitū eſt tibi. REFeras.repetas.fœtus demptus ab arbore.i.pomū quod ē fœtus.i.fructus arboris. ILLic:in pomo. ID quod opto te poti⁹ meminiſſe.ſ.te futurā ſpōſam meā:quod uelim te potius meminiſſe q̄ deā.ſ.dianā:q memor illius pmiſſionis quā nō pſtas imittit tibi morbū. TIMeo idē.ne dea mēinerit pmiſſionis tuæ. ACRius:uehemētius:aſſumpſit uires:auctū ē.idē illud qd̄ timeo. FLāma:amor meus:amor q fuit paruus in pricipio.nō lōgo.i.breui tempore creuit ex ſpe quā tu dederas.ſ.iurādo te futurā ſpōſā meā. MEVs ard.cre.hoc.i.amor fecit me tibi hoc credere qd̄ promiſiſti. HOC factū:iuramentum. DEA teſte.i.diana p̄ſente & ſciente hoc. NOtauit.attendit.tuliſſe.accepiſſe. COma mota:capite moto in ſignū cōſentiētis. LICebit:erit tibi licitū & permittetur. FERatur:dicatur.i.dūmodo dicar tātūmodo propter amorē te accepiſſe. QVid petiit: qd uoluit.q.d.nihil aliud niſi qd̄ iūgerer tibi uni:niſi:ut eſſem cōiūx tui ſolius.cōciliare cōiūgere:& cōcordes reddere quod quereris. QVAM rē:tu quereris.i.hæc fraus:de qua tu quereris pōt nos conciliare:quia potes intelligere:quod fuit ſolū ex amore pōt.legendū eſt nō potes. CALlidus:aſtutus:uſu:experiētia:ſed propter amorem tuum:ideo dicit. TV Facis:me ſolertē.i.induſtriū:& ingenioſum. TE mihi:dicit qd̄ ſi aliquo artificio uiſus eſt uti ad eā decipiēdā:illud artificiū fuit amoris:qui dictauit ſibi. COMpoſitis:& artificioſis INGEnioſus:ab effectu. SPOnſalia:ſolēnia uerba nuptiarū:nam ſecundum iuriſconſultos. Sponſalia ſunt mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum.ab eo.ab amore. VAFer:callidus.aſtutus:quaſi ualde afer ut Nonio placet:conſulto:interrogato.mihi dante conſilium:nam conſultus dicitur qui conſulitur. cōſultor qui conſulit. SIT fraus:ordo eſt fraus ſit nomen huic facto.i.hoc factum nominetur fraus. SI Tamen:quaſi correctio.q.d.cum potius ſit uirtus q̄ dolus:uelle tenere quod amas.iterum.ſecundo.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ANTO. ¶ SINe fine:quia amabo ſemp. PETam:ero procus. PER gladios alii:a maiori cām ſuā honeſtā facit. Alii bello uxores ſibi pepererūt ego uero litteris id tempto. PLVres nodos:laqueos:metaphora a uenatoribus:qui feras laqueis captant. MILle modi:ad faciendum uiæ mille ſupſunt. INISto cliuo: elaboramus ad te fallendum:tranſlatio ab auriga:qui montem conſequi nititur. POSſis ne capi:meis fraudibus decipi. Plau.in amphitrione. Cur me captas carnifex:& in eadem fabula:tu me ſi impudentia captas non potes capere. EXITus eſt in diis:ſoli dii rerum euentum nouerunt. NON oīa retia:paratos dolos. ARTes:doli.

En iterū ſcribo:mittoq; rogantia uerba:
Altera fraus hæc eſt:quodq; queraris hēs.
Si noceo:q; amo:fateor:ſine fine nocebo:
Teq; petam:caueas tu licet:ipſe petam.
Per gladios alii placidas rapuere puellas:
Scripta mihi caute littera crimen erit.
Dii faciant poſſim plures imponere nodos:
Vt tua ſit nulla libera parte fides.
Mille modi reſtant:cliuo ſudamus in uno:
Ardor inexpertum nil ſinet eſſe meus.
Sit dubiū poſſis ne capi:captabere certe:
Exitus in diis eſt:tu capiere tamen.
Vt partē effugias:non omnia rætia falles:
Quæ tibi quā credis plura tetendit amor.
Si non proficient artes:ueniemus ad arma:
Inque tui cupido rapta ferere ſinu.
Nō ſum:qui ſoleā paridis reprendere factū:
Nec quē quā:qui uir poſſet ut eſſe fuit.
Nos quoq;:ſed taceo mors hui' pœna rapiæ
Vt ſit:erit quam te non habuiſſe minor.
Aut eſſes formoſa minus:peterere modeſte:
Audaces facie cogimur eſſe tua.
Tu facis hoc oculiq; tui:qbus ignea cedunt
Sydera:qui flammæ cauſa fuere meæ.
Hoc faciunt flaui crines:& eburnea ceruix:
Quasq; precor ueniant i mea colla man'.
Et decor & uultus ſine ruſticitate pudentes:
Et tethydis quales uix reor eſſe pedes.
Cætera ſi poſſem laudare:beatior eſſem:
Nec dubito totū quin tua pars ſit opus.
Hac ego cōpulſus:non eſt mirabile forma:
Si pignus uolui uocis habere tuæ.

NON ſum q ſoleā:exēplo audaciā ſuā cōmēdat. SED taceo:occupatiōe uolūtas eius uehementior effecta ē.Gratior inqt rapinæ tuæ grā mors erit:q̄ ſine te uiuere. TV facis hoc: deſcribit Cydippes formā q̄ dictiōis genus effectionē Cice.appellat. EBVR nea:candore & leuitate eboris. SINe ru. ea ē q̄ nihil ituet. TETHydis pedes:ex Home.hoc eſt:q argenteis pedibus Tethydē cōmēdat. CAEtera:q latent:nec eſt communis iudicii. PIGnus tuæ uocis:fidem & ſponſionem a te factam.

VBER. ¶ QVOd amo.i.quia amo te:uel quod.i.quia. SINe fine:perpetuo:& ſemper:quia nunquā deſinā te amare. PETā te:te optabo. LICet caueas:uītes:ne te petā. PER gladios:arguit a maiori ad minus:ſi enim licet aliis rapere puellas bello:& pugnare armis:ut eas habeant:dicit ſibi non fore crimē:ſi ſcriptis uoluerit puellam habere. PLAcitas puellas.i.amatas & quæ ſibi placuerint. PLVres nodos:plura uincula ad ligandū te mihi. LIBera:ſoluta:ſine obligatione. NVLla parte:ut nō poſſis effugere:qn ſis mea. IMLle modi ſcilicet capiendi. CLiuo ſudamus in uno.i.in uno tātūmodo laboro:eſt autem tranſlatio:nā cliuus dicitur aſcēſus ſiue mōticulus aliqs:ergo nos ſudamus.i.laboram' i uno cliuo:in una difficultate. ARDor &c.amor meus faciet me oīa expiri. SIT dubiū.i.etiam ſi ſit dubiū. EXItus:finis eſt in diis.i.du ſciūt finē. PAr tem:rætiū quæ tibi tendā. PLVra:rætia. ARtes: doli. ADarma:ad uim. RAPta:abducta puim. NON ſū:dicit ſibi placere eos q auſi ſūt rape eas quas amauerūt. FACtū:paridis:q Helenā rapuit NEC quēq̄ nā:nec aliquē aliū. QVI fuit uir:qui fortis & audax fuit:ut poſſet eē uir. NOS quoque deeſt uerbū.q.d.rapiemus te. MORS hui':occurrit obiectōi:qa poſſet dici fortaſſe īterficieris:ſi me rapueris.dicit ergo. MOrs:ut.i.quis ſit pœna huius rapinæ.i.de te. ERit minor.i.pœna:quā nō habuiſſe te:qa plus pœnæ mihi eēt non habere te:q̄ mori pp rapinā tui. AVTeſſes for.mi.i.ſi eēs minus pulchra:modeſte te peterē:nō autem ita ardēter & audacter. FACie:forma. TV Facis:cōmemorat partes pulchritudīs ipſi' Cydippes. IGnea aut ſplēdida:aut q ſecundū quoſdā philoſophos dicuntur eſſe ignea. CEdūt:ſunt inferiora. FLAMmæ amoris. FLAui.cri.pulchri.flauus aut color ut A.Gellius ſcribit:cōſtat ex albo uiridi & ruffo:unde dicimus flauas ſegetes:quando matureſcunt. EBurnea:candidiſſima quale eſt ebur. MANus formoſæ:quas precor ue. IN Mea colla.i.quas precor:ut me amplectant. PVDentes ſine ruſticitate.i.qui habent pudorem nō ruſticum:ſed ingenuum: Iuuenalis. Ingenui uultus puer:ingeniiq pudoris. QVAles:uix rear eſſe pedes thetidis.i.candidiſſimos:nā cū ſit dea maris:& aſſidue moretur in aquis:merito debet habere pedes albiſſimos. fuit autem filia Nerei mater Achillis:nam pro uxore Oceani Thetis ſic ſcribitur:& Thetyos facit:& habet primam longam. CAEtera.quæ latēt ſub ueſtibus. Ouidius primo meta. Si quæ latent meliora putat.poſſem laudare:ut pote a me uiſa uel tacta. NEC dubito.i.non dubito quin pulchritudo quæ eſt in una parte corporis ſit in toto. TVA pars:nō intelligamus obſcœne dictum de pudēdis:ut quidā male putāt:ſed ſic intelligendū non dubito quin totum opus tui corporis ſit tua pars.i.tale:qualis eſt pars tua:quæ apparet:uel oculi uel manus &c.uel ſic quin tua pars ſit totum opus.i.perfectum opus.i.non dubito quin pars reſpondeat toti operi. PIGnus:obligationem.



ANTO. ¶ INVIdiam patiar:oderint me ob hanc fraudem. PASſo ſua præmia:non magnifacio aliorum inuidiam:dummodo illius fructum feram. HEſionem thelamon:exēplo ſuum factum tuet quod conuenire non uidetur:nam illi uirtutis:hic fraudis præmiū cœperunt. HEſione:laomedōtis filia thelamoni data ē: quoniam primus pergama conſcendit. TENuabimus:minuemus. VTq; ſolent:ſuaſio eſt ſumpta ex loco qui dicitur:ut a conditione:non enim ſeruum:ſed ſeruo ſimilem ſe agere demonſtrat. IGNoras: neſcis quantum imperii in me habeas. MEO corpore:cum incuſſerit plagas. SED neque compedibus:quæ ſunt in ſeruo incommoda excludit:hoc inquit i me commodius habebis: quod abſque compedibus & catenis tibi fidem ſeruabo. SATiauerit:ultionem ſumpſerit. TAM bene qui ſeruit.patiēs adeo ſeruitium. REus agor abſens:accuſas me abſentem.

Deniq; dum captam tute cogare fateri:
Inſidiis eſto capta puella meis.
Inuidiam patiar:paſſo ſua præmia dentur:
Cur ſuus a tanto crimine fructus abeſt.
Heſionem thelamon:briſeida cœpit achilles:
Vtraque uictorem nempe ſecuta ſuum.
Quamlibet accuſes:& ſis irata licebit:
Irata liceat dum mihi poſſe frui.
Idē q facimus:factam tenuabimus iram:
Sit modo placādæ copia parua tui.
Ante tuos flentem liceat conſiſtere uultus:
Et liceat lachrymis addere uerba meis.
Vtq; ſolēt famuli:cū uerbera ſæua uerentur:
Tendere ſubmiſſas ſub tua crura manus.
Ignoras tua iura:uoca:cur arguor abſens:
Iam dudū dominæ more uenire iube.
Ipſa meos ſcindas licet imperioſa capillos:
Graq; ſint digitis liuida facta tuis.
Oia perpetiar:tantū fortaſſe timebo:
Corpore lædatur ne manus iſta meo.
Sed neq; cōpedibus nec me cōpeſce catenis:
Seruabor firmo uinctus amore tui.
Cū bene ſe quantūq; uolet ſatiauerit ira:
Ipſa tibi dices:q̄ patienter amat.
Ipſa tibi dices:cū uideris omnia ferre:
Tā bene qui ſeruit:ſeruiat iſte mihi.
Cur reus infelix abſens agor:& mea cum ſit
Optima:non ullo cauſa tuente:perit:
Hoc qd amor iuſſit ſcriptū ē:iniuria noſtri:
Quod de me ſolū nempe queraris habes:
Non meruit falli mecū quoq; delia: ſi non
Vis mihi promiſſum reddere:redde deæ.
Affuit:& uidit:cum tu decepta rubebas:
Et uocem memori condidit aure tuam.
Omnia re careant:nihil eſt uiolentius illa:
Cum ſua quæ nolit numina læſa uidet.
Teſtis erit calidonis aper nā ſcimus ut illo
Sit magis in natum ſæua reperta parens.

OPTima:quoniā p coniugio pugnabat.Nullo tuente abſq; alicuius patrocinio. HOC quod amor iuſſit:commoratur in eodem loco:& fatetur crimē quod in amore reiicit:ſcripſimus in pomo amoris iuſſu. INIVria noſtra:hæc iniuria ſolum mihi imputatur: & amor abſoluitur. DE Me ſolo:qui tibi iniuriam intuli:ſed diana non eſt in culpa. DElia:quæ in te nihil commiſit:recte eam abſoluit per ſonā in quā omne ius facti confert: & eius cauſa rem querit parci: quod & Virgiliana Dido facit: cum ait. NON ego cum danais:troianā excidere gentem: Aulidæ iuraui claſſemque ad pergama miſi. DECepta:uerbis in pomo ſcriptis capta. OMnia re careant:falſa ſint omnia:ſim falſus uates. NIHil eſt uiolentius illa:ſuaſio a dianæ auctoritate. NVMina læſa uidet:ſi qua parte ſuam maieſtatē immutari conſpicit. TESTis erit calidonys aper dianæ irā exemplo monſtrat.diximus aprum calidonyos uaſtaſſe agros a diana miſſum.diximus cōbuſto ſtipite Altheæ indignatione Meleagrum interiiſſe. Teſtis & acteon:ex ariſteo Cyrenes & apollinis filio:& autonoe Cadmi natum eſſe Actæonē Diodorus ſcribit: dianæ opera a ſuis eſt diſcerptus canibus cauſa uaria tradit:uel quod nudam deam ſe in fonte lauantē uiderit:uel quod illi in uenatu ſe præponeret:uel quod in montibus uirginis concubitum auſus eſt petere.

VBEB. ¶ QVAlibet.quātumuis. FRui te irata.i. hēre te ita iratā mihi. TEnuabimus.minuemus.ſit cōcedatur mihi p te. COpia.facultas. LICeat.permittatur:ut ueniam ad conſpectū tuū:& poſſim flendo te rogare. VTq; ſolent.ordo ē.& liceat mihi tēdere manus ſubmiſſas.i.humiles. SVB tua crura.i.ad tua genua.quod faciunt ſupplicantes.ut famuli cū uerentur.i.timent. VERba ſeuera.rigida.i.domino minantium eis. IGnoras tua iura.i.neſcis qd tibi liceat in me. VOca me.quia non debes dānare niſi citata parte. MOre dominæ. ſicut domina imperat famulo quia tibi parebo:ut famulus dominæ paret. SCIndas laceres licet inquit in me ſæuias & omnia aſpa facias,omnia patiar. TAntū ſolum modo. NE Manus iſta.i.tua.lædatur meo corpore.i.ne fortaſſe noceas tibi & lædas tuas me uerberando cōpedibus uinculis pedum. VINctus ligatus.q.d.tuus amor ſatis tenebit me. CVM bene hæc omnia dicit Acontius:ut flectat eius animū: IPSa.tu q ſeruit:q p̄ſtat ſeruitutē tā patiēter. AGor reus:utitur ſignate uerbis iuris:nā reus dr cōtra quē agit:etiam ſi nihil admiſerit. NON ullo.ideſt nullo. ſt iniuria noſtri.dicitur eſſe iniuria quam tibi Intuli. DELIA Diana a delo inſula. in qua & nata eſt & olebatur præcipue. redde deæ. quam teſtem adduxiſti. RVBEbas.cum ruborem præpudore uultu oſtendebas. VOcem tuam.uerba per quæ iuraſti. OMNia re careant.terret eam cōmemorans ei Dia.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

næ ſæuiciam in uindicãdo ſe.omnia auguria.de eius uiolentia. CAR eant re.i.effectu.i.utinam nihil mali tibi diuiné. melius legitur omina q̃ omnia. VIOlentius.ſæuius. ILLa Diana. Q VOd nolim.i.uide re quod tu læſeris eam: TRIſtis erit.adducit exépla. APER Calidonis.aper qué illa irata Oeneo ad ua ſtandum Calidoné immiſit:qa Oeneus cũ ſacrificaſſet aliis diis ſola Diana omiſſa:ut alibi pleni⁹ diximus illa Aprum q totã regioné uaſtaret immiſit.qui fuit cã mortis Meleagri:ut in eplã Deianiræ dixi. PARés Althea mater Meleagri. SIT reperta magis ſæua ĩ natum:quia cõſumpto torre in quo eius uita fataliter conſiſtebat:eum interemit:uel eius uitam diris imprecatiõibus execrata eſt.hanc fabulã diximus plene in epiſtola Briſeidis ſuper eum locũ.fratribus orba Deuouit nati ſpẽq; caputq; patens.

Teſtis & actæon:quoniã fera creditus illis:
  Ipſe dedit letho cũ quibus ante feras.
Q uæq; ſupba parẽs ſaxo per corpus aborto:
  Nũc quoq; migdõia flebilis aſtat humo.
Hei mihi cydippe timeo tibi dicere uerum:
  Ne uidear cauſa falſa monere mea.
Dicendũ tñ ẽ. hoc ẽ mihi crede:qd ægra:
  Ipſo nubendi tẽpore ſæpe iaces.
Conſulit ipſa tibi:neu ſis periura laborat:
  Et ſaluã ſalua te cupit eſſe fide.
Inde fit ut quotiens reſiſtere perfida tentas:
  Peccatum totiens corrigat illa tuum.
Parce mouere feros animoſæ uirgis arcus:
  Mitis adhuc fieri:ſi patiare:poteſt.
Parce pcor teneros corrũpere febrib⁹ artus:
  Seruetur facies iſta fruenda mihi.
Seruentur uultus ad noſtra incẽdia nati:
  Q uiq; ſubeſt niueo lenis in ore rubor.
Hoſtibus & ſi quis ne fias noſtra repugnat:
  Sic ſit:ut inualida te:ſolet eſſe mihi.
Torqueor ex æquo uel te nubente uel ægra:
  Dicere non poſſum quod minus eẽ uelim

ANTO. ℂILLis canes intelligit:qbus ipe multas feras truci darat. Q Væq; ſuperba parens:nioben ſignificat Tantali filiam:quæ cũ ex amphione iouis & anthiopes filios liberos duodecim:uel ut alii malunt q̃ttuordecim genuiſſet ſe latonæ fecunditate ꝑpoſuit diana & apollo latonæ filii ira perciti liberorum multitudinem ſagittis confecerũt. Nioben & amphionem lachrymantes uerterunt in ſaxum: & ad Sipilum migdoniæ montem pueris & puellis trucidatis cum ſeptem annos ſepultura carerent: iuppiter ut ſcribit homerus in ſaxum uertit. ADſtat flebilis: flet etiam nunc in ſaxum uerſa:nam ex eo ſaxo ĩ memoriam lachrymarum adhuc aqua ſcaturire traditur. FALſa monere:ſuaſionem hanc habere. N VBendi tempore:quotiens alii nubere temptas NEV ſis periura:ut promiſſa ſerues:quæ iureiurãdo ĩ eius æde firmaſti. PARce mouere feros:apoſtrophe ad dianam. VIRginis animoſæ:quoniã tuæ uoluntati audet obſiſtere. FACies:cydippes forma. HOſtibus & ſi quis:ita ſe habeant hoſtes dianæ ira:ut ego ſum:te cum uideo morbo cruciari. INValida te:cum tu non uales. TE Nubente:cum paras me relicto:alii nubere. Q Vod minus eſſe uelim:uel quod ægrotes:uel quod nubas utrũque eſt mihi æque moleſtum.

VBER. ℂTESTis & Acteon.Is filius fuit Ariſtei & Autonoes filiæ Cadmi:q cum uenatiõe delectaretur:ea feſſus cum ſiluam qetis gratia ingreſſus eſſet:forte uidit Dianam nudam cũ nymphis ſuis ſe lauantẽ: quæ audacia eius irritata ne id unq̃ eloq poſſet in Ceruum eum mutauit qui poſtea a canibus ſuis eũ uerum Ceruum credentibus dilaceratus eſt.ſcribitur hæc fabula plene ab Ouidius.li.iii.met.creditus fera.creditus Ceruus. ILLis.ſ.canibus:uel ſociis ſuis.cum quibus ante dedit leto feras ideſt cum quibus ante interfecerat feras. Q Væq; ſuperba parens.aliud exemplum. Niobes quæ Tantali & Taygetes Pleiados filia ſeptem filiorum totidemq; filiarum mater ex Amphione Thebano marito ſuo: cum ob alia.tum ob fœcunditatem filiorum inſolens:latonæ quæ duos tantum peperiſſet numen aſpernata eſt:& populum ſacrificare uolentem impiis uerbis deterrere auſa eſt. Quare Apollo & Diana latonæ matris iniuria moti: & eius precibus incitati nube tecti Thebas uenerunt: & Nioben uniuerſa prole ſagittis ſuis confoſſa priuauerunt: quæ dolore materno obſtupefacta in ſaxum conuerſa dicitur: & ut ſcribit Ouidius lib.vi.met.In patriam rapta eſt: ubi fixa cacumine montis Liquitur: & lachrymis etiam nunc marmora manant. MYgdonia regio eſt minoris Aſiæ: quæ & Bithynia dicitur. NVNC quoq; flebilis. quia: ut in methamorphoſi ſcriptum diximus. LAChrymis etiam nunc marmora manant: MONere falſa. DICere non uera. MEA cauſa.mea utilitate:ut facias quod peto. HOC tu mihi crede quod ægra.ordo eſt.o Cydippe quod tu iaces ſæpe ægra ipſo tempore nubendi: ipſa dea couſulit tibi ideſt facit utilitatem tuam. ET laborat ideſt curat. ne ſis periura. ne uioles fidem: quam promiſiſti: quia per iſtam ægritudinem monet te ut ſerues promiſſa. SALuam. incolumem. INDE fit.inde accidit: obſiſtere ideſt negare promiſſa. TOTiens corrigat peccatum.qa quãdo uis negare te ñ promiſiſſe mihi: & uis alii nubere: tunc facit te grauius ægrotare. PARCE: hortatur: ut non irritet deam. PARCE.ſerua. noli arcus quibus ſe ulciſci ſolet: mitis. placata. TENEros artus membra tua. FRVENda. utenda mihi ideſt ſeruentur ad uſum meum. LENIS. modicus. hoſtibus oſtendit quantum eam amet. Imprecatur enim talem dolorem & angorem animi hoſtibus ſuis: qui impediunt ne nubat ipſi Acontio qualem dolorem dicit ſe experiri ipſa Cydippe ægrotante. ORDO. SIC fit. ideſt ſic eueniat hoſtibus ſi quis ẽp.ne fias noſtra. ut ſicut ſolet eſſe mihi te inualida. ideſt te infirma. TORqueor.dicit quod parem hẽt animi cruciatũ ſiue nubat alii: ſiue ægrotet:nec ſatis ſciret dicere utrũ hoꝝ mallet:qa neutrũ uellet.



ℂDOMInæ periuria:pœna quã pro perfidia dat. NE Tamen ignoré:demõſtrat ſollicitudiné ſuam:unde moleſtiã arguat. MINiſtro:ſe dñe aliptã deſiderat:ne medicoꝝ iuſſa ꝑteriret. EFFingo:non adſtringo legasinã aliptæ nõ adſtringere eſt:ſed effingere. Adſtringere enim ad medicos attinet:cũ uenã dep̃hendunt. EFFingere:ẽ cõponere & tractare:optat enim poſſe aſſiſtere:& manus tractare. Q VEM minime:uellẽ illũ uidet ſuſpicari: cui cydippe erat nuptura. ASSidet egre. Alipte officiũ præbet utiſ notatione: ſcribit ſignis certis amatoré ſalienté uenã:quæ febris calore nimia agitatione ĩpellitur. PER cãm:deprehendendæ uenæ ratiõe. MERces plenior:maior quã ſuus labor mereat.| PREcerpere:trãſlatio ab his: qui imatura poma legũt. Præripis inqt alienos amores. TVR piter:per adulteriũ. POST mõ: deinceps meis admonitus uerbis. DE Vacuis:nõ pactis. VENdicet:promiſſo cõiugio ſuã dicat. NON uacat:uiro nõ caret. Pacti hũani: i fellit aduerſarii iura per cõtẽtioné:inquit pactũ:quo arguis cydippé eſſe tuã hoĩes fecerũt meum uero diuinũ eſt. ICCirco: quod a pacto arguas. PAR qñ tuũ humanũ ẽ pactum meũ uero diuinum. HAEC mihi ſe pepigit firmat cãm a cognatione. PRImus ab illa:cuius ius ſecũdũ eſt:cũ illa in cognatione ſibi prima ſit: cuiq; natura de ſe qd uult liberũ eſt facere. Hoĩes: habuit teſtes. TEStificata deã:dianã adhibuit teſtem. MENdax:qui fallit hoĩem mẽdacẽ appellam⁹ ꝑiurũ uero:qui diis ĩmortalib⁹ fidé nõ ſeruauit.

ANTO. Interdũ maceror:q; ſum tibi cã doloris:
  Teq; mea lædi calliditate puto.
Inq; caput noſtrũ dominæ periuria quæſo:
  Eueniant:pœna tuta ſit illa mea.
Ne tñ ignoré qd agas:ad limina tendo
  Anxius huc illuc diſſimulanter eo.
Subſequor ancillã furtim:famulũq; reqro:
  Profuerint ſomni qd tibi:quid ue cibi.
Me miſerũ:qd nõ medicorũ iuſſa miniſtro:
  Effingoq; manus:inſideoq; toro.
Et rurſus miſerũ:qd me ꝑcul inde remoui:
  Q uẽ minime uellẽ:forſitan alter adeſt.
Ille manus iſtas aſtringit:& aſſidet ægræ.
  Inuiſus ſuperis cũ ſuperiſq; mihi.
Dumq; ſuo tẽtat ſaliẽtẽ pollice uenã:
  Candida p cãm brachia ſæpe tenet.
Cõtractatq; ſinus:& forſitan oſcula iungit.
  Officio merces plenior iſta ſuo eſt.
Q uis tibi pmiſit noſtras p̃cerpere meſſes:
  Ad ſpes alterius quis tibi fecit iter.
Ille ſinus meus ẽ:mea turpiter oſcula ſumis:
  A mihi promiſſo corpore tolle manus.
Improbe tolle man⁹:quã tãgis:nr̃a futura ẽ:
  Poſt mõ:ſi facies iſtud:adulter eris.
Elige de uacuis:quã nõ ſibi uẽdicet alter:
  Si neſcis:dominũ res hẽt iſta ſuũ.
Nec mihi crediderís:recitetur formula pacti:
  Neu falſã dicas:eſſe fac ipſa legat.
Alterius thalamo tibi nos tibi dicimus:exi:
  Q uid facis:hinc exi:nõ uacat iſte torus.
Nã qd habes:& tu hũani uerba altera pacti:
  Nõ erit iccirco par tua cauſa meæ.
Hæc mihi ſe pepigit:pr hãc tibi:prius ab illa
  Sed ꝑpior certe quã pater ipſa ſibi eſt.
Promiſit pater hãc hæc & iurauit amanti:
  Ille homines hæc eſt teſtificata deam.
Hic metuit mẽdax ſed & hæc periura uocari
  Nũ dubitas hic ſit maior an ille metus.

VBER. ℂMACEror:affligor. MEA calliditate:mea fraude qua te decepi. INq; caput: rogo ĩquit ut pœnæ quas tu ex piuriis pati debes:ĩ me trãſferantur: & tu ſis libera. NE Tñ:dicit ſe ſæpe uenire domũ ei⁹:ut ĩtelligat quid agat:diſſimulãter:occulte:ne uideat uenire ob hanc cauſã. REQuirẽs:interrogans ancillam uel famulũ tuũ. PROfuerit:ne tibi ſomni.i.an potueris dormire & comedere. ME Miſerũ: dolet qd nõ ſit miniſter eius ut poſſet ad eam ire: & eam tangere.& eius toro aſſidere ut miniſtri faciũt: IVſſa ꝑcepta:alter qué mime uellem: qui fortaſſe q̃rit hẽre te uxorem. ADEſt:aſſiſtit tibi. INVifus ſuperis:quia uult a te qd eſt contra fidé tuã temptat:tangit. POLlice:digyto:ut medici ſolent:uenã ſalienté mobilem:qual s ſolet eẽ in febricitãte. TENet: manu ſua. PER cãm:ſimulans ſe tangere uenã. COntractat:ſæpe tangit. SINus:pectus.iſta merces.ſ.iungẽdi oſcula. EST plenior:ſuo officio.i:eſt ultra ſuũ officium:quia cũ ſit medicus:hæc nõ ſunt ei⁹ officii. Q VIS tibi:apoſtrophã facit ad illũ medicũ q hæc faciat apud Cydippé:dicens eũ nõ habere ius in eã quæ ſibi ante ſit ꝑmiſſa:p̃cerpere:præripere. POſt modo poſt hac. SI Facies iſtud:ſi eam tetigeris & oſculatus fueris. ERIS adulter:quia contractabis alienã uxoré. DE Vacuis:de his puellis: quæ nondum ſunt obligatæ alicui. VINdicet:aſſerat. ASSumat dñm ſuũ:ẽ ſub dñio alterius:eſt tranſlatio:a poſſeſſionibus quæ dicũtur eſſe dominii alicuius. RECitetur:relegaſ. FORmula pacti:uerba formalia quibus mihi ꝑmiſit. ALterius thalamo:increpat illũ: ut ab amica ſua diſcedat. NON uacat:nõ ẽ uacuus Nam qd rñdet obiectioni:quia poſſet dicere:eam ſibi per patré eius deſpõſatã:dicit plus ualere ꝑmiſſionem factam per ſe de ſe ipa teſte dea:q promiſſioné factam per eius patré. PRIMus ab illa:prim⁹ poſt illam. PROpior ſibi quam patri: quia quiſque ſibi eſt proximus. IVRAuit:quod plus eſt quam ſimpliciter promittere. ILLE:pater. HOMines ſcilicet eſt teſtificatus ideſt promiſit in preſentia hominũ. MAIor metus:ſcilicet mendacii:uel periurii:euentus:exitus:hæc Cydippe:cubat:ægrotat. Horatius cubat hic in ualle quirini.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ANTO. ℂ HAEC cubat: febre uerſatur cydippe. ILLE: pr̃ q filiã alii deſpõdit uiro. DIS ſimili mẽte: arguit ab iniquitate facti: uñ mõſtret dianæ irã nõ fore iiuſtã cũ hũana diuinis ꝑpoſita uideanť. TV Petis ex tuto: es uoti cõpos. NVNC qm̃ ferus hic: i odiũ aduerſariũ trahit: cui⁹ facta crudeliter recẽſet. CAVſa iniq: qm̃ nõ is: ſed ego tibi maritus eẽ deberẽ. HIC: culpa admiſſi uiri. HOC faciẽte: peccato hui⁹. QVI mouet: in te dianæ irã cõcitat. ET Tu cõtinuo: ſuaſio ab utili. Valebis quã primũ ſi repuleris admiſſũ uiꝝ. TEMpla cõſcia: dianæ ſacrifices. ET Sine teſte fides: nõ tãtũ boues mactati ueꝝ uitæ integritas litat. Ferrũ patiuntur: & ignes morbi alii ferro: alii igne curanť. SVCcus amarus: triſte poculum qd̃ græci pharmacon appellant. ILLis: aut igne aut ferro: aut poculo. VITA periura: nõ ſis dianæ periura. PRAEteritæ ueniã: ſtatus eſt qui uenialis diciť: ſũptus: ab ignorãtia: poteris: q̃ ante hac acta ſũt ignorãtia excuſare: & ueniam mereri: deinceps admonita eris piurii rea. VOCe mea: meis litteris i memoriã illa tibi reduxi. CASibus: malis quæ te urgẽt. FERre: aduerſa pati. HIS quoq; uitatis: eſto ut ꝑſentes caſus uites. LVCiferas. Diana & lucina nuncupata ẽ q̃ pturiẽtibus præeſt: ut ſcribit Varro. HAEC audiet: tuas ĩplorationes. DE quo: acõcio: an alio: VOTũ: in partu ageť uota. SCIt: nouit te diis ꝓmiſſa nõ ſeruare. NON agitur de me: meas moleſtias cõtemno. CVra maiore: ea erat de amicæ ſalute.

Deniq; ut ãborũ cõferre pericula poſſis:
Reſpice ad euentus: hæc cubat: ille ualet.
Nos quoq; diſſimili certamia mẽte ſubim⁹:
Nec ſpes par nobis: nec timor æqu⁹ adeſt.
Tu petis ex tuto: grauior mihi morte repulſa
Idq; ego: qd̃ iã tu forſan amabis: amo. ẽ:
Si tibi iuſtitiæ ſi recti cura fuiſſet:
Cedere debueras ignibus ipſe meis.
Nũc qm̃ ferus hic ꝓ cã ꝓpugnat iniqua:
Ad qd cydippe littera noſtra redit.
Hic facit: ut iaceas: & ſiſſuſpecta dianæ.
Hunc tu ſi ſapias: limen adire uetes.
Hoc faciẽte ſubis tam ſæua pericula uitæ:
Atq; utinã ꝓ te qui mouet: ille cadat.
Quẽ ſi repuleris: nec quẽ dea dãnat: amaris:
Et tu continuo: certe ego ſaluus ero.
Siſte metũ uirgo: ſtabili potiere ſalute.
Fac modo polliciti conſcia templa colas.
Nõ boue mactato cœleſtia nũina gaudẽt:
Sed quæ præſtãda ẽ & ſine teſte: fide.
Vt ualeãt: aliæ ferrũ patiuntur & ignes:
Fert aliis triſtem ſuccus amarus opẽ.
Nil opus ẽ iſtis: tantum periuria uita:
Teq; ſimul ſerua: meq; datamq; fidẽ.
Præteritæ ueniã dabit ignorantia culpæ:
Exciderãt aio fœdera lecta tuo.
Admonita es mõ uoce mea: cũ caſibus iſtis:
Quos quotiẽs tẽtas fallere: ferre ſoles.
His quoq; uitatis i partu nẽpe rogabis:
Vt tibi luciferas afferat illa manus.
Audiet hæc repetẽs: quæ ſũt audita: reqret:
Ipſa: tibi de quo cõiuge partus eat.
Promittes uotũ: ſcit te promittere falſo:
Iurabis: ſcit te fallere poſſe deos.
Non agitur de me: cura maiore laboro:
Anxia ſunt uitæ pectora noſtra tuæ.

VBER. ℂ VALET: ſanus ẽ. NOS: ego & tu ſubimus certamina. i. certamus de Cydippe habẽda uxore: diſſimili mente. i. diſſimili ꝑpoſito & intẽtione: ex tuto: qa ſi nõ habueriſ eã nihil ꝑiculi tibi erit repulſa ẽ grauior mihi morte. i. mihi erit grauius eã non habere quã ſi morerer cedere. ignibus meis: non occupare meos amores qui fuerũt priores tuis: iniqua: in quaius nullũ habet ad qd redit: quaſi dicat ad malũ tuũ: hic facit: nitiť adducere illum i odiũ Cydippe: hoc faciente. i. hoc exiſtẽte cauſa: qui mouet ſcilicet pericula. CADat: moriať. QVEM dea dãnat: quẽ dea habet inuiſum. ET Tu cõtinuo. i. ſtatim ſubaudi eriſ ſalua: potiere ſtab. ſal. i. habebis ſanitatem ſtabilẽ ſi ſeruaueris fidẽ: colas: uenereris. NON boue: & qa poſſet dicere ſe facere ſacrificia multa: dicit deos inſpicere fidẽ: & nõ ſacrificia: ut Eſaiæ capitulo primo. Quid mihi i multitudine uictimaꝝ ueſtraꝝ: qa multiplicaſtis mihi ſacrificiũ de arietib⁹ & carnibus hyrcoꝝ: ego. n. cõtẽpſi ſanguinẽ uituloꝝ &c: & ſine teſte. i. ẽt ſi nullus ſciret aliqd eẽ ꝓmiſſũ. VT Valeant arguit a maiori ad minus. SVCcus amar⁹: medicina ex ſucco amaraꝝ hærbaꝝ. ISTis: ſucc is amaris. TANtũ: ſolũmodo. IGNorãtia: qa tu neſciuiſti te offendiſſe Dianã: & iõ hæc tibi accidere. EXciderãt aio. i. memoria. ADMõita: reducta i memoriã: cũ iſtis caſib⁹: iſtis ĩfelicitatib⁹ ægritudĩs: his quoq; magis ẽt terret eã: ut caueat lædere Dianã: qa ſi ẽt nũc uitaret caſus febris tñ adhuc egeret ei⁹ auxilio i ꝑtu: qa ĩuocabať a pariẽtibus. LVCiferas: adiutrices: q̃ fœtũ i lucẽ ferãt. REQuiret de quo cõiuge pt⁹ eat tibi. i. uolet ſcire ex quo marito pepereris: qa ſi ex alio paries q̃ ex me dicet te eẽ piurã: & iõ nõ eẽ iuuãdã. PROmittes uotũ: qa poſſet dicere ſe facturam uotũ: falſo: ſicut falſo ꝑ eã iuraſti te futurã uxorem meam. IVRABis. i. ſi iurabis: poſſe fallere deos: ſicut ſemel fefelliſti eam. LABoro: angor maiore cura: q̃ de me. Cur modo q̃ritur qd̃ fuerit i periculo mortis: & nõ dixerit parẽtibus ſuis cauſã: qa nihil ſciebant de illo pomo: pudebat enim eam dicere hoc parentibus: unde hortatur ut dicat: quia hoc factum nullam habet turpitudinem: dubiam: poſitam in periculo mortis. Iuuenalis Curentur dubii medicis maiorib⁹ ægri. licet fas eſt: matri: puellæ enim ſolent audacius matri q̃ patri ſecreta ſua dicere: ordine: præponit ei omnia: quæ uult ut narret matri.



Cur modo te dubii pauidã fleuere parentes:
Ignaros culpæ quos facis eſſe tuæ.
Et cur ignorant: matri licet omnia narres:
Nil tua cydippe facta ruboris habent.
Ordie fac referas: ut ſis mihi cognita primũ:
Sacra pharetratæ dum facis ipſa deæ.
Vt te conſpecta ſubito: ſi forte notaſti:
Reſtitimus fixis in tua membra genis.
Et te dum nimium miror: nota certa furoris:
Deciderint hũero pallia lapſa meo.
Poſtmõ: neſcio qua: ueniſſe uolubile malum
Verba ferens doctis inuidioſa notis.
Quod qa ſit lectũ ſancta præſente diana:
Eſſe tuã uinctam numine teſte fidem.
Ne tamen ignoret ſcripti ſententia quæ ſit:
Lecta tibi quõdã nũc quoq; uerba refer.
Nube precor dicet: cui te bõa numia iungũt:
Quem fore iuraſti: ſit gener ille mihi.
Quiſqs is eſt placeat: qm̃ placet ante dianæ:
Talis erit mater: ſi modo mater erit.
Si tamen & quærat: qs ſim: qualiſq; uideto.
Inueniet uobis conſuluiſſe deam.
Inſula coryciis quõdã celeberrima nymphis:
Cingitur: ægeo nomine cæa mari.
Illa mihi patria eſt: nec ſi generoſa probaris:
Nomina: deſpectis arguor ortus auis.
Sunt & opes nobis: ſunt & ſine crĩe mores:
Amplius ut nihil eſt me tibi iungit amor.
Appeteres talem uel nõ iurata maritum:
Iuratæ uel non talis habendus erat.
Hæc tibi me i ſõnis iaculatrix ſcribere phœbe
Hæc tibi me uigilans ſcribere iuſſit amor.
E quibus alterius mihi iam nocuere ſagittæ:
Alterius noceant ne tibi tela caue.
Iuncta ſalus noſtra eſt: miſerere meiq; tuiq;
Quid dubitas unam ferre duobus opem
Quod ſi cõtigerit cũ iam data ſigna ſonabũt:
Tinctaq; uotiuo ſanguine delos erit.
Aurea ponetur mali felicis imago:
Cauſaq; uerſiculis ſcripta duobus erit.
Effigie pomi teſtatur acontius huius:
Quæ fuerint in eo ſcripta fuiſſe rata.
Longior infirmum ne laſſet epiſtola corpus:
Clauſaque conſueto ſit tibi fine: uale.

ANTO. ℂ DVBii: de tua ſalute ancipites: Ignotos culpæ qui cauſam tui mali ignorant. NIL Ruboris: eſt æqua tua cauſa: & nil niſi honeſtum habet. ORDine fac referas: per cauſam breuiter enarrat ut acta res eſt in dianæ æde. COGnita: ad coniugium prouocata: DEæ pharetratæ: dianæ cuius arma ſunt arcus & pharetra. FIXis genis: id eſt amantis ſignum. DECiderunt pallia: ſtuporis indicium eſt. DOCtis notis litteris callide ſcriptis. IVNctam fidem: mihi præſtitam de coniugio. IVNgunt: coniugem promittunt. TALis: in hac ſententia perſtiterit. INSula coryciis: commendatio a patriæ præſtantia: q̃ dicit cultam a muſis: quoniam ex cæa iſula fuere: ſimonides poeta ut auctor eſt Stra: & ex fratre filius Bachilides corycias nymphas: nõ ut inſcite aliqui putauerunt dicimus a coritio inſula dianæ ſacra: ſed de corycio antro in parnaſo muſis ſacrato: ideo in methamophorſi eſt cũ deucalion & pyrrha parnaſum cõſcendunt: corycidas nymphas & numia montis adorant. CAEA: cæam iſulam i ægeo eẽ diximus ubi lex erat ut Menãder notauit ut ſexagenarii iterimerenť. AQ uis: in iſula. NIHil: nec p̃riæ ꝑſtantiã: nec antiquum genus eſto nõ probes ſolus amor me tibi cõciliare deberet. HAEC tibi me i ſomniis: colligit epiſtolam quã cõmendat ab auctoritate deoꝝ a ſomniis ueri ſimilitudinẽ afferens: & diana & amor hanc ut tibi ſcriberem epiſtolã iuſſerunt. Alterius cupidinẽ itelligit cuius uiolentia uexabať. Alterius dianæ cuius ira cydippe uexabať. IVNcta qm̃ neuter ſine ſalute alterius ualere poterat. TVA iura marita: cum mihi matrimonio eris iuncta. Sanguine uotiuo: mactatæ erunt hoſtiæ quas pro te & tuo coniugio uoui. PONetur imago: aureũ malũ in æde dianæ ſuſpẽſum. CAVſa: ſacrati mali. EFFigie pomi: huius pomi dedicatio teſtimoniũ exhibebit. EVſſe rata ad uota ſucceſſiſſe. CONſueto fine: uale nõ modo in fine: ſed in principiis ueteres ponere conſueuiſſe ſcribit Seneca:

VBER. ℂ REStiterim pro ſteterim. GENis oculis pallia ueſtes deciderint hũero ceciderint ex corpore meo. NOTa certa fu. certum ſignũ uehementis amoris: quãdo aliqs eſt ita abſtractus aſpiciẽdo amicã quod nõ ſentit ueſtes cadere ex humeris ſuis. POST mõ ſcilicet referas. MALum uolubile pomum rotundum. NEScio qua ſcilicet parte templi FERens habens ſcripta qd̃ pomum. VINctam obligatã mihi. REFer uerba dic ei uerba formalia iuramenti. DICet mater tua cui. ſ. mihi: quis qs eſt: etiã ſi eẽt mihi ignotus. DEBet placere mihi: qa placet Dianæ. TALis quæ ita tibi ſuadebit. SI Modo mater erit. ſi uere te materno affectu amabit. SI Tamen inquiret ſi uolet ſcire qs ſim ĩueniet deam conſuluiſſe uobis. i. uobis ꝓuidiſſe: & nõ dediſſe tibi maritũ ĩdignũ. INSula dicit ſe eẽ ex Cæa inſula quæ eſt i Aegeo mari: ut ſupra in argumento dixi: quæ ꝓbať nõ ignobilis: qa olim celebrata fuit a nymphis Coryciis cauẽdum ne legatur Corynthiis: quia nec ſenſus: nec ratio metri patitur: ſed Coryciis ita dictis a Corycoantro in parnaſo: de quo Strabo ſic inquit uniuerſus Parnaſus: conſecratus exiſtit: & antra & alia loca ſanctitate digna continens: ex quibus celeberrimum & formoſiſſimum extat Corycium nympharum antrum eodem quo & Cylicium nomine nuncupatum:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

dicit ergo in Ceo olim fuiſſe nymphas corycias:de quibus Ouid.li.primo met.Corycidas nymphas:& nu
mina montis adorat:ubi male quidam legunt Corytidas inſula,Cea.adiectiue dixit ſicut iſula. CHIA.pro
chios. ILLa in ſula. NEC ſi generoſa probaris noīa ideſt ſi etiā placet nobilitas tibi. NEC arguor nō pro
bor ortus auis deſpectis i.nō ſum natus uilibus & contemptis maioribus.SVNt & opes laudat ſe a reliquis
quibus amantes ſolent ſe laudare:utq̧ nihil. VT ideſt q̄uis nihil iungat me tibi amplius. AMor eſt mihi.i.
certe amo te. APPeteres.i.appetere deberes.VEL ideſt etiā nō iurata ſine iuramento. HAEC tibi dat au
ctoritatem ſuis ſcriptis dicens:ſe ſcripſiſſe monitu Dianæ & amoris e quibus Diana & amore. SAGittæ a
terius.ſ.amoris. NOCuere mihi:quia percuſſerunt me:tela alterius.ſ.Dianæ. IVNcta,ſalus noſtra.i.mea
uita eſt cōiuncta cum tua:ita ut te periclitante ego etiam ſim piclitaturus. DVObus tibi & mihi. QVod
ſi contigerit ut feras opem ambobus ideſt ut mihi nubas. CVM iam data ſi.ſo.dicit quando celebrabuntur
feſta Dianæ in delo.& offerentur ei ſacrificia uotiua tunc Acontius ſuſpendet in templo Deæ effigiem po
mi aurei in quo duobus uerſiculis teſtificabitur Cydippen ſeruaſſe quæ in eo pomo ſcripta legerat & iura
uerat. CVM data ſigna ſo. quia ſonitu tubaꝝ uocabantur ad ſacrificia. DELos inſula ubi colitur Diana
ERIT tincta ideſt maculata ſanguine uotiuo ſanguine uictimarum ex uoto interfectarum. RATa ualida
habuiſſe effectum. LONgior dicit ſe nolle plura ſcribere:ne prolixitate fatiget & afficiat moleſtia ipſam Cy
dippen ægrotantem & infirmam ordo eſt uale o Cydippe:ne epiſtola longior laſſet corpus tuum infirmū
& ut ſit clauſa.i.concluſa fine ſolito:quia finis epiſtolarum ſolet eſſe uale. In.xx.epiſtolam Argm̄.



ANTO. DElos inſula in
ægeo eminet:
quæ eam circū
dāt iſulæ cycla
des appellant:
urbē habet in
planitie ſitā & apollinis lato
næq̧ templum:iſtabilis olim
fuit:ſed appropinquāte latōæ
partu ut ſcribit pyndarus:im
mobilis ſtetit q̄ttuor adaman
tinis colūnis nixa : magno in
honore eſt habita ab heroicis
tpibus : ab oībus oris in hanc
inſulā ad ſacra publica conue
niebāt. Cætuſq̧ uirginū ſacra
miniſtrabat quibus cū adeſſet
Cydippe accepto inſidioſo pomo uiſa eſt ſe acōcio
uxorē paciſci eius pater alii deſponderat ſub nuptia
rum tempus febre correpta eſt cum excepiſſet id ſi
bi dianæ indignatione contigiſſe conceſſura in acō
ti uota reſpondit:ſed ſeculoꝝ incuria quantum ex
uetuſtis codicibus obſeruare potuimus præter uer
ſus duodecim epiſtola tota deſideratur. Reliqui qc
quid legitur adulterium eſt.
PErtimui:ne qd doli tuæ apporta
rent litteræ. SCRiptum:epiſtolā.
SINe murmure:nemīe audiēte.
INScia:imprudens & quæ tuas ī
ſidias nō norat. CAptaſſes iteꝝ:
rurſus me cape tēptaſſes. DVra.
īexorabilis:ut tuas lr̄as nō legiſſem. OMnia:& uo
ta ſacra. IN Hyppolito ſuo:quē Aeſculapius Diāæ
p̄cibus ad uitā deduxit:poſtquā ab eq̄s diſtractus eſt
appellatuſq̧ uirbius:ī aricino nemoꝛ ſeruādū nym
phæ ægeriæ cōmiſit:ideo cautū eſt:ut eq̄ aricinū ne
mus nō itrarēt:q̄m̄ Hyppolitū diſtraxerit. AT Me
lius uirgo:ab ætate & ſexu patos eſt:uirgo inquit uir
gini fauere debuiſſet. PAVcos : nam diuturna fe
bre uexata de ſalute deſperarat.
VBER PERTimui licet qdam addiderit multa
carmina quæ ī nullis codicibus repiebā
tur:puto tn̄ illa carmina nō eē Ouid.nā
ex eadem officina exiſſe nō uidentur:& ægrotantē puellā uериſimile breuiter reſpondiſſe:itaq̧ nō interpre
tabor ea quæ dicta ſunt:quæ tn̄ ſi q̄s uelit uidere:nō habēt multum difficultatis :& q̄m̄ ſunt reſponſiua. AD

CYDIPPE ACONTIO.

PErtimui : ſcriptūq̧
tuum ſine murmu
re legi:
Iuraret ne quos in
ſcia lingua deos.
Et puto captaſſes
iterum niſi : ut ipſe
fateris:
Promiſſā ſcires me
ſatis eſſe ſemel.
Nec lectura fui: ſed ſi tibi dura fuiſſem:
Aucta foret ſæuæ forſitan ira deæ.
Omnia cum faciam: cū dem pia thura dianæ
Illa tamen iuſta plus tibi parte fauet.
Vtque cupis credi memori te uindicat ira:
Talis in hyppolito uix fuit illa ſuo.
At melius uirgo fauiſſet uirginis annis:
Quos uereor paucos ne uelit eſſe mihi.



præcedentem epiſtolam facile intelliguntur.Reſpondet autem Cydippe ſe præ timore non auſā fuiſſe le
gere epiſtolam Acontii uerbis clare prolatis:ne iterum iuraret:ſicut quando legit pomum & dicit ſe fuiſſe ī
uoluntate non legēdi:niſi quod dubitauit ne Diana magis iraſceretur:quam dicit nimium fauere ipſi Acō
tio:cum æquius eſſet quod ſibi fauere:quia uirgo deberet fauere uirgini. PERtimui cum mihi reddita eſt
epiſtola tua. SINe murmure ſine prolatione uerborum ſed tantum oculis & animo percurrens. CAPtaſ
ſes decepiſſes. VT ipſe fateris nam dixit promiſſam ſatis eſt te ſemel eſſe mihi. DVRa aſpera in non legē
do ſcriptū tuum. SAEuæ iratæ. CVm faciam omnia in honorem Dianæ:& præter ipſam.DEM pia thu
ra ideſt faciam ei ſacrificia thure. FAVet tibi plus iuſta parte ideſt plus æquo tuetur partes tuas. VINdicat
te facit uindictam pro te. VT Cupis credi quia tu dicis mihi quod hæc eſt cauſa quare ægroto dixit enim
ipſe dicendum tamen eſt hoc tu mihi crede quod ægra ipſo nubendi tempore ſæpe iaces.Conſulit ipſa tibi.
TALis in Hippolyto non tātum fauit Hippolyto ſuo:quem etiam ſecundum quoſdam per Eſculapium a
morte ad uitam reuocauit:ut Virgilius ſcripſit licet Horatius aliter dicat. TALis tam fauorabilis. IN Suo
Hippolyto pro in ſuum Hippolytum Archaiſmos ſic Virgilius.Talis ī hoſte fuit Priamo. MELius iuſtius
VIRgo ipſa Diana uirgo. FAViſſet annis uirginis mei Cydippes:quæ etiam ſum uirgo. QVOS annos
VEReor timeo. NE Velit eſſe paucos mihi:quia timeo ne uelit me cito mori.Sed ne quis putet me præ
termiſiſſe eorum:quæ ſequuntur explanationem propter difficultatem aut ignorantiam locorum:exponā
locum qui omnium difficillim' putatur:de quo a multis rogatus ſum :qui ſe uiros doctos fruſtra cōſuluiſſe
dicerent quibus iam uiua uoce dixi quid ſentirem. Is locus eſt. Miror:& innumeris ſtructā de cornibus Arā
Et de qua pariens arbore nixa dea eſt Aram ſtructam de cornibus Aram Dianæ intellexit:quæ ita erat ſtru
cta:quoniam ipſa eſt dea uenationis:cuius indicia ſunt cornua ferarum:aut de cornibus tantummodo cer
uorū factam intelligit qui ſunt in tutela Dianæ:Arbor de qua dea pariens eſt nixa:quæ ſit ipſe Ouidius ap
te declarat li.vi.met.his uerſibus. ILLic incumbens cum Palladis arbore palmæ Edidit inuita geminos lac
na nouerca arborem igitur palmæ & oliuæ ſignificat:cui incumbens latona Dianam & Apollinem peperit:
hoc autem in Delo fuit.

¶ In heroidas hæc habuimus ut ad te q̄ emendatiſſima mitteremus:quæ ut in achademicis Varro:quoniā
indocti:doctiq̧ nō forent probaturi:edere nō dubitauimus.Cupimus enim inuidi.beniuoliq̧:qualeſcūq̧ le
gant illi ut aliena ex merito ſiqua eſt laude rumpantur.Hi uero tecum meis uigiliis & laboribus gratulentur.

FINIS

AD FRANCISCVM ARAGONIVM FERDINANDI REGIS NEAP.F.

DOmitius Franciſco Aragonio Salut.Mirificum eſt ſtudium meum Franciſce & uoluntas
quædam egregia in eos qui de ſe ſpem aliquam probitatis & indolem præbent neq̧ ullum
finem facio cogitandi de iis quæ ad eos uel iuuandos uel ornādos ptinere arbitror. Quod
cum de omnibus facere ſoleo tamen me id in primis debere exiſtimo iis qui uel populis ali
quando præfuturi ſunt:uel nationum clientelas habituri. Video enim platonem philoſo
phorum(ut ille ait)Deum : quom de ciuium ſuorum educatione multa ſapienter eloquen
tiſſimeq̧ præcepiſſet. Vnumque iuuentutis moderatorem compluribus ſatis eē monuiſſet:
in filiis regis quattuor educationis magiſtros requiſiuiſſe moribus & doctrina inſignes. Nimirum maiore
cura cēſuit plato formādum:quod multorum oculis aliquando exhibiturus erat.nam bonus princeps tam
omnibus communis eſt:quam lex ſanctiſſima & æquabilis ciuium ſocietati accommodata. Incredibilem tu
regis potentiſſimi filius de te expectationem concitaſti:& quom iſta ætate ueluti in tenellis arboribus.Flori
bus contenti eſſe ſoleamus tu nobis iam formatos uirtutum fructus produxiſti:In quo plane declaras te pa
ternæ gloriæ magnitudinem & ſplendorem nulla omnino ex parte ignorare:quom ad eam uel aſſequen
dam:quod optabile eſt:uel ſuperandā id quod ipſe fortaſſe cupiat.nos certe uix ſperare audemus:tantis iam
famæ laudumq̧ præſidiis te compares & contendas.Hæc cum ex aliis accipio tum ex Curelio Militiaque
amptiſſimi diuiniq̧ principis Cardinalis tui neapolitani neceſſariis.Hi.n.ſiue q̄d domi te ſæpe audiant:ſiue
q̄d in te p̄cipuam immortalēq̧ obſeruantiā contulerūt:de te mecū & frequēter & honorifice loquunt:in
primiſq̧ de lr̄arū ſtudio: Quo ī genere quom ab ineūte ætate uerſatus ſim:ſtatui eſſe cum inſtituti mei:q̄d
initio p̄poſui:tum ſuſceptæ de te opinionis aliquid mittere:q̄d p æſtatē in tua iſta fœlici cāpania aliquādo
legas.Nō tā q̄dem q̄d hæc boni principis animū formare poſſint quā relaxare.Scio.n.placere iis : quos terū
habes ut uel luſibus animū iterdū:grauiorūq̧ ſtudioꝝ curā remittas.Vbi uero tu:aut hōneſtius uelis congeſce
re:aut hōeſtius poſſis quā ī lr̄is habes nihil.Q̄d ut:neq̧ hoc tpe alienū uideat:neq̧ ætate tua:efficere ſtudui:
itaq̧ accipies a Domitio tuo hāc elucubraciūculā ī ſappho Ouidii obſcurioraq̧ p̄pertii loca:ī q̄bus ſi q̄d p̄te
rea deſiderabis dabis operā ut ſciā Ego.n.tā libēter pficiā:q̄ ſtudioſe icœpi.Simul agnoſces ciuē tuū papiniū
poetā quē p̄ximis uigiliis oībus priſtīæ dignitatis famæq̧ ornamētis reſtituendū curaui. Vale ex Vrbe.

DOMITIVS IN SAPPHO OVIDII.

CAllias Methymnæus nulla lucubratione nōbilior fuit q̄ interpretatiōe poematum Alcei
& ſapphus tanta erant æſtimatione eius mulieris ſcripta : quod papi.in patris epicœdio
ſatis teſtatus eſt : cum eam locauerit inter antiquos uates & Stra rem mirabilem eam ap
pellet : nullamq̧ in poetice cum ea conferri poſſe arbitratur dederunt

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quidem operam poeticæ præter hanc tres corynne de quibus in ſiluarum comentariis ſcripſimus: Erynna quæ coucubia Sapphus fuit: ut Euſtachius ſcribit ea Leſbia: ut alii putant rhodia: uel Teia poema copoſuit lingua Dorica tercentum uerſibus opus abſoluit quorum dignitas cum Homero contendit ī eam illud epi gramma græcum editum eſt.

Theano præterea mulier locris lyrica fuit: & mœro: quæ hymnum in neptunum compoſuit: & Carixena & praxilla de Sappho hæc ſuidas apud græcos: ſappho ſimonis: ut alii putant: eumeni: ut alii Erygii ut: alii ecripti: ut alii: ſemi: alii camōis: Etar chi alii nonnulli ſcamandromyni: quibus aſtipulatur Herodotus matre cleide: Leſbia ex ereſſo: lyrica nata quadrageſima ſecunda olympiade quo tempore & Alcæus & ſteſichorus & pythacus: tris fratres habuit: laricum: Caraxum: eurygium: cercyllæ uiro andrio ditiſſimo nupſit: cui filiam peperit cleida nomine: amicas tris: atthidem tæleſippam megaram habuit: quibus ad libidinem uſa dicitur: Diſcipulas: anagoram: mileſiam Gongilam Iophoniam eunicam ſalaminiam: ſcripſit libros lyricos nouem: prima plectrum reperit ſcripſit epigrāmata: Elegias ſambos & nænias: ſappho leſbia ex mitilene: pſaltria hæc amor̄ phaonis mytilenæi ex leucade ſe deiecit. nonnulli huic carmen lyricum tribuūt: hæc ſuidas græce huius poemata laſciua fuiſſe indicat ouidius leſbia quid docuit ſappho niſi amare puellas: & in arte amandi: nota ſit & ſappho: Quid enim laſciuius illa. Horatius uiuuntq; commiſſi calores æoliæ fidibus puellæ uiro cercylla mortuo & cleide filia ſuperſtite relicta: in amorem phaonis incidit: quod plinius herbæ tribuit. xxii. naturalis hiſtoriæ: ubi d centum capita ita ſcribit portentoſum quod de ea traditur: radicem eius alterutrius ſexus ſimilitudinem referre rara inuentu: & ſi uiris contigerit mas: amabiles etiam fieri: ob hoc & phaonem leſbium dilectum a ſappho: multaq; circa hanc non magorum ſolum uanitates: ſed etiam pythagoricorum. hæc plinius q̄uis mendoſe in nonnullis codicibus ita ſcriptum ſit ob hoc phaonem & leſbium dilectos a ſappho: ſed ita legenda ſunt uerba plinii ut nos recitauimus: iterum enim dilexit phaonem mortuo uiro: ut etiam plautus ait: neminem præterea: græco deniq; epigrammate ab antipatro ſydonio tanq̄ decima muſa ornatur: poemata illius extant nulla: epiſtola hæc ouid. eſt aliis heroidum inſerta: quod in corynna ſua teſtatur ad macrum ſcribens cum heroidum nomine ſe ad uiros ſcribere ait: quodq; tenens ſtrictum Dido miſerabilis enſem dictat & aoniae leſbis amica lyræ: & cum nomine uirorum epiſtolas finxit Sabinus poeta phaonis quoq; nomine ſcripſit ad ſappho: de quo Ouid. Quam cito de toto rediit celer orbe ſabinus. Scriptaque diuerſis rettulit ille locis: & paulo poſt: triſtis ad hypſiphylem ab Iaſone littera uenit: Dat notam phœbo leſbis amica lyram idest accipit etiam litteras a phaone ſappho eum nō rediturum: quare ſe de leucade deiecit: atq; ita amore liberata lyram dicauit phœbo quam uouerat: nam ita ſcripſit: inde chelim phœbo communia munera ponam: & ſub ea uerſus unus & alter erit: hæc autem epiſtola ab Ouidio compoſita affectus qui mitiores ſunt copioſius exprimit: quam ulla alia: nam eam locupletauit poeta & poematis ſapphus: quæ molliſſima ſunt: ut etiam de Homero multa tranſtulit: & ex odyſſea in penelope. & ex iliade in Briſeide tantum autem abeſt: ut hanc epiſtolam putem a ſappho ſcriptam: ut etiam ſtatuam inſeri oportere epiſtolis Ouid. & ſtatim locandam poſt didonem. nam eo ordine poeta ſcripſit ſiquidem eius uerſibus credimus: paulo ante a nobis recitatis: ſed cum aliis mollior eſſet uarietateq; blandiretur: dum ſeorſum a nonnullis ediſcitur ſcriturque ſola: libelli nomen meruit & auctoris fidem inuenit mulieris lugentis: cum lachrymas & amantis decorum omni ex parte impleat: de huius ſaltu ad leucada: de charaxi amore in rhodopem: ſuis locis dicemus: interea illud obſeruandum eſt: partes laſciuiores & impudica uerba huic attribui: nam ſupra muliebrem conditionem in amores ardebat: cum non modo uirum perdite amauerit: ſed aliarum quoque mulierum tribas fuerit: hoc eſt inſultando illas fricaret: nam fricare: eſt quod apud Iuuenalē & Martialem diximus & ab Horatio maſcula ſappho appellatur: ea de cauſa: quamuis porphyrio eum locum interpretans ambigendo ſcribat maſculam dici uel quod operam poeticæ dederit quod eſt uiri: uel quod tribas fuerit: quod & ipſa ingenue fatetur: q̄uis mutatis amicarum nominibus: nam quas amauit præcipue: tres fuerunt athis: teleſippa: & megara ſed de his ſuo loco: phaon in ſiciliam diſceſſerat puella amoris ignibus incenſa & plane ardens: cum ab illo ſe ſperni uereretur: ſtatuit etiam capitis periculo furorem lenire demiſſo corpore ex leucade: ſed antequam illuc accedat: per inconſtantiam muliebrem tentans quod deſperauerat hac epiſtola eum reuocare ſtudet faciens abſenti inuidiam ſuæ conditionis & calamitatis: quam omnibus incommodis miſerabilem oſtendit: dum & uoluptates omnes ſe abieciſſe ſcribit phaonis cauſa: in tanto dolore carmen non ſuccurrere: ſe ludibrio eſſe fratri filiam paruam ſuperſtitem: denique omnes miſericordiæ anguſtiæ: non ſexus: non fortunæ mutatio non habitus: non rerum omnium deſperatio: nō quicquid mite eſt & mouet prætermittitur.





SAPPHO PHAONI.

Nunquid ubi aſpecta eſt ſtudioſæ littera dextræ:
Protinus ē oculis cognita noſtra tuis.
An niſi legiſſes auctoris nomia ſapphus:
Hoc breue neſcires un̄ mouet̄ opus.
Forſitan & quare mea ſint alterna requiris
Carmina: cū lyricis ſim magis apta modis.

NVNQVId ubi aſpecta ē. Principiū āt epiſtolæ īterrogationē hēt: & qdē figuratā: nā inſtādi aliq̄n gr̄a īterrogam⁹: ut quouſq; tādē abutere patiētia n̄ra Catilina: n̄. n. illic Cice. īterrogat ut ſciat: ſed ut ita acrius urgeat. īterrogam⁹ ēt qd̄ negari n̄ poſſit: aut ubi n̄ dēdi difficilis ē rō: aut inuidiæ gr̄a: ut illud Medeæ apud Senecā Quas peti terras iubes: aut miſerationis: ut illud Sinōis Heu q̄ me tellus inq̄t q̄ me æquora p̄nt accipere. Deniq; multis figuris interrogam⁹ hæc aūt ſapphus īterrogatio ironiā quādā ſubon̄dit & īfenſa phaonis crudelitati ſui obliuionē expoſtulat: atq; accuſat. nihil. n. alid̄ ſignificāt q̄ttuor primi uerſus niſi ſe iā deſeri: dū ābigūt an ſtatim ille agnouerit lr̄am: an neſcierit niſi legiſſet nom̄: qd̄ ſcilicet exciderat. LITTera ſtudioſæ dextræ: doctrinā ſuā indicat: cū inq̄t uideris caracteres tā ſtudioſe: & docte formatoſ: an cognouiſti eē eplām a me. STVdioſæ: ſtudioſi bōi dicūt̄ & lr̄is eruditi: mihi adeo late patere u̇r̄ ut diligētē ī ſuo genere artificē ſignificet: ſtudioſū librariū pictorē. atq; id gen⁹. SAPphus auctoris: id ē niſi legiſſes me eē eā quæ mitteret eplām: nā ita inſcripta erat Sappho Phaoni: pœnitus ignorabas a quo mitteret̄. Auctor n̄ ē q tm̄ facit: ſed q princeps ē: & prim⁹ iubet ut aliq̄d fiat. multaq; fieri poſſunt ab aliquo alio tn̄ auctore q nihil in his agat: inde illud apud Liuiū frequēter ut patres fiāt auctores: ut p̄inde accipiat ac ſi ipſi iuſſiſſent. & ad militiā trāſlatū auctorare format: qd̄ ē eligere ī militiā: ex eo tractū q̄ niſi imperatores ſenatu auctore bellū gererēt triūphū n̄ merebāt̄. cū aūt illis auctorib⁹ bellū gerebāt q̄ſi auctoratu ab illis nauabāt opam: & miles auctorat⁹ ab īperatore ei operā p̄ſtabat: recept⁹. ſ. ī ura militaria: & īpatoris fidē. Inde exauctorar̄ diminuere ē: & auctoramētū ſignificat illā aſcriptionē ſimpl̄r̄. Dabūt ueniā manes Laurētii n̄. n. uideo q̄re ille auctoram̄tū p ſtipēdio accipiat: & auide hoc agere uidear: nō refellā oia illi⁹ teſtimōia. unū illud ſatis n̄ mō īfirmū ē p illo ſed p nobis firmiſſimū qd̄ ex q̄ntiliani declama. affert nec difficilē ſane: ſub illo p̄ſerti auctoramēto miſſionē hūiſſet: ſed uoluit gladiator uiuere. dicat obſecro an auctoram̄tū illic p ſtipēdio accipiat̄. n̄. n. gladiator illic faciebat ſtipēdiū: ſed p̄ſtās operā uicariā obiciebat̄ arenæ. hūiſſet inq̄t miſſionē ſub illo p̄ſertim actoram̄to. i. cū ita eēt aſcriptus ī gladiaturā nā p altero eū accepat munerari⁹ ut p̄ua ei uideret̄ futura iactura ſi iuueni miſſionē dediſſet. Auctorat ergo impator militē cū eū aſcribit. nā q̄cq̄d deiceps agit miles auctorat⁹ ad impatorē refert̄: cui uictoriā parat. Ita q̄cq̄d ex Liuio ille affert ex Sene. ad hāc ſn̄iam n̄ram deducit̄. ut ī lib. n̄raꝝ obſeruationū oñdim⁹. SApph⁹ genitiu⁹ græc⁹ ē. Fabi⁹ qdē ī p̄io īſtitutio ita ſcribit: Nūc recētiores īſtituerūt græcis noībus græcas declinatiōes potius dare: qd̄ tn̄ ipm n̄ p fieri p̄t: mihi āt placet latinā rōnē ſeq quouſq; patit̄ decor. Neq;. n. iā calypſonē dixeri: ut Iunonē q̄q̄ apd̄ ātiquos cæſar utit̄ hac rōne declinādi: ſed auctoritatē conſuetudo ſupauit. In cæteris q̄ poterūt utroq; mō n̄ īdicenter efferri. q græcā figurā ſeq malet: n̄ latie qdē: ſed citra rep̄hēſionē lo



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quet qbus ex uerbis dicim⁹ cæſaré fuiſſe dicturũ Sapphõis potius q̃ Sapphus:ſed tñ hoc ñ indecéter afferri ſétit Quintilia. ut ioné legis apđ plau.qđ grámatici quoq̃ nři obſeruarút. Carmia mea alterna. elegiaca. ná alternis nũeris ſuccedũt heroicis:í qbus claruerũt apđ græcos Callimach⁹:philetas:Alexádet:æthol⁹: Antimach⁹:Calinus:Mineruus.Tyrtheus Lacedæmõius:iſtituti elegi primũ deflédo deſyderio mortuorũ: mox ad amoř traducti:ſed nomé tñ retinuerũt a miſerabili cátu:qué olí fundebát:ná é miſerari.Lyricis modis:ná & ſi elegiá attigerat:aliqñ Sappho tñ lyricis nũeris p̄ſtabat. De lyricis aũt poetis & carmine require quæ elucubrauimus paulo ante in ultimo ſiluarum.

Flẽdus amor meus eſt: elegi flebile carmẽ:
Nõ facit ad lachrymas barbitos ulla meas.
Vror: ut idomitus igné exercẽtibus euris:
Fertilis accẽſis meſſibus ardet ager.
Arua phaõ celebrat diuerſa typhoidos ætnæ:
Me calor ætneo non minor igne tenet.
Nec mihi diſpoſitis iũgã quæ carmia neruis:
Proueniunt: uacuæ carmina mẽtis opus.
Nec mihi pierides ſubeũt: driadeſue puellæ:
Nec me theſpiadum cætera turba iuuat.

FLEndus amor.rõné affert q̃re a lyricis ad elegos tráſtierit.ait.n.arguméto operis ſe impelli.poſſé inqt lyricis amores ét icludere: ſed lachrymis ñ cõuenit:qb⁹ elegia manare ſolet. ELegia flebile.carm̃ ambit⁹ eſt recurrẽtis í ſe ſylogiſmi. Tu⁹inqt fortaſſe quæris q̃re ſcribá elegos:amor meus deflẽdus é. Elegia é carmé flebile,p̃pterea núc mihi magis cõuenit quã lyricũ:elegi uerbũ ñ placet:frigidũ.n.é elegia rõne ſyllabæ ñ oſtendit:cũ eodé iure alibi defendat. Oui.i corinna: Vcit odoratos elegia nexa capillos: & alibi:Flebilis idignos elegia ſolue capillos. NOn facit:ñ ſatis é nec cõuenit. BArbitos:eſychi⁹ uerborũ græcorũ iterpres docet barbitõ eé gen⁹ citharæ lyricæ:uel ipam lyrá.pollux locat eá iter iſtřa q̃ manu pulſant.Stra.uero autor é nom̃ eé barbarorũ.náq helicõa muſis cõſecrarũt thraces fuerũt & antiquates:Ephorus:Orpheus:Muſeus:Thamyris:q.Baccho ité aſiá cõſecrarũt i idiá uſq barbari fuerũt.uñ multa muſica iſtřa barbaris noibus deſignátur:ut nablia: ſambuca:magades:barbitos. BArbitos.i.ullũ carmé lyricũ:uario aũt genere p̄ferť maſculino ab Hora. Age dic latinũ barbite carmé leſbio primũ modulate ciui.fœminino ab ouidio hic:neutro ab aliis. multis chordis fuiſſe indicat Theocritus q eá appellat. AGER ſer.plenus ſegete. ARdet:ardere ſolet. EXErcẽtibus:diuerſas in p̄tes iactátibus.Phaõ.nomé liberti neroniái cuius memit Tráquil.Phaõ leſbius: íſignis forma:delitiæ ſapphus:carmie tñ amicæ nobilis. CElebrat.tenet & colit. AEtnæ:ætna mõs ſiciliæ notiſſimus:ſortitus nomé ab ætna heroe ut Caſtor ſcribit numine loci cuius filiũ leucrus qdá tẽpibus Tybe: ſe p̄feſſus loca finitima latrociniis íſeſtauit:ſed Romá ductus pœnas dedit. Catanerté oppidũ ſciciliæ ætna olim dicebať:q nome incolis expulſis hierõ rex dedit.de mõte núc intelligit:ſub quo thyphœũ fulmie ictũ eé poetæ fabulátur. Virg.illic dixit eé encheladũ filius:typhœũ ſub marme inſula cápaniæ ponit.nõ ardenter ſortita typhœũ marme. Luca. Cõditus marmes æterna mole thiphœus. Idé Ho. Sed libet hoc loco ambigere de nřis ſcriptoribus:q ubi Ho.dixit i.in rimis arimos p̄nunciás nři cõiũctũ p̄poſitiõe flexerũt.marimé uſurpátes. Ho.uero de inſula cápaniæ intellexiſſe:uel ille locuſ Plinii indicat Ho.marime dicta græcis pythecuſa ñ a ſimiarũ multitudie ut aliq exiſtiauere:ſed a figulis doliariorũ ni mirũ id deſignás:quod Stra.ſcr.his uerbis đ tiphœo loqués rex arimis ubi ſtratũ dicũt eé tiphœa. Quidá hác fabulá í ſicilia fingũt:qdá pytecuſis:p̄ſertim q ſimias dicũt arimos ab ætruſcis uocitari:pindar⁹ certe í ſicilia:ut ét Oui.ſcribit tiphœum excruciari ait his uerſibus.Illũ ætna uinculis fortiſſimis artat íméſum p̄r cẽtimanũq tiphœũ. Tiphõ uero p̄r harpytarũ fuit:ut é apud Vale.flaccũ. Tiphoidos:forma patrõimica é a uoce græca deducta :unde tiphõides & tiphõis formať. EVris í domi.uehemẽtib⁹ & ferocib⁹. ARua diuerſa:remota & p̄cul poſita. NEC mihi diſ.ner.cõcinatæ cytharæ í q̃ olí q̃ttuor erát nerui. Sed Terpáder leſbi⁹ ſepté cõpoſuit octauam Symõides noná Timotheus. Inde illud diſticõ in Terpádrũ:Hos tibi mutari cordarũ q̃ttuor uuluá:Noua p ſepté modulamur caria neruos. IVngá:iungá cũ ſono cytharæ. Amphiõ át prim⁹ cũ cátu cythara uſus dř antea thamyras ſine uoce.q aũt ſimul canũt cũ cythara pſallocitharíſtæ dicũť. NEC mihi p̄e.húc locũ multi negligẽter fortaſſe legũt:cũ tñ enarratõe indigeat.húc át ſenſum ego eé arbitror:cũ ſappho oñdere uelit ſe ad carm̃ ñ moueri ulla ex his cauſis qb⁹ olim ſolebat.triplicé canẽdi cám ait ſibi fuiſſe:aut cũ furore poetico agereť:aut cũ relaxás aĩum í ſiluis ſine curis uagareť iter dryadas & hamadryadás:aut cũ puellis q̃s amabat bládireť:q ſibi theſpiadũ & muſarũ iſtar erát.núc iqt nec pierides ſubeunt.i. furor poeticus. Nec dryades.i. nec relaxatio animi i ſiluis iter driades p̄uocat me ad carm̃. NEC cæte.turba theſpiadũ:nec amicæ:q̃ tertia & reliq̃ caris cá mihi erát iá exhilarát:aut delectát:atq ita ois canẽdi rõ mihi periit. PIErides:græ.fabuloſiora q̃dá de hoc noie tradiderũt. Stra.uero hyſtoriá ſecutus ita ſcri.ná id planũ ex locis í qb⁹ cultæ ſũt muſæ: piera.n.& olympus:& pipla & lebetrũ quõdá loca fuere thraciæ:& mõtes quos núc macedões poſſidẽt: q̃q muſis helicõa cõſecrarũt:thraces fuerũt. TESpiadũ:theſpias p̄ri⁹ inqt Stra nobilitauit cupido praxitelis op⁹ ab eo ſculptũ dono uero cõſecrauit theſpiẽſib⁹ glycerũ meretrix:i quo plus apđ me ualere pauſamæ auctoritas:q phryne id dediſſe affirmat.ut i cõmẽta ſiluarũ recitauim⁹:cũ p̄ſerti uer.u græ.uulgatũ de quo Pli.ita ſcri.xxxvi.natu.hiſto:de praxitele tradés eiuſdé é cupido obiect⁹ a Cicerõe uerri ille:pp qué theſpiæ uiſebáť.núc octauiæ ſcolis polit⁹:tres át fuiſſe muſas tñ ſcribũt nõnulli q b⁹ Varro aſſẽtiť:is.n.tradit earũ ſimulachra multiplicata fuiſſe:qđ i ancilib⁹ accepim⁹:atq ita hiras eé noué. Homer⁹ certe & Heſiod⁹ huic nũero adſtipuláť home.numerũ tñ noué p̄ferés:heſiodus uero addés ſingularũ noia. Acmeõ poeta cœli & terræ filias putauit:alii Iouis & mẽoriæ:nobili certe,pictura fluuius nobilior Roma eas tranſtulit ambracia.



ANTO.

VILis amythone:ingenue:hic fatetur ſe tribadem fuiſſe & ipudice amaſſe nõnullas de quarũ nũero diſſentit ab eo quod ſcribit ſuidas.ille enim tres fuiſſe ſcribit:quibus ad libidiné uſa dicit ſappho theleſippam: megará:athidé:ſed duarũ nomina mutáť:quas hæc appellat amytoné & cydno:ille theleſippam: & megará de tertia conuenit. Nam ab utroq atthis diciť:quamuis per mendam ſit inuerſum.nos uero emendátes ita legimus. Nec grata eſt oculis atthis ut ante meis. nam ſi ita leges:Nec grata eſt oculis athios ante meis. & nomen puellæ deprauas:& nullum colligis ſenſum.

Vilis amithone: uilis mihi cãdida cydno:
Nõ oculis grata eſt atthis ut ante meis.
Atq aliæ centũ: quas hic ſine crimine amaui:
Improbe multarũ quod fuit unus habes.
Eſt in te facies: ſunt apti luſibus anni:
O facies oculis inſidioſa meis.
Sume fidẽ & pharetrã: fies mãifeſtus apollo:
Accedant capiti cornua: bacchus eris.
Et phœbus daphnẽ: & gnoſida bacchus amauit:
Nec norat lyricos illa uel illa modos.

ALlæ centũ: mille centum & ſexcenta ſæpe pro infinito numero accipiuntur. Cice.ad Atticũ ſcribés ſexcéta accepit pro íſinito mille:alii ſcriptores poetæ. p̄ſertim cẽtum hoc loco ſappho:ná nõ cẽtũ:ſed multas hũit puellas leſbias.qbus nõ ad libidiné utebať: ſed eas erudiebat cythara.ex qbus tres claruerũt in primis ei⁹ diſcipulæ:anagora mileſia:gongyla colophonia eunica ſalaminia:ut ex ſuidæ monumẽtis añ recitauimus:aut eas í quotidianam cõſuetudiné & familiaritaté accepat. Horati⁹:Et popularibus gaudẽte Sappho puellis.oío ita ítelligendũ é añ nomia tas concubinas fuiſſe ſapphus,: quas uero nunc deſignat fuiſſe diſcipulas:& ſine ifamia fuiſſe amatas. SINe crimine:ſine criminatione:& reprehenſione: qua nõ caruit in illis tribus:hic oñdit ſe de popularibus ſuis intellexiſſe. IMProbe:dicimus improbũ non tantum malũ ſed nimis auidũ:nec contentũ ét re ímodica: IMprobe:q non contẽtus es tanto amore meo: VNVS habes.ſolus poſſides. QVOd fuit multarũ:ideſt affectus meos amatorios:quos in multas puellas diſpenſauerá pudice alias:alias impudice amádo:in te unũ contuli. & quod multis ſatis erat:tibi uni eſſe non potuit. EST in te facies:ætate & forma amabilis quiſpiam eſſe poteſt quod utrunq cum in phaone ſit.laſciua ſappho formam & faciem tãtum ſuſpirat. ANni apti luſibus:ludos publicos dicim⁹ numero multitudinis & ſpectacula:ludus numero unius pro exercitatione gymnaſtica:ut ludus paleſtræ. ludus pilæ:deniq ludus dicitur cũ multorũ cõuẽtus ab uno eruditur præceptore:ut ludus gladiatorius: ludus litterari⁹.luſus uero ad uoluptatem comparati ſunt ſine ulla arte.& puerorum proprie dicuntur. cõtra ubi ars eſt & præmium ludus appellatur:ut ludus aleæ quaſi í ludo a præceptore traditus certa diſciplina. Fabius.Nec me offenderit luſus iri pueris.eſt & hoc ſignum alacritatis.ut inqt & formoſus es:& ea ætate qua luſus non aſpernatur ut p̄pterea ſis etiam iucundior. O FAcies:cum duo propoſuerit iucunda in phaone alterum quo magis alliciebatur repetit:& ingemiſcendo auget alibi. Oui. O facies oculos nata tenere meos in arte autem amandi luſus ineſſe oportere oſtendit. Ludendo ſæpe paratur amor. FIDem: id eſt citharam.fides autem proprie citharæ neruos ſignificat.ſed pro cithara accipitur:ut etiam a Papi. Tentat audaci fide mantuanæ gaudia famæ.fidicula item neruus eſt: ſed proprie quo ad tormenta utebantur.p neruo ſimpliciter Tranquillus in Tiberio ueretris diligatis fidicularum ſimul urinæq tormento diſtenderet. eam.n.colligationem Tiberius ad ſupplicii acerbitatem excogitauerat. Apollo autem lyram a mercurio accepit:unde etiam ad amphionem peruenit horati. Mercuri nam te docilis magiſtro mouit amphiõ lapides canẽdo. ET pharetrá.ná hæc duo inſignia ſunt apollinis. ACCedát capiti cornua bacch⁹ eris. Cur bacch⁹ cornua geſtaret:& cũ his pingereť unus Diodo.ex oibus ſcriptoribus.quos legi:p̄babilioré ex hiſtoria tradit rõnem.ita.n.in quarto hiſtoriarum ſcribit. Traditur hamon galea in bellis uſus:cuius inſigne fuerit arietis caput.ſunt qui ipm dicát in temporibus paruula habuiſſe cornua:p̄pterea filius eius bacchus eodé fuiſſe aſpectu:poſteriſq traditũ deñ.hunc cornua geſtare:unde & bacchæ enim.i.cornigeræ dicũť: qđ numinis p̄ſoná imitátes cornua ſumebant. ET phœbus daphnẽ:& ſi inqt formæ dignitate accedis ad bacchũ & appolliné:tñ non ſum a te ſpernẽda. Ná uterq deus puellá amauit me inferioré. Daphnen Ladonis ut amphõius ſcribit filiũ:ut noſtri aiũt pene ut parthemius i uolumie:quod de amátibus cõpoſitum é:amyclesi filia fuit. Sed ne per uim deus ſtupraret:Iupiter in laurũ conuertit:quæ arbor iccirco appollini grata eé exiſtimať:quoniá ut ſcribit pli.in parnaſo mõte ſpectatiſſime uireat,: unde apollo daphnites apud ſyracuſanos colebať:ut Eſychius refert. Daphne oppidum Siriæ:ut refert Stra. Daphnen p̄terea amauit Leucipp⁹ denomai filius:ut ſcribit pauſanias:q̃ cũ habitu muliebri cognitus in uenatione ſequeretur:,proditus eſt ſexu ad ladoné:dũ lauareť.& necatus a uirginibus. ET gnoſida:gnoſus urbs Cretæ in plano ſita ábitu.xxx.ſtadiorũ emporiũ habuit Heracliũ:creatuſq antea appellabať a prælabentis fluuii noie:regia minois p̄ris ariadnes quæ rapta é a theſeo.cui Iopioné & Staphilum pepit ut nõnulli ſcribũt,& ne fabuloſa diu cõſecter. locũ tantũ Plutar.male in latinũ cõuerſum emẽdabimus:ne aliquis litterarũ græcarũ ignoratione teſtimoniũ ex eo ſcripto accipiés:falſa aliquando & ridicula p̄nunciet; quod multis accidiſſe uideo:ubi í Theſeo & ariadna omnem græcorũ ſcriptorũ turbam citat:atq ita ait.

quem locum ita latinum facere potes graius.n.eũ domabat amor panopeidos eleges:hunc auté uerſum ex Heſio.piſiſtratũ exemiſſe ait Nereas megaréſis quéadmodum contra euocationi maniũ homericæ idẽtiſicauit.perithoũ.theſeũq deorũ iuſtiſſimá p̄lem.ut id gratificareť atheniẽſibus:quum autem hæc ipſa uerba quidá tranſtulerit:plane cognoſces ſi aliquando theſei uitam in manibus ſumes: ubi ita ſcriptum reperies



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

At mihi pegaſides blãdiſſima carmia dictãt:
Iã canitur toto nomen in orbe meum.
Nec plus alcæus conſors patriæq;: lyræq;:
Laudis habet: quãuis grãdius ille ſonet.
Si mihi difficilis formam natura negauit:
Ingenio formæ dãna rependo meæ.
Nec me deſpicias ſi ſũ tibi corpore parua:
Menſurãq; breuis nominis ipſa fero.
Candida ſi non ſum: placuit cepheia pſeo:
Andromede patriæ fuſca colore ſuæ.
Et uariis albæ iungũtut ſæpe columbæ.
Et niger a uiridi turtur amatur aue.

grauiter.n.amores ægelidis theſeus excutiebaẽ:hoc uerbũ ut nerea megarẽſis refert ab heſiodo piſiſtrat⁹ re
mouit:quẽadmodũ alias homeri funeralia inuadens theſeũ:pirithoũq; deoꝝ generoſam prolem exemit ut
athenienſibus rẽ gratam conficeret:omitto hiãtem compoſitionem:uerba inculta. nonne ſenſum totũ in
uertit:quõ contraria trãſtulerit:omitto infinitos pene illius errores cũ in hac uita theſei:tum in aliis: non
enim eum accuſabo quẽ nolo nominare:tu auctorẽ agnoſces:ſi inſpexeris indicem a quo theſei uita traduc
ta ſit.ſed ut ad amorem bacchi & ariadnæ redeamus omittamuſq; multa quæ Plutarcus ſcribit Diodorus
tradit theſeũ eam reliquiſſe in naxo admonitũ per
ſomnum:& quidẽ minis a baccho:ut ea dimiſſa ide
abiret:bacchũq; eã tuliſſe in montẽ q appellatur dry
os:naxon inſulã prius ſtrõgylem dixerũt: antea diã
dictam cũ ducẽtum annis tenuiſſent thraces: cares
deinde occuparunt ex lamia aduecti: quibus naxus
polemonis filius imperans ꝓ dia a ſe naxon nuncu
pauit. Stra.diã appellat.Oui.diæ telluris ad horas.
alibi.Qua breuis æquoreis dia referẽ aquis. MO
dos lyricos:formæ dãna doctrina emendat qua po
tiſſimum gloriaẽ. PEGaſides:de pegaſo & muſis
lege quæ luculentiſſime dictauimus in eum uerſum
Oui.Pegaſis œnone phrygiis celeberrima ſiluis:cũ
ſuperiori anno heroidas profiteremur. DICtant:
nam muſæ mihi ſcribenti dictare carmina uidẽtur
dictare autem eſt enunciare quod alius excipiat:un
de dictata non in litteris tantum ſed in aliis quoq;
artibus appellamus: ut illud peragit dictata magi
ſtri.& gladiatores meditantur dictata laniſtæ.frequentatiuum autem eſt a dico.nam quæ docemuſ ſæpe in
culcamus: ut penitus excipiantur & ediſcantur. NEC plus alcæus:alcæus omphales & herculis filius:alcæ
us athenienſis tragicus:alcæus comœdiæ ueteris ſcriptor.a quo editæ ſunt.x.fabulæ.alcæus mitilineus fratrẽ
antimenidem habuit: quem a uirtute bellica laudat.oppreſſa autem patria a tyrannis poemata lyrica ad
uerſus eos edidit:quæ idest continentia ſeditionis inſcribuntur: propterea aureo ple
ctro dignus cenſetur:elocutiõe magnificus & diligens:ſed ad luſus & amores deſcendit:cum tamen eſſet ma
ioribus aptior hæc ex diuerſis ſcriptoribus græcis & Fabio accepimus. Hora.Et te ſonãtem plenius aureo
alcæe plectro. CONſors patriæ:nam & ipſe mityleneus fuit. CONſors lyræ.& ipſe lyricus:hũc ut ille ait
Neuius delectauit in facie pueri. GRAndius nã ut diximus ex Fabio magnificus eſt eloquentia:& grãdi
loquus ſapho ſe inferiorẽ eẽ negat:quia ſcilicet tantũ aſſequatur ſuauitate carminis: quãtũ ille grãditate. SI
mihi difficilis:oĩa ſingulatim diluit quæ obiici poterant.ut non amaretur:aliaq; exemplis defendit:alia rõne
cõtraria:incipit ab eo quod firmiſſimũ ẽ in aduerſario:ꝙ formoſa non ſit:quod diluit:& transferendo crimẽ
in naturã.quæ ſibi formã negarit & opponendo ingenii laudẽ quæ plus amari poteſt.q̃ ipſa forma. NEC
me deſpicias:hic oñdit quõ rependit & reparat.nam breuitatẽ formæ famæ:ut ait celebritate extendit: q̃q̃
alluſio uideri põt non debuiſſe maius corpus formari ſub biſyllabo nomine: & tã breui:ut ꝙ certa ratiõe ex
cuſare non põt:ingenua quadã urbanitate eleuet. CANdida ſi non ſum:andromede cephei æthiopũ regis
filia a Perſeo notiſſima fabula amata eſt.& ipſa liberata nullis precibus parẽtum potuit retiere:ut ſcrib. Hy
gi.Quo minus perſeum liberatorem ſequeretur relata in cœlum mineruæ beneficio:ueſtigia uinculoꝝ q̃
bus expoſita fuit mõſtro ætate ſua permãſiſſe ſcri.pli.in lope portu:ubi illud monſtrum fabuloſum celebraẽ
cuius oſſa Romam relata fuiſſe idẽ ẽ auctor.Alib. Oui.Andromedã nigris pſeus portauit ab indis. andro
mede ꝑterea liberta iuliæ auguſtæ puitate corporis inſignis.nã duos pedes nõ exceſſit:& palmũ. De perſeo
multa recitauimus ex græcis auctoribus in cõmen.ſiluaꝝ in eũ uerſum fluctiuagus uolucrem comebat pſea
dictis:illud adde quod pherecides ſcripſit perſeũ argos rediſſe cũ cyclopibus matre Danae:& Andromede
uxore.& cũ patrẽ ex lariſſa accerſeret iactu diſci eũ uulneraſſe:mortuũq; humaſſe ibidem.

Et uariis albæ:Ariſto.in ſeptimo de hiſto.animaliũ docet quæ animalia inter ſe amica ſint:quæ itẽ inimica.
unde pli.finem decimi natu.hiſto.traduxit eo capite:ubi agit de amicitiis & inimicitiis aĩaliũ ubi ita ſcribit.
Rurſus amici pauones & colũbæ:turtures & pſitaci:merulæ & turdi:cornix & ardeolæ ubi quod de turtu
re & pſitaco ſcribit:ex ſe tradit:ab Ariſto.certẽ non accepit. Ouidius idẽ in pſitaco corinnæ: omnes q̃ liqui
do libratis in aere curſus. Tu tamen ante omnes turtur amice dole. Plena fuit uobis omni cõcordia uita. Et
ſtetit ad finẽ longa:tuaque fides. Ariſtoteles in ſeptimo de hiſtoria animaliũ ita ſcribit:

Ait Ariſtoteles.Plini.
us pſittacum dixit:quẽadmodũ qđ plinius tradit eodem libro de egitho & aſino. Ariſtoteles de acantide &
aſino ſcribit non de egitho:cuius alias meminit.hinc Sappho oſtendit aliorũ amantium exemplo ſe: quã
uis nigra ſit a phaone candido amari poſſe.cum aues diuerſorũ generum & coloris naturali quadam iun
gantur amicitia:ut colũbæ:& pauones. IVNgunẽ uariis.ſ.auibus.aues autem uariæ ſũt pauones uarietate
colorum diſtincti.nã de his omnino eſt intelligendum:cum diuerſi generis cõiungantur:ut etiã pſithachus
& turtur quod ſequiẽ. A Viridi aue:a pſithaco:q ex india mittitur:uiridis toto corpore:ut ſcribit plinius.



Si niſi que facie poterit te digna uideri:
Nulla futura tua eſt: nulla futura tua eſt.
At me quũ legeres: et formoſa uidebar:
Vnam iurabas uſq; decere loqui.
Cãtabam memini: meminerũt oĩa amãtes:
O ſcula cantanti tu mihi rapta dabas.
Hoc quoq; laudabas: omniq; a ꝑte placebã:
Sed tũc precipue quum fit amoris opus.
Tũc te plus ſolito laſciuia noſtra iuuabat:
Crebraque mobilitas: aptaq; uerba ioco.
Atque ubi iã amboꝝ fuerat cõfuſa uoluptas:
Plurimus in laſſo corpore langor erat.
Nũc tibi ſicilides ueniũt noua præda puellæ:
Quid mihi cũ leſbo: ſicilis eſſe uolo.
Nec uos errorem tellure remittite noſtrum:
Niſiades matres: ſicilideſque nurus.
Nec uos decipiant blandæ mẽdacia linguæ:
Quæ dicit uobis: dixerat ante mihi.
Tu quoq; q̃ imites celebras erycia ſicanos:
Nam tua ſum: uati conſule diua tuæ.
An grauis inceptum ꝑagit fortuna tenorem:
Et manet in curſu ſemper acerba ſuo.
Sex mihi natales ierãt: quũ lecta parentis:
Ante diem lachrymas oſſa bibere meas.
Arſit inops frater uictus meretricis amore:
Mixtaq; cũ turpi damna pudore tulit.

TORq; tantum miniato.de pſitaco plura leges apud pliniũ.x.natu hiſtoriæ eundẽ ariſtoteles
appellat genere fœminino. NVLla futura tua eſt:prior pars huius uerſus ſub conditione ꝓfertur. altera
ſub affirmatione.Si ĩquit nulla tua eſt futura:hoc eſt nullã amabis niſi quæ facie:ideſt ꝓſtãtia formæ poterit
uideri digna te.i.cõuenire formæ tuæ.nulla futura tua ẽ:affirmando negat:i.nullam omnino amabis. nulla
enim tam formoſa eſt q̃ tu:tum ꝑcipue his uerſibus laſciuia ſuã ĩgenue ꝓfiteẽ & ſi tribadẽ fuiſſe unde impu
dicos corporis motus didicerat:& illecebritatem gannitus. CVM leſbo:leſbos inſula quaſi metropolis
æolicaꝝ urbiũ nobilis uinetis:& uini ꝓſtantia:nomẽ
ſortita a leſbo lapiti filio hermete:pri⁹ iaſia pelaſgia
æthiopiæ egira macharia deniq; appellata eãdẽ
i.machrais urbẽ ꝑ circũductionem dixit
home.quo loco Crates ariſtarch⁹ & euſtachius ãbi
gunt quẽ locũ poeta deſignet.Stra ĩ.viii.leſbõ affir
mat Machar.n.iſulam tenuit añ leſbõ regem: quo
etiam Diodo.tradit:quãuis eum machareum no
minet:huius filiæ fuere methymne & mityle: a
quibus duæ in inſula urbes cognominatæ ſunt. Pa
triæ autem caritatem Sappho amori poſtponit.
NEC uos errorẽ:qui erronẽ legũt ſenſum non per
cipiunt:& planetæ cognomen inepte huc transfe
runt.Remittere eſt cõdonare:ut remiſi tibi iniuriã
i.cõdonaui.remittere item eſt ad negligẽtiam deſcẽ
dere:ut animũ remittere dicimus cũ deponimus cu
ras:& negligimus:cui contrarium eſt intendere ex
tranſlatione ab arcu Monet itaque Sappho ſiculas
mulieres ne remiſſæ & negligentes in errorẽ laban
tur putantes ſoli & & patriæ mutatione phaonem
eſſe ſui diſſimilem.Nam ait idem eſt & tam idone
us ad decipiendum q̃ fuit ĩ leſbo:cum me decepit.
NEC remittite: nec condonate errorem noſtrũ
TELLure: quia phaon tellurem mutauerit.
QVæ dicit uobis:per rationem ſubiũgit. NISIA
des matres.neſis inſula Campaniæ cuius memine
runt Papi.& Lu.Niſeidẽ:ſiue niſidẽ dixerũt ſcyllam
poetæ.Oui.ĩ remediis.præterita cautus niſeide na
uita gaudet:Tu loca q̃ nimiũ grata fuere caue ut le
gere poſſes neſides mrẽs:ideſt ſiculæ media ſillaba
ꝑ ſyneresim producta.Neſea ꝑterea regio,eſt iuxta
ætnam montana:ut Stra.ſcri.Cum ergo ante dixe
rit ad ætnam eſſe phaonem: appellat mulieres ſi
culas neſiadas regione proxima:hæc ſnĩa magis pla
cet. SICanos immites: a Sicano rege appellatos
ſiculos.de quo hiſtoriam lege apud Diony.alicarna
ſeũ ĩ prio:unẽ Solinus quædam accepit. Tucydides
quoq; in ſexto hiſto.ita ſcribit:

IMMites:crudeles ĩ me
cũ retineant phaonẽ delicias meas nam eſt epitheton non perpetuũ ſiculorũ:ſed conueniens præſenti af
fectui ſapphus. ERIcyna:de fœlicitate tẽpli ueneris ericynæ:& de mulieribus eius miniſterio dicatis dixi
mus in cõmenta.ſiluaꝝ inuocat autem Venerem quoniam.poetæ qui amatoria ſcribunt ſunt in ueneris tu
tela ut plato ſcribit poeſim dicatã eẽ muſis.ſed amorẽ ueneri & papi.de ſtella ad uenerẽ.Hic tibi plectra de
dit mitiſq; incedere uates maluit ꝓpterea ſequitur:uati conſule.diua tuæ. An grauis:ni mirum inq̃t in hanc
calamitatẽ delapſa ſum quoniam fati tenor: & ſeries:quæ mala ĩ me eſſe cœpit:non deſinit:an nõ tã inter
rogantis ẽ: q̃ ſuccẽſentis ꝑtinaciæ fatoꝝ. alibi Briſeis: An miſeros triſtis fortuna tenaciter urget. Nec uenit
in cœptis mollior aura meis. Natales anni ſexto inq̃t ãno per mala tãq̃ ꝑ articulos ꝓducta ſum:natales ꝓ cõ
ditione ortus & generis.Iuuenal.uero pro celebritate diei natalis ꝓtulit Palmam iter dominas uirt⁹ natali
bus æquat i.non aliter ea uictoria exhilaraẽ quam diei natalis celebritas.Sed plura illic leges ĩ cõmentariis
Iuuena.ſingulis annis tanquam dies natalis colitur. Tot enim dies natales celebrãtur:quot aguntur anni:& uictoria illa apud
hic natales pro annis accipiuntur.
OSSA lecta:Seruius:Neſcio qs paꝝ utiliter ſe grãmati
cũ ꝓfeſſus:illud Virgilianũ exponẽs:Oſſa q; lecta cado fabuloſum cõfingit amorẽ. NEſcio quid ambigit.
legebanẽ oſſa:ideſt cineres cũ flamma rogi ſubſederat:nõ ꝙ eligerentur.ut ille putat:ſed colligebanẽ. hoc
autem uerbũ eſt pontificale:& ex lege.xii.tabulaꝝ lex hoc carmine ſcripta erat Homini mortuo ne oſſa le
gito.quo poſt funus faciat. ARſit inops frater:Sappho tris frẽs hũit ut ante diximus: Larycum. Eurigiũ:
CHAraxũ:q Rhodopen meretriculã amauit.Nam Xanthus Samius Rhodopen puellã Thraciã ĩ egyptũ



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

detulit:quæ antea Cadmoni ſeruierat una cum Aeſopo fabularum ſcriptore:ibiq; ꝓſtrabat illecebriſq; meretriciis magnũ fecerat quæſtum:adeo ut Strab.& pli.ſcribant pyramidẽ ab ea fuiſſe erectã q tamẽ Hero.tẽporũ rõne fefellit:quũ alioquin ingẽtes opes illius fuiſſe cõcedat:teſtimoniũq; afferat ex decima ab ea ꝑſoluta ueru' ad torrẽdos boueſ delphis dicatoſ. Tã aũt gratæ libidiniſ fuit ut i græcia ei' nomẽ celebre fuerit ut poſtea archidiceſq; tñ ad illius famã nõ acceſſit Charaxus:cũ unũ Leſ biũ ad naucrati cõportaret: eius amore captus:redemitq; in libertatẽ grãdi pecunia tãdẽ ipſe i patriã ẽ reuerſus puella in ægypto ꝑmanſit: Sappho ut Stra.ſcri.eã doricã appellat:addẽs id qđ ipẽ quoq; fabuloſũ eẽ ait:de calceo ab aqla delato mẽphim qđ ſi uoles leges i.xvii.illius operis. INOps:redẽpta in libertatẽ meretricula. Male turpiter &ꝑ infamiã:Male qrit magno diſcrimie & icõmodis. MOnui multa:imo lacerauit frẽm multiſ carmĩb' nec tñ ut ſcribit hero.i.ii.hiſtoriarum:

Factus inops agili ꝑagit freta cærula remo:
Quaſq; male amiſit:nũc male quærit opeſ
Me quoq; qđ mõui bñ multa fideliter odit:
Hoc mihi libertas:hoc pia lingua dedit.
Et tãquã deſint:quæ me ſine fine fatigent:
Accumulat curas filia parua meas.
Vltima tu noſtris accedis cauſa querelis:
Non agitur uento noſtra carina ſuo.
Ecce iacent collo ſparſi ſine lege capilli:
Nec ꝑmit articulos lucida gẽma meos.
Veſte tegor uili:nullũ ẽ i crinibus aurum:
Nõ arabo noſter rore capillus olet.
Cui colar ifelix:aut cui placuiſſe laborem:
Ille mei cultus unicus auctor abeſt.
Molle meũ leuibus cor eſt uiolabile telis:
Et ſemp cauſa ẽ cur ego ſemper amem.
Siue ita naſcenti legem dixere ſorores:
Et data ſunt uitæ fila ſeuera meæ.
Siue abeũt ſtudia i mores:arteſq; magiſtras:
Ingenium nobis molle thalia dedit.
Quid mirum ſi me primæ lanuginis ætas
Abſtulit:atq; ãni:quos uir amare poteſt.
Hũc ne ꝓ cephalo raperes aurora timebã:
Et faceres:ſed te prima rapina tenet.

Lingua pia:ab eo loco q præter ſpem dicitur & miſerationem mouet & fratrem trahit in odiũ: cum ſibi aliter eueniſſe oſteodit quam oportuerat. FiLia parua:hanc peperit Cercyla Andrio coniuge iam mortuo puella quæ appellabatur cleis quod Suidas ita ſcribit.

NON agit̃:ꝑ iterrogationẽ legendũ ẽ nã cũ ꝓpoſuerit fortunã aduerſam i ſe ꝑtinacẽ eſſe:enumeratis ſingulis icõmodis q̃ſi ꝓbauerit qđ ꝓpoſuit ꝑ iterrogationẽ acclamat:nõne nr̃a carina.i. nr̃æ fortũæ curſus agit̃ ꝑcellitur ſuo curſu ſua ꝑtinacia & ſerie malorum nã ad id refert̃ quod dixerat an grauis icęptum peragit fortuna tenorẽ:& manet in curſu ſemper acerba ſuo:nõ agitur interrogatiue:quaſi dicat agitur:nam eſt ita interrogamus non feci: perinde eſt ac ſi diceres feci. Vel non potui abreptũ diuellere corpus cũ aũt dicimus ægi negamus. ECCe iacent:miſericordiã mouet ab habitu. Capilli ſparſi:ſine lege mulieribus fortunæ miſeratio ſparſi capilli & funebris ꝓpe dolor. SIne lẽge:incõpti & ſine ordine. NEC ꝑmit arti. annulũ ẽt ingt depoſui:nã in dolore abiciebat̃:ẽt a uiris q fecit oĩs nobilitas quũ Gne.fla.libertino p̃re ædilis creatus ẽ:a gaio petilio cõſulis filio ꝑterito eqtes uero ñ ãnulũ ſed phalerã deponebãt i mœrore publico. AVrũ i cri.Home.i.xvii.iliados.ſcri.Euphorbũ pãti filiũ hũiſſe iplicitos crines auro & argẽto ꝓpterea pli.dubitat an uſus auri cepit a uiris an a mulierib' cũ đ uiro ilid Home.affirmet nec ãtiquius extet i muliere exẽplũ:ipẽ tñ home.carmẽ ñ idicat nec noiat Ephothũ. ROre arabo.i.myrrha q uncti crines myrrhei dicũt̃:Hora.Dic & argute ꝓperet neeræ mirrheũ nodo cohibere crinẽ.de myrrha alibi dixim'. SIue ita naſcẽti ex diſcipliã mathematicorum q dicũt hoiem ſortiri uitã ab ieunte ætate. SOrores ꝑcæ q tres ſũt noto carie heſiodi & nr̃orum cõſenſu.ꝓ tatis ab Home.accipiũt̃:& alibi & ubi Alcino' ait.

qđ plato quoq; i legib' oñdit. ABeũt ſtudia i mores.i.ſiue formamus mores ſtudiis in qbus uerſamur. THalia ſtudiũ poetices:muſæ ardalides ẽt appellatæ ſũt ut aliqd afferam' ñ oĩbus notũ ab ardalo uulcani filio q cũ ad thoeſnios tybiã & muſas detuliſſet eas ita appellauit: Arcades negãt erato eẽ muſã ſed uatẽ fuiſſe aiũt q nupſerit arcadi caliſt' filio: ægiptii tris tãtũ uates colũt ſibilã herofilẽ exſabem FIlA ſeuera:alluſio eſt ad parcas quæ uitã humanã nere dicuntur. Seuera pertinacia. ABSTulit:rapuit allectã in amorẽ deiecitq; mentẽ & conſilium. RAPeres nã aurora cephalũ cuius amore capta eſt rapuit ab duxitq; per auras. Ouidius lutea mane uidet pulſis aurora tenebris:inuitumq; rapit:ea deſerta ad procẽ eſt reuerſus quam inſcius interemit nota fabula ouidii:præſertim carmine in fine artis: Hyginus quædam fabuloſiora addit:quamuis ex hyſtoria uideant̃. HVNc ſi conſpiciat:alludit ad fabulam endimionis:qui quoniam primus curſum lunæ deprehendit: ut ait plinius: dictus eſt dilectus fuiſſe a luna: quem dormientem oſculabatur huius ſepulturam oſtendi ait Strabo ad latinum mõtem carræ in quodam antro ubi eſt mons periculorum ut ſcribit hæcateus,plura de hoc in commentariis ſiluarum diximus.



IVSſus erit continuare ſomnos:curabit enim luna ut ſemper dormiat phaon qui formoſior ẽ ut hunc oſculetur:nimirum hunc locum accepit Ouidius ex poemate Sapphus:nam apud græcum ſcriptorẽ ita legit̃.

Curru eburno:argenteũ currum tribuunt lunæ poetæ:quoniam illi argentum dicatum ſit ut ſcribit Euſtachius:eburnum ueneri:ebur autẽ æthiopibus etiam in pretio qui regib' perſidis uicenos dentes elephantorum ſingulis annis pẽdebant:ut herodotus ſcribit.id autẽ fuit .ccc. decimo anno ab urbe condita. HVC ades:blandientis eſt mulieris & amanter geſtientis. Roranitur: guttis humectantur:id enim propriũ eſt rorare: hoc loco nonne dixit aſpice quãtum multa litura: nam dicere ſolemus & debemus quã multa litura. HOc loco:hac parte epiſtolæ:quæ oblitterata eſt immanantibus lachrymis Pli.profecto in oculis animus inhabitat : ardent : incenduntur : humectant: conniuent hinc ille miſericordiæ lachrymæ:hos quom oſculamur animum ipſum uidemur attingere hinc fletus & rigantes ora riui:quis ille humor eſt in dolore tam fœcundus & paratus Superiorem autẽ uerſum ita leges mea quidem ſentẽtia non ut ames oro ſed te ut amare ſinas. Lachrymis abortis: interſcribendum exortis:ita illud Virgili.de Didone atq; ſinum lachrymis impleuit abortis i ſermone ſcilicet.

Hũc ſi cõſpiciat:quæ cõſpicit oĩa phœbe:
Iuſſus erit ſõnos continuare phaon.
Hũc uenus i cœlũ curru uexiſſet eburno:
Sed uidet & marti poſſe placere ſuo.
O nec adhuc iuuenis:nec iã puer utilis ætas:
O decus:atq; æui gloria magna tui.
Huc ades:inq; ſinus formoſe relabere noſtros
Nõ ut ames oro:ſed te ut amare ſinas.
Scribim' & lachrymis oculi rorãtur abortiſ:
Aſpice ſit quãtũ hoc multa litura loco.
Si tã cert' eras hinc ire:modeſtius iſſes:
Et modo dixiſſes leſbi puella uale.
Nõ tecũ lachrymas:nõ oſcula ſũma tuliſti:
Deniq; non timui quod dolitura fui.
Nil de te mecũ ẽ niſi tãtum iniuria:nec te
Admonuit:qđ tu pignus amãtis habes.
Nõ mãdata dedi:neq; enim mãdata dediſſẽ:
Vlla:niſi ut nolles immemor eſſe mei.
Per tibi q nũquã longe diſcedit amorẽ:
Perq; nouẽ iuro numina noſtra deas.
Quom mihi neſcio qs:fugiũt tua gaudia dixit:
Nec me flere diu:nec potuiſſe loqui.
Et lachrymæ deerãt oculis:& ligua palato:
Aſtrictum gelido frigore pectus erat.
Poſtquã ſe dolor iminuit:mea pectora plãxi:
Nec puduit ruptis exululare comis.
Nõ aliter:quã ſi nati pia mater adempti:
Portet ad extructos corpus inane rogos.

SI Tam certus eras accuſat ruſticitatem: quod ſe diſcedẽs ne ſalutauerit quidem LEſbi puella : hæc erat appellatio ſine ullo amoris inditio ſaltem: ſi nõ ꝓprio nomine:aut amicam appellans:dixiſſes leſbi puella uale. OSCula:& in iis ſua eſt laſciuia quom oſcula columbarum dixit Martialis impudicum oſculum intellexit:nam columbæ oſculantur proprio ritu:ante quam miſceantur:ratio inquit familiaritatis hoc ordine abs te implenda fuit:ut ſalutares:tum noſtra acciperes oſcula deniq; munera. QVOD dolitura fui:non timui diſceſſum tuum : ob quem eram dolitura. INIuria:quod ſcilicet me deſeruiſti: ad concubitum referre non placet:eo enim Sappho alibi geſtit:& in mœrore eius memoriam repetit.

NEC admoneat quod tu munus amantis habes: Cauſam oſtendit quare munera diſcedentibus amicis dari accipiq; ſoleant ut ſcilicet ſint monumenta amici abſentis:cuius repræſentent memoriam:ſed nec tu inquit reliquiſti mihi aliquid diſcedẽs præter iniuriam qua ſum deſerta:nec a nobis accepiſti qđ te admonere poſſit mei abſentis Itaq; leges. Admoneat:ut dicat:nec te poteſt admonere. AMAntis:idem mei munus quod habes:nullum enim diſcedens accepiſti:ad coitum referre non placet. QVID enim ſenſus eſt:nec ego admonui te:quod tu habes munus amãtis.i.coitũ:neceſſe ẽ ſuperioribus cõueniat:ubi ait:eum nihil ſibi reliqſſe & hic dicat eũdẽ nihil a ſe accepiſſe:qđ abſentis monumẽtũ ſit. PER tibi q nunq̃:iurat per numina ꝓxima:q ac primũ i inuidiã obiicit:iuro inqt tibi ꝑ amorẽ q nunquã lõge diſcedit: ut ad id referatur quamuis ipſe procul diſcedas hic ſemp proximus eſt:nam ſempamo. PER:& iurantis ꝑticula q nunquã ſine accuſatiuo effert̃:nam illud Virgilianum Per tibi ſi qua eſt quæ reſtet,mortalibus uſquã intemerata fides:idem eſt ac ſi dixiſſet per fidem ſi qua ẽ &c. ſed antiqua ſimplicitate relatiuum nomenq; conſonant. QVOM mihi:ſimplicitate narrationis fidem : quam iuramento parauerat omni ex parte implet:nam ita narrat:ut non aliter accidiſſe credibile ſit. NOn aliter:per comparationem doloris magnitudinem exprimit:& quaſi rei probatæ cumulum addit. PIA mater:non tantum mater:ſed quæ pia etiam eſt:& unice filium amauit. CORpus inane:cadauer uacuum anima. ROGos extructos:rogus conſtruebatur lignis congeſtis in unum:unde ſtrues lignorum dicitur : de quo hoc carmen extat legis.xii.tabularum:hoc plus ne facito rogum aſcia ne polito. Olim i terra ponebãtur mortui:etiam apud romanos & poſtea quamuis cremari inſtitutum ſit multæ familiæ priſcum ritum ſeruabant ut Cornelii patritii ex quorum familia nemo crematus eſt ante ſillam:qui id de ſe iuſſit ueritus ne cadauer erueretur a Marianis:nam ipſe.C.Marii ſitas reliquias apud Anienem uictor diſſipari iuſſerat: hoc ẽ quod Plinius ſubobſcure in ſeptimo ſcribit Apertius Cicero in legibus.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

GAVdet & e noſtro: mouet miſericordiam cũ oſtendit fortunã ſuã ludibrio eſſe aduerſariis. CREſcit: ex hilaratur ſumit animos. QVID dolet hæc: uerba Charaxi inſultantis ſorori & acerbe obiurgantis amoris turpitudiñe. FILia: ad id refert quod dixit antea ſe nõ minus dolere quam quæ luget filiũ amiſſum cui addit teſtimoniũ fratris. Is enim cũ uideat tãtũ eius mœrorẽ quãtus in filii funere eſſe ſolet innuens eã alia de cauſa dolere: quæ quidem turpis eſt: nõ debet inq: tantopere angi: nec hic mœror ẽ ꝓ filia quæ quidẽ uiuit: hæc autẽ fuit filia Cercylæ & ſapphus. NON ueniunt in idem: ẽ ꝑmunitio eorum quæ dictura eſt ſentẽtia ſimplex eadem ſolet proferri cum ratione: ut illud in omni certamine qui opulentior ẽ etiam ſi accipit iniuriam: tamẽ quoniã plus poteſt facere uidetur: duplex eſt ut illud Terẽtianum obſequiũ amicos: ueritas odiũ parit. In oratione autem ſententiæ ſunt tã quã lumina mi9 crebræ apud antiquos: ſed poſtea corrupta eloquẽtia nimis uſurpatæ ſunt: quod inuidioſe in ſenecã ut puto dixit Fabi. Veniunt in idẽ: idem non poteſt pudoris habere rationem & dare operam amori alibi Ouidius Quid deceat non uidet ullus amans. OMNe uulgus uidebat: ſcilicet me & tamẽ ſupple ego negligebã: non enim poterã ſeruire pudori cum tam perdite amarẽ. TV Mihi cura phaon: ideſt negligo oẽs: nec me eorum pudet tui enim amoris legibus indulgeo phaon. ILLic te inuenio: in ſomnis ſaltem te amplector ſomnia interpretari Plinius ſcribit. Anphyctionem docuiſſe de qua ſcientia Chryſippus & antipater libros ediderunt: ut ex interpretatione antiphontis apparet: qui hæc exponebant coniectores ſunt appellati.

NON ſatis longa: nam ſtatim expergiſcor. Idẽ Hero ad Leandrum me miſeram breuis hæc eſt & non uera uoluptas. Quã epiſtolã non eẽ Ouidi certa ratione docuimus: nã nec quæ legitur paridis ad Helenã nec quæ Helenæ ad paride nec quæ Leandri ad Hero: nec quæ Herus ad leandrũ: nec q̃ Acõtii ad Cydippen aut Cydippes ad acõtium ab Ouidio unquã ſcripta fuit: quod ipſe aperte teſtatur: nã ad Marcũ ſcribẽs ait ſe dictaſſe litteras noĩe heroidũ Helenæ medeæ Canaces & aliaꝝ. Quod paris & macareus & quod male gratus Iaſon hippolitiq; parens. Hippolituſq; legat: noĩe uero uiroꝝ ſabin9 epiſtolas cõfinxit: qđ ibidẽ teſtatur quã cito de toto reddit celer orbe ſabinus. Scriptaq; diuerſis retulit ille locis: ſi ergo prius ſcripſit Helena ex Ouidio poſtea q; reſpondit paris ex ſabino: quomõ poſſunt eſſe. Oui. nã Helena hic non ſcribit ſed reſpõdet: & paris non reſpõdet ſed prior ſcr. nimiꝝ hæ epiſtolæ adulterinæ ſũt & eodẽ pene ſtilo ab aliquo ſcriptæ quo reliquæ falſo ad Oui. referunt. ORA euigilant ſẽſibus mei: nõ aliter inqt loquor & exprimo qđ ſẽtio quã ſi uigilarẽ: nam reliqua corporis ſopita: os uigilat ad uerba exprimẽda. SENſibus: ſenſus & ſenſa dixerũt antiqui q̃ animo cõcepimus auctor Fabius

